quibus persuadebat quod per christum facta est
[illegible] ad quod multum faciebat
ille ordo nativitatis quod angelus missus
ad annunciandum [illegible] ut facilius inclinaret
eos ad fidem per [illegible] conceptus
et partus quia de spiritu sancto. Ideo ita describit.
Jeronimus. Dicendum autem quod Elvidius quidam quo-
[illegible] accepta materia disputandi
blasphemias quas dei matrem incepit cum
prima propositio fuit Matheus sic loquitur. Cum
esset desponsata non convenientiam ut dicat
et non ab aliud desponsatam nisi quia
nuptura esset. Origenes desponsata quod desunt
Joseph, non tamen in coniugio iuncta. Mater
eius inquit mater intacta mater incorrup-
ta mater eius cuius eius mater dei unigeni-
ti regis omnium plasmatoris et redemptoris
creatorum. Convenit quare non dicit virgo sed ma-
ter. Crisostomus non dixit virgo sed simpliciter
mater ut sermo nec novi in primis assensus
sine difficultate caperetur. Sed quod proba-
tur quod desponsata et hec filium. Respondeo sic
construe: Cum maria esset desponsata Joseph
que mater maria est mater ihesu. Beda
Maria interpretatur hebraice stella maris

dna siriace que et licet saluatorem et dominum
mundo edidit. Sequitur: Antequam convenirent.
hoc scilicet dicit quia post conceptum beata virgo as-
cendit in montana visitare Elizabeth
et mansit cum illa tribus mensibus ad nativi-
tatem beati Iohannis baptiste et tunc rediit ad
propria. ab hoc reditu incipit hic Mattheus.
Antequam convenirent. Crisostomus non dixit antequam
in sponsi domum adduceretur quia iam intus
erat consuetudo enim veteres uxoribus erat
in domo desponsatas habere et nunc quoque
hoc videtur et generi loculi intus cum ipso
erant. Antequam convenirent secundum glosam ad
carnis commixtionem. Non quod postea convenirent
carnaliter non sequitur, sed hic modus loquendi
ut dicit Ieronimus. Exemplum: iste mortuus est antequam
peniteret id est non penituit ante mortem
non quia postea penituit. Sed quod est non est
factum insinuat. Vel sic convenirent secundum Remigium
non dicit coitum conubii sed solempnitatem nup-
tialis ut fit prius antequam convenirent id est nup-
tiarum solempnia celebrarent. Crisostomus secundum hoc
exposicionem videtur esse magis reddita
infamis quia impregnata ante solempnia
nuptiarum. Sed dicendum secundum eundem secundum quod parem
partes erant unde vicini non poterant
scire illa solempnia. Sequitur: Inventa est
scilicet non ab alio inventa nisi a Ioseph qui
pene licencia maritali omnia noverat. Inven-
ta est a Ioseph qui zeloso amore
sicut sponse future curiose inspiciebat. Ma-
ria inventa est a Ioseph postquam rediit
a peregrinacione. Et inventa est a Ioseph
in utero habens de spiritu sancto quando volebat
eam occulte dimittere. Exemplum. Duplici legitur
uno modo divisim: inventa est a Ioseph
in utero habens et scitur illud erat de spiritu sancto
et ita legit glosa. Alio modo legitur coniuncti-
vim secundum Augustinum. Inventa est in utero habens de
spiritu sancto a Ioseph qui hoc per miraculum
vel per inspiracionem noverat, quia erat impreg-
nata virtute spiritus sancti. De spiritu sancto quia illud
miraculum est operans secundum Crisostomum. Neque enim
gabriel neque matheus aliquid dicere potuit

nisi solum id quod didicit. Quomodo in expositione katholice fidei, non sicut
quidam sceleratissime opinantur, spiritum sanctum dicas
fuisse pro semine, sed potestate ac virtute creatoris di-
vino operatum. Ambrosius in libro de spiritu sancto. Quod ex
ex aliquo est, aut ex substantia aut ex eius potestate
est. Ex substantia sicut filius a patre. Ex potestate
sicut ex deo omnia quo et in utero habuit maria
ex spiritu sancto. Sequitur: Ioseph autem. Hic ponitur
opinio Ioseph dubitantis. Crisostomus: Iustus id est virtuo-
sus in omnibus. Est enim nomen iusticie maxime virtutis
scriptura, vel iustus secundum glosam. Iusticia per fi-
dem, quia credebat Christum de virgine nasciturum
et nollet eam traducere per educationem generaliter vulgare
propalare, secundum glosam. Iusticia ne si palam esset ut
adultera puniretur. Vel noluit eam educere
secundum glosam ad penam. Glosa. Vera virtus est cum
nec pietas sine iusticia nec sine pietate iusticia
quia separate abinvicem dilabuntur. Ecce iusticia
quia voluit eam dimittere. Pietas sed occulte
quia noluit eam traducere. Sed quare cum Ioseph
habens coniugem tamen, quod in celando iustus
dicitur, cum Deus scilicet dixerit non solum qui faciunt sed qui
consenciunt facientibus digni sunt morte. Et secundum
Ieronimum in lege enim preceptum est non solum reos
sed et conscios criminis obnoxios esse. Verum non
habebat conscientiam criminis et ideo non tenebatur
propalare. Crisostomus: Cogitabat forsitan apud
se Si peccatum eius celavero facio contra legem
dei et si eam propalavero exstimabo ea
timeo ei ut hoc quod est in utero eius diuini
sit. Nunquam non sana nomagitur amor concepit
et peperit. Item quia si non habuit conscienciam criminis
quomodo volebat eam dimittere. Exemplum. Audiens
vbera marie et considerans vitam eius Ioseph
mala suspicari de ea non sinebat. Consi-
derans autem concepcionis et maxime quia ab
sceptis tres menses fuit non permittebat eum
ad plenum bona estimare de ea et animus eius
inter utrasque partes fluctuabat et tenere eam
timebat et relinquere eam non audebat. Unde
bene anguis in sermone de nativitate intelli-
gens cum Ioseph marie ventrem considerans
cernebat quia maria que de templo domini acceperat

et non dum cognoverat grandium sentiebat/ secumque
cogitabat disputando et dicens quid faciam
prodo/ aut taceo/ Si prodo in adulterium
non consentio sed ne nomen crudelitatis incurro
quia secundum moysi sententiam lapidanda ea esse cognosco
Si tacuero malo consentio et cum adulteris
porcionem meam pono cum ergo tacere malum est
adulterium prodere peius/ dimittam eam coniugio
¶ Item quare si eam propalasset iniuste fecisset
Ut crisostomus In re incerta melius est ut in-
terius constitutus evadat quam ut nocens moriatur
Justius enim est iniustum iuste evadere quam iustum
iniuste perire/ quia reus et si semel evaserit potest
iterum perire/ Innocens autem si semel perierit iam
non potest revocari/ Ita quod vult tamen dicere In
dubiis melius est venia absolvere quam morte
condempnare / Queritur et quare beata virgo videns
Joseph dubitare/ non certificabat eum quod factum
est de spiritu sancto/ Respondeo ne forte videretur dicere
in velamine et in excusacionem peccati sui se inge-
rere ad dominum ¶ Vel dicendum est quod talia non sunt
revelanda nisi quando placet ostendere voluntati
divine/ et ideo beata virgo tacuit credens firmiter
quod sicut istud secretum fuit revelatum sancte
Elizabeth Luce i ut revelaretur aliis compe-
tenti tempore ex beneplacito voluntatis divine ¶
¶ De spiritu sancto Queritur cum opera trinitatis sint in-
divisa ad extra/ quare incarnacio appropriatur spiritui
sancto/ Respondeo incarnacio potest recipi secundum dif-
ferentem causalitatem/ Si consideremus causam move-
ntem ad reparacionem humani generis ideo fuit cari-
tas/ Si non consideremus causam efficientem ideo fuit
demonstracio potencie/ Si consideretur cum facilio sive
modus liberacionis ideo fuit summa sapientia/ Si
vero consideremus causam finalem incarnacionis
que fuit redempcio mundi/ ideo incarnacionis fuit
iusticia secundum quod dicitur 3 Sic decet nos im-
plere omnem iusticiam/ motiva non tamen que ex par-
te dei attenditur est potior secundum rationem intelli-
gendi/ Ideo caritas est potior ideo incarnacio quia
dicitur xpus conceptus de spiritu sancto cum caritas
appropriatur / Vel secundum hugonem de sancto victore causa
conceptus xpi dicitur de spiritu sancto facta est per similitudinem
concepcionis naturalis in qua est amor movens ad
concepcionem et quia in corde virginis amor spiritus sancti
singulariter ardebat ideo in carne eius
amor spiritus sancti mirabilia faciebat/ et
ideo incarnacio spiritui sancto attribuitur cui
amor appropriatur ¶ Iste textus Joseph autem
vir eius cum esset iustus Aliter secundum origenem
exponitur Origenes iustus erat verbo/ iustus
in facto/ iustus in legis observacione/ iustus in ma-
gistro/ Ideo eam dimittere volebat quia
virtute misterii et sacrarium magnifi-
cum in eadem cognoscebat/ appropinquare
sibi se indignum estimabat/ non enim diffi-
debat prophetiam ysa. i. in ea esse implen-
dam/ ergo humilians se ad tantam et
tam ineffabilem rem querebat se longe
facere/ sicut et petrus similis dicebat luce
v. Recede a me domine quia homo peccator sum
Et secundum hanc exposicionem nolle traducere i. tra-
ducere nolle ducere quia se indignum estima-
bat et secundum hoc in ista parte ostenditur
testimonium Joseph :
¶ Hec autem eo cogitante etc. hic ponitur
ipsius Joseph dubitantis certificacio et
dividitur in duas partes quia primo ponitur eius certificacio
quantum ad intellectum/ 2o ostenditur certificacio quantum
ad effectum ibi Exurgens autem Prima ad-
huc in duas quia primo ad certificacionem ipsius
ponitur ad testimonium angelicum/ 2o ad firm-
iorem confirmacionem producitur testimonium prophe-
ticum ibi Hoc autem totum factum est/ Hec autem
eo cogitante/ Remigius Sicut dictum est
cogitabat Joseph occulte dimittere
mariam/ hoc autem si fecisset pro pena fuisset
cum vix non estimaret magis eam
esse meretricem quam virginem/ Ideo repente
consilium Joseph divino mutatur consilio/
¶ Glossa hic docemur diu deliberando esse
melius/ ne peccetur temeritate levitatis/
¶ Augustinus Joseph pie in tali negocio deli-
berante/ ne recederet a iusticia et pietate/
angelica consolacione confortatus est/ Item
glossa Vera est qui sic precogitat/ consilium mutat/
et consilium suum meliori consilio mutatur/
¶ Item glossa hec autem eo cogitante/ sunt
nota animi sapientis/ qui nichil temere vult

mitte Cris hic nota mansuetudo ioseph /
qui nlli enarravit sua suspiciones sed
sic cogitabat. Sequitur Ecce angelus
domini non dicitur In sompnis apparuit glo
hoc verbo signatur veritas apparitionis / quia quando
vult / et quomodo vult / se exhibet ad videndum
Rab. Secundo non autem angelus joseph apparuit
demonstratur tunc dicitur In sompnis .i. quomodo iacob
scalam vidit per ymaginacionem quandam
oculis cordis cum sanum fuerit quare
angelus apparuit ioseph / Respondet Cris assig
nans tres causas / prima ne iustus homo ignorans
faceret rem iniustam / eo proposito iusto
et per honorem matris. Ita si dimissa
fuisset et si non apud fideles tamen apud
infideles turpi suspicione tamen non po
terat. Secundo ut intelligens ioseph statim
conceptionem diligentius se custodiret
ab ea quam prius. Tertia ro fingit domini
apparuit ut ne cum ultimus pateret dubie
tas / quam quaedabat cogitatus. Item quare
virgini ante conceptionem angelus apparuit /
Joseph non post / Respondet In conceptione require
batur consensus virginis / non enim concipere
nisi consentiret / ideo necesse fuit premittere
re / Item ne templo prius sit. timeret
si se prius quemadmodum cognovit sed aliquo
nuntio promisso / Cris operabat cum
cum turbationem eius illam. . . / quam cum
concepit conditionem / Sed ioseph postquam concepit
apparuit angelus / ad maiorem evidentiam
salus ut prius dubitaret et sic certificaretur
vel et fortem Cris ne forte culpa infide
litatis incurreret / sicut zacharias de con
ceptione ingenis / Et longe incredibilior
res erat virginem posse concipere quam ana
Item quare quod pastoribus / zacharie / et
marie non in sompnis sed palam apparuit
angelus / non sicut Joseph / Respondet sed. dicit
Cris et angelus / quia ioseph sciebat re
gestis in pluribus xpm de david oriundum
et de virgine / sed sine non erat diffinire
non de hac virgine vel de alia / unde

cum maiore dispositione esset ad credendum / facili
persuasione opus fuit / et ideo in sompnis ap
paruit / Similiter enim visio facilis est suo / sed de
zacharia non ita dispositi ad credendum quia
et angelo apparenti palam credidit tamen / pastori
bus / quia rudes erant. Ideo grossiori visione
opus fuit tantum aut palam apparuit / quia
que per verba requirebat / quod non potest fieri nisi
a vigilantibus. Item dicitur in sompnis apparuit
angelus / ut sopitis exterius sensibus liberius acci
peret revelationem divinitus. Sanctus Janssace
sunt Cris / In sompnis . . . Sicut dormienti
ade creavit mulierem / Sic isti dormienti co
signavit uxorem / Per hoc voluit dominus / quod
sicut ex illa parte incepit actio nostre perdi
tionis / Ita et hic incepit effectus nostre redemp
tionis. Sequitur Joseph fili david / glo Iusti
familiare et notum audit / cuius nomen et genus
dicit. Sed quare vocat eum filium david / dicit Rab
ut maria que ex eadem tribu erat / de da
vid esse monstraretur / Item Cris filium david eum
vocans / voluit sibi promissionem david de
xpo futuram / ad memoriam reducere. Unde glo
Recognosce quod promissio est domui david
de qua tu es et maria / et vide impletum
in ea. Sed quod beata virgo non fuit de domo
david / quia licet per hoc quod beata virgo fuit
cognata sancte elizabeth / quae fuit de filiabus
aaron / de tribu levi. Unde quod beata virgo
ex parte matris fuit de tribu levi / sed ex parte
patris fuit de tribu iuda / et de domo david /
quia xpus fuit rex et sacerdos. Sequitur noli
timere / hic certificat eum de peccato secreto /
per quod suspicari poterat ioseph / quod adeo certe
cum est secreta scire / quia angelus sibi co
gitationes cordis sui ondit. Cris ne time
as / Cognitorem scilicet cordis eius ondere voluit /
ut per hoc futurorum bonorum / quae de xpo erat
dicturus faceret fidem. Noli timere / Exponi
potest / ut periculo erat / si enim fuisset adulterio
impregnata manere cum ea / esset adulterium
contra legem / si de spiritu sancto fuisset / fuisset
presumptio detinere sine divina revelatione /
Unde hoc non suum erat detinere / et ideo sapienter

medium eligens voluit occulte eam dimittere/
propter hoc dicit noli timere accipere coniugem
tuam/ Cris. ostendit eum iam timere ne offe
deret deum quasi adulteram habens/ alias non
cogitasset eam repellere/ accipe coniugem tuam
Jero. contra Elvidium/ non tamen est putandum quod ex
eo quod uxor est appellata/ sponsa esse desierit
cum hoc esse sciamus scripture consuetudine non
nerimus/ quod sponsos viros/ et sponsas appellat
uxores/ sicut deuteronomio testimonio probatur/ Si quis
inquit invenerit virginem desponsatam viro
in campo/ et vim faciens dormierit cum ea mo
riatur/ quia humiliavit uxorem proximi sui/
Ecce hec quod desponsate in scriptura vocantur
2ª du. uxores/ glosa dicit noli timere accipere i. integratione
retinere/ licet de domo non fuit dimissa/
tamen iam mente dimissa erat/ Rab. vel noli
timere accipere mariam imperiali coniunctu/ et
3ª du. assidua cohabitatione/ Nota quod dicit coniugem/
cum nomen coniugis procedat ex coniunctione
maris et femine/ que est in copula carnali/
ergo male dicit coniugem/ Respondetur glosa coniux erat
non cohabitu sed affectu/ non coniunctione corporum
sed morum/ Item glosa non coniugem dicit/ a prima
4ª du. fide desponsationis/ Nota misterium/ Jeronimus Cris.
virgo coniugio copulata fuit fabro lignario/
quia Christus ecclesie sponsus/ omnem salutem hominis
operatus est per lignum crucis/ glosa bene Joseph
vir et maria coniux/ cum in eis fuerat affectus
amoris/ quod est verum coniugium/ et in ea sic coniun
est fructus nuptiarum/ Sequitur quod enim
in ea natum est/ de spiritu sancto est/ glosa de ea nas
ci/ est in luce produci/ in ea nasci est concipi
Aliud est nasci de ea/ et aliud est nasci in ea
/ et quod adhuc nativitas fuit in utero/ Ideo an
gelus dicit quod natum est in ea/ Remigius vocat
dicit natum/ quod conceptum/ Christus nasci est in ultima
organisatione humanitatis/ et anime infusio/
unde Christus in instanti fuit in utero virginis/ constans
ex anima et corpore/ Ideo dicit natum/ ut ostendat
generationem eius non successivam sed in instanti
perfectam/ quod non dicit ulla conceptio/ Sequitur quod enim
in ea natum est de spiritu sancto est/ Cris. non solum
ante angelus/ ab iniqua coniunctione virginem
excusat/ sed et supra naturam ipsam concepisse

commendat/ non solum timorem auferens
sed et leticiam addens/ de spiritu sancto/ glosa
spiritus sanctus dicitur deus/ et donum dei/ et cari
tas/ et sola caritas eum incarnari fecit/
quia caritas fuit ratio motiva ad incar
nandum filius/ Cris. dicit quod divinitas intravit
in virginem per feminem/ et beatus Jeronimus et Augu
stinus/ quod quidam predicasse opinantur
spiritum sanctum in conceptione Christi fuisse per sic
ecce quod factas fuit quo sene sunt duo/ pos
sessiva/ respondendum eius quod generatur/ quod ad
hac dicit Cris./ quod divinitas intravit
in virginem per semine/ Est et post multos
quod ad hac negat Jeronimus et Augustinus/ et bene
quia spiritus sanctus non fuit ibi per semine Sequitur
pariet autem filium/ hec annunciat de istis/
de futura nativitate/ de nominatione ibi et
vocabis/ de futuri redemptione ibi ipse
enim/ pariet filium/ glosa Cris. non sibi
nec tibi conceptum/ tamen utilis eius procreationi/
tamen et filio eius necessarius/ tamen ut abi infamia
defendas/ filio ut eum nutrias/ et custodi
ecclesiam. Cris. non sibi necessarius est concep
tum/ eris tamen utilis procreationi/ ut non
solum sis tutor feminee fragilitatis/ sed
nutritius sis tanti pueri/ Cris./ In omni
non autem dixit pariet tibi filium/ sicut
ad zachariam/ elizabeth uxor tua pariet tibi
filium/ quia mulier que ex viro concepit marito
suo filium parit/ quam magis ex illo est/ quam
de ipsa/ Jeronimus Cris./ vel indicandum hic ponit/
ut ostendat quod eum peperit orbi terrarum
Sequitur et vocabis nomen eius/ et non impones
quia ab eterno impositum est sicut Rab./ et vo
cabis nomen eius ihesum/ sicut glosa interlinearis
i. salvatorem/ Jero./ Ihesus enim hebreo sermone
salvator interpretatur/ Subdit enim nominis ipse
enim salvum faciet populum suum/ quod solus dei
est/ Ideo ostendit esse verum populum suum sicut
glosa interlinearis/ quem predestinavit/ vel populum
suum credentem fide et per dilectionem operante/ sive
de iudeis/ sive de gentibus/ ad gal. v. et
dan. 9. non erit eius populus qui nega
turus est eum/ Remigius salvat quidem
non incredulos/ sed populum suum/ hoc est in se
credentes salvat/ non tamen a reprobibus

visibilibus / quam potius ab invisibilibus / hoc est a
partibus a parte q. d. non erit salus corporalis
sed spiritualis / a peccatis tam originalibus quam ac-
tualibus / corporis quae ab eis sunt sed illius gloriam
intelligit / ut quae a se ipsis sunt i. a peccatis
vero penitus sunt corporis non creaturis eos salvare
iz. perdicio tua ex te israel / tantum ex me
auxilium tuum etc.
Hoc autem totum factum est etc. / hic ad certitu-
dinem nostrae fidei / adducit adhuc testimonium
prophetarum / unde ista verba sunt evangelistae secundum
non angeli loquentis / volebat enim / unde in
hoc completam esse prophetiam ysaiae / Ecce virgo
etc. primo introducitur prophetia / 2o subditur obedientia
primo Joseph / ibi Exurgens autem Joseph
primo dicit sic. Hoc autem totum factum est secundum
quod supponitur prophetiae. hoc totum / scilicet corporis
et dicitur in glossa / ut virgo primo sponso de-
sponsaret / ut cista servaret / ut angelus
Joseph per sompnum loqueretur / ut Joseph
sponsam eam accipere iuberetur / ut pueri
nomen Ihesum vocaret / ut virgo mundi sal-
vatorem generaret / etc. Glossa. hoc totum factum
est dicit / quod virgo desponsaret / quod gravida
inveniretur / quod per angelum revelaretur /
ut adimpleretur quod dictum est etc. / non enim
hoc impletum / quod virgo conciperet et pareret /
nisi desponsata esset / ne lapidaretur / et nisi
ab angelo secretum detegeretur / et nisi eam
Joseph acciperet / dimissa per infamiam
affligeretur / et lapidatione periret / cessaret
prophetia quae ait pariet filium / glossa hoc totum
factum est ut adimpleretur dicit quod ut non
ponitur causaliter / non enim ideo impletum est
quia praedictum fuit / sed potius ideo praedictum fuit /
quia implendum erat / ponitur autem ut consecu-
tive / sicut in greco / unum sequitur alterum et
patibulo / ut Christum vitam probaretur /
quia alto suspenso in patibulo / sequebatur
probatio veritatis ipsius Christi / sic et hoc
licet non dicatur / sed consequentiam / quia hoc factum
~~quod praedictum erat~~ sequebatur impletio prophetiae /
Quod dictum est a domino / hoc dicit a domino per prophe-
tam / sufficeret dicere per prophetam / sicut
infra 2o capitulo dicitur / quia sicut dictum est
per ysaiam / non addit a domino / Ecce virgo / vel
per excellentiam vero / quia facta est / Mathaeus enim
hic maxime ministerium dictat / scilicet virginis conceptio-
nem et partum / ideo opus fuit testis / non solum prophetae /
sed eius quo nichil maius est / ideo dicit a domino.
Item alia ratio / ut confutet manicheum qui novum
testamentum et prophetas recepit / et tamen dicit filium
dei / per virginem tantum per fistulam transisse / Item
ne credat errorem montani / addit scilicet a domino
qui dixit prophetas phantastice / et non de spiritu
sancto loqui / glossa dicit sic Albus etc. ante de-
beri testimonio / astruit ea quae ponit in evangelio.
primo per testificationem / ut habeat testimonium a lege
et prophetis / 2o per confirmationem fidei / quia facilius
credimus cum videmus impleta quae sunt dicta / 3o
per convictionem et concordiam novi et veteris testamenti /
glossa prophetia non necessitate rerum facit quod praedi-
cit / sed signum est praescientiae dei / Sequitur Ecce virgo
hic introducitur prophetia / et tria ponit / primo
conceptionem in virgine / 2o nativitatem Christi de virgine
ibi Et pariet / 3o denominationem nascentis sibi
Et vocabunt / dicit ergo Ecce virgo / admiratur
propheta ysaias / et quasi omnes de supremo suscitans
ait / Ecce virgo in utero habebit quasi ostendens
carnis / non aliunde tamen quam per totum virum / hic glossa
Ecce virgo etc. dicens iudei quod hic non est hic
nomen integritatis sed etatis / videlicet puellae / sed
quid tunc est signum / Ideo supra vers. dominus autem
promittitur in prophetia / dabit dominus ipse vobis signum
novum de re ac mirabile / Si autem iuvencu-
la vel puella ut iudei volunt / et non virgo
pariat / quale signum poterat appellari / cum hic
nomen etatis sit / non integritatis / et revera virgo
persona appellatur / quod in priori loco non scribitur
in propheta sed hoc verbo positum est Alma / quod praeter
Ar. omnes adolescentulam transtulerunt / porro al-
ma apud eos ambiguum est / dicitur enim ado-
lescentula et abscondita / ergo alma non solum
puella vel virgo / sed virgo abscondita dicitur
et secreta / quae numquam virorum patuit aspectibus /
sed magna parentum diligentia sit custodita /
lingua quoque punica quae de hebreorum fontibus
dicitur / ipsa virgo alma appellatur / et nostro
sermone alma dicitur sancta / omnium quoque linguarum

libris neutrum hebrei / Et quod est in meo iudicio arbitror me legisse alma pro muliere imputa / sed pro ea que virgo est / petrus alfonsus. non enim scitur quod aliquis homo illius temporis emanuel sit vocatus / Ecce virgo in utero habebit / glo. evangelista sed in secundum ysa. non verba / quia concipiet ponit / in utero habebit / et vocabunt pro ~~vocabis~~ vel vocabitur Et pariet filium / integritate tamen virginitate permanente / unde augustinus in sermone de nativitate / qui enim dirupta corporum membra in aliis poterat reintegrare / tangendo suo magis in sua matre quod invenit integrum non violavit nascendo / etiam enim in eius partu integritas / potius quam decrevit / et virginitas amplificata est / potius quam fugata / Et vocabunt / secundum vas / et cetera secundum glo. dupliciter / primo quidem angeli psallentes / secundo apostoli predicantes / demum cuncti credentes / Et vocabunt nomen eius emanuel / quo nomine designatur et humana natura / et divina in una persona / emanuel interpretatum est nobiscum deus / glo. iuxta. id est in homine deus / verbum enim caro factum est et habitavit in nobis / primo enim incarnationem erat nobiscum deus per eternam potentiam / sic erit per gratiam nobiscum ad sanctos patres / glo. hic nobiscum imperat hic spiritualem unionem / que facta est per nostre humanitatis assumptionem / Vel secundum Remigium. nobiscum deus id est fragilitatis quam assumpsit / sibi sue divinitatis unitate persone coniunxit / Item Crisostomus nobiscum pro nobis gubernando tamen presentia celestis ... persone suus est / Vocabunt nomen eius emanuel. non ex impositione sed ex [illegible] / Hic queritur cur prius posuit hoc nomen ihesus quam hoc nomen emanuel / Item quia potius dicitur ihesus nomen proprium christi quam emanuel / Dicendum quod principium est in intentione finis ... quod est ad finem / finis autem christi incarnationis est nostra salus et salvatio / ideo primitus et apparens debuit potius hoc nomen ihesus quia finis / quam hoc nomen emanuel / quod notat conditionem eius iuxta nos quod est ad finem / Item nota secundum Remigium quod nomen quod interpretatum sit hoc nomen / ... / aut evangelista / aut aliquis translator / Sed sciendum quod ypsa non est interpretatus / evangelista quid notum fuit interpretari

eius sibi hebreum sermonem / forte quia hoc nomen obscurum erat apud hebreos iudeos. aliquid erat in interpretatione / sed magis credendum est quod aliquis translator sit interpretatus / ne hoc nomen haberetur obscurum apud latinos / hoc denique nomine due substantie / divinitatis scilicet et humanitatis in una persona domini nostri ihesu christi designantur / quia qui ante secula via ineffabili genitus est a deo patre / idem ipse in fine temporum factus est emanuel. id est nobiscum deus ex virgine matre / Item quidam dicunt quod non hec fuit prophetia / Sed Crisostomus. prophetia alia est ex prescientia et hec est immutabilis ut hic ecce virgo concipiet / alia ex iudicio comminationis / et hec solet mutari secundum quod verba sonant / non secundum intellectum / ut adhuc xl dies et ninive subvertetur / legitur in Jona sub intelligi nisi peniteat / Exurgens autem ioseph / hic ponit impletionem ioseph obedientie perfectam / quia exurgens a sompno ad statim / vel a sompno dubietatis / moraliter / glo. iuxta / fecit sicut precepit ei angelus domini / glo. preceptum obediens fecit non tamen quod precepit angelus / sed et sicut precepit / Similiter habetur genesis 12 / egressus est abraham fecit sicut precepit ei deus / Hic glo. moraliter / quicumque a deo monetur / solvat moras / surgat a sompno / faciat quod iubetur / Et accepit coniugem suam / glo. accepit coniugem suam / ad tutandum virginis infamiam / ad celandum salvatoris adventum / et ad nativitatem pueri nascentis obsequium / Sed nota quod dicit Joseph maria accepisse / cum eam prius non acceperit / et nec domum eam dimiserat / Sed Crisostomus. non in domo accepit eam / nec enim adhuc eam dimiserat de domo / sed de animo suo deposuerat eam / et iterum in animo suo eam recepit / Vel secundum Remigium accepit celebratis nuptiis ut moris erat / Vel accepit coniugem suam tantum dicitur ei obsequii ministerio / Sequitur Et non cognoscebat eam

quod exponunt aliqui ut hilarius sic dicentes
in ewangelio nazareorum et est glosa narrat
de confusione faciei dicentes quod ex presencia
christi in utero virginis tanta erat clari-
tas in eius facie quod joseph non poterat eam
intueri sicut dicitur de claritate faciei moy-
si ex consortio sermonis domini quod non poterant in-
tendere filii israel ut dicitur 2 Cor. 3.
Et ideo non cognoscebat eam facie ad faciem
donec peperit filium suum primogenitum id est quousque
vetus eius evanuit. Sed glosa dicit
quod de ista cognitione hic non agitur et ideo
glosa et beatus Jeronimus exponunt de cognitione
carnalis copule. Sequitur donec peperit filium
suum primogenitum. Sed hoc loco dicunt elvi-
dius heretici quod maria licet a joseph
non sit cognita ante partum christi tamen post partum
ab eo cognita fuit et alios filios peperit
quod probat tripliciter [?] dicitur hic non cognoscebat
1 eam donec peperit etc. ergo post partum cogno-
vit. Item 2o quia subditur peperit filium
2 primogenitum quia primogenitus non dicitur nisi respectu
aliorum filiorum post genitorum. Hoc etiam confirmat
3 per id Joh. 2o legitur fratres eius fuisse [?] Sed hec
non valent quia sicut dictum est beata virgo vove-
rat castitatem et sic joseph. Item beata
virgo fuisset ingratissima si tanto ac tali
filio non fuisset contenta. Item joseph quam
dicitur sanctus scelestissimus fuisset si templum
spiritus sancti et speciale habitaculum dei violare
ac polluere presumpsisset. Ad primum igitur
dicendum quod hec dictio donec aliquando significat tempus
determinatum quo transacto fit aliquid sicut
ipse non comedit donec erit hora sexta
hoc est intelligendum quod completa hora sexta
comedit et sic non accipitur hic. Alio modo
sicut dicit glosa interlinearis ponitur donec pro et
vel pro semper sicut in psalmo dicitur de christo sede
a dextris meis donec ponam inimicos tuos scabellum
pedum tuorum. Non est sic intelligendum quod cum
inimici eius positi sub pedibus erunt tempore
iudicii quod tunc dimittat sedere ad
dexteram patris ymmo eternaliter sedebit

et hoc modo accipitur hic donec cum dicitur non
cognoscebat eam donec peperit filium suum pri-
mogenitum. Simile habetur Gen. 8 de corvo. Egre-
diebatur corvus et non revertebatur donec sicca-
rentur aque super terram qui tamen numquam fuit reversus.
Et simile est illud in psalmo oculi nostri ad dominum deum
nostrum donec misereatur nostri. Et multa similia
in scriptura habentur. Et ponit exemplum [?] iste
contendebat cum illo et donec vixit non est
ei locutus id est numquam est ei locutus. Vel potest
donec poni pro et ut sit sensus et non cognoscebat eam donec id est
et peperit filium suum primogenitum. Ad secundum dicendum
quod christus dicitur primogenitus filius virginis
non quia alii fuerunt post ipsum sed quia nullum peperit
ante eum. Sic hoc modo accipiebatur in lege. Num.
18 ubi precipiebatur quod primogenitum deo offerretur
et si aliqua mulier pariebat unicum tamen primoge-
nitum offerebat illum. Glosa interlinearis ante quem nullus
non post quem alius. Item glosa primogenitum dicitur
omne quod primo de utero egreditur sive aliud sequatur
sive non. Item Jeronimus [?] consuetudo scripturarum
est eum vocare primogenitum qui primo natus est. Ad
3m dicendum quod in ewangelio christi fratres nominantur cog-
nati eius non germani quia de eadem cognatione sicut abraha-
m et loth dicuntur fratres Gen. 13 ubi dicitur ne sit iur-
gium inter me et te fratres enim sumus et tamen
loth erat nepos eius. Et sic patet propositum.
Sequitur Et vocavit scilicet joseph nomen eius
ihesum. Glosa interlinearis die 8 quo fiebat circumci-
sio et nomen imponebatur. [illegible] hoc autem
hoc nomen fuisse notissimum sanctis patribus et dicitur
prophetis maxime illi qui dicebat defecit
in salutare tuum anima mea. Et exultavit
cor meum in salutari tuo. Et illi qui dice-
bat exultabo in deo ihesu meo.

Cum ergo natus esset ihesus etc. Hic ewangelista
ostendit ipsum dominum ihesum esse verum deum
et verum hominem ex illustratione celesti et ve-
neratione regali. Et dividitur in 3 partes quia primo
ponitur christi manifestatio, 2o ipsius mani-
festati perscrutatio ibi Cum recessissent. Prima
pars dividitur in 3 partes. Primo ponitur christi manifestatio ce-
lebrata, 2o eius inquisitio ibi Cum audis-
sent rex herodes, 3o eius adoratio devota ibi.

et precedentes prima pars adhuc in duas quia primo
ponitur inquisitio Christi ex devotione / et ista facta est
a magis / 2o ponitur inquisitio eius ex malignitate
/ et hec fuit inquisitio Herodis ibi Audiens au-
tem / dicit ergo sic Cum ergo natus esset / glossa: Quin-
que hic ponit apostolus vocata / nativitas
/ nomen / tempus / locus / Cum ergo natus esset
/ ecce nativitas / Ihesus ecce nomen / in Beth-
leem Iude / ecce locus / et dicit in Bethleem
Iude ad differentiam alterius Bethleem que est in
Galilea secundum glossam in tribu Zabulon Iosue
19 / In diebus Herodis regis / ecce tempus / In
diebus Herodis regis / hoc dicit propter duo primo
ad differentiam Herodis tetrarche sub quo interfectus
fuit Iohannes / 2o ut impleretur prophetia Ia-
cob completam Genesis penultimo Non auferetur
sceptrum de Iuda etc. donec veniat qui mit-
tendus est / Ubi translatio caldaica habet donec
veniat messias / Ergo quia iam alienigena
regnabat / finitum erat regnum Iudeorum / et
ergo dicit glossa interlinearis super illo verbo In diebus
Herodis regis hoc non ponit tempus dicit glossa
propter … / sed ut videatur impletum illud non deficiet
princeps ex Iuda etc. / … glossa super illud verbum
In diebus Herodis regis ostendit aliam prophetiam
esse impletam Ezechielis 21 Cum venerit sanctus
sanctorum cessabit unctio vestra / dicit ergo glossa sic
In diebus Herodis regis finito scilicet regno Iu-
deorum quia iam alienigena in gente Iudeorum
regnum … parat / impleta est prophetia
que dicit Cum venerit sanctus sanctorum cessabit unctio
vestra unctio scilicet regalis quia regnum transla-
tum fuit ad alienigenam ¶ Et quia nondum
quod Iudei habuerunt reges et duces de gente
Iudeorum usque ad Herodem qui fuit ydumeus
natione et pater eius alienigena / sed regnum
Iudeorum fuit … a Romanis impera-
toribus / et tunc hic advocatum (?) ad ipsum …
venit / et capto Antigono ibidem regnante
et postea interfecto Herodes occupavit
regnum / ut narrat Iosephus libro antiqui-
tatum / et sub isto Herode rege primo alienigena

Christus fuit natus / et vocabatur Hero-
des Ascalonita / quia de Ascalone na-
tus ¶ Tres fuerunt Herodes / de quibus
scriptura facit mentionem / qui continentur in
hoc versu / Ascalonita necat pueros / An-
tipa Iohannem / Agrippa Iacobum claudens
in carcere Petrum ¶ Dicit hic glossa et etiam beatus
Augustinus de concordia evangelistarum / de nativitate
domini in Bethleem Matheus et Lucas concordant /
sed quo et qua occasione ad eam venit
Ioseph et Maria Lucas exponit / Matheus
preterit / econtrario de adventu magorum Lu-
cas tacet / et Matheus exponit ¶ Nota Ma-
theus scribens Iudeis / ponit testimonium genti-
lium / quod est fortius contra Iudeos / et ergo intro-
ducit gentes scilicet magos / Lucas scribens
gentibus / introducit Christi circumcisionem / in tem-
plo presentationem / et matris purificationem / que
gentes ad similitudinem (?) convertebant / Iudeos non
… / quia consueta sunt apud eos etc. ¶ Item
glossa super illo verbo Bethleem Iude / Beth-
leem prius dicta est Effrata / Bethleem
domus panis interpretatur / quia ibi nasci-
turus erat panis vivus qui de celo
descendit / Et subdit glossa Augustinus ante
erat (?) que est domus in qua panis vivus
quem dicit ¶ Ecce magi / glossa magi
non malefici / sed philosophi caldeorum / Subdit
glossa et fuerunt ut dicitur de genere Balaam /
et successores doctrine eius / in istis
fides gentium / ut primitie deo consecrantur ¶
Vel magi non dicuntur a magica arte / sed a
magnitudine scientie / quia philosophi fuerunt et reges
quia eo tempore philosophi et sapientes regnabant
¶ Hoc quos nos vocamus magos / persi vo-
cant magos / … lingua magos voci-
tat persica (?) / greca sophistas / hebraica … vo-
cavit / atque latina magos ¶ Item glossa
Isti magi reges fuerunt, qui et si tria mu-
nera obtulisse dicuntur / non ideo non plures
quam tres fuisse probantur / sed ut per eos gen-
tes / que ex tribus filiis Noe nate sunt
venture ad fidem prefigurarent ¶ Vel tot
fuerunt principes qui multos duxerunt in
suo comitatu / Et subdit glossa unde do

Cum natus esset

Ecce magi

(margin: quo tempore venerunt) quo tempore venerunt / venerunt magi non post
annum / quia tunc non inveniretur puer in presepio
sed in egipto / sed xiii die venerunt / ab oriente
venerunt Remig. oriens ideo est / quia ab
illa regione venerunt que in orientali parte
mundi posita est ¶ [illegible] est hic secundum Remig.
(margin: varia) ap Baraq de magis opinio / Quidam enim
dicunt eos fuisse caldeos / caldei enim stel
lam pro deo colebant / et ideo dixerunt quod imi=
tarentur eorum deum [illegible] natum /
¶ Alii vero dicunt persas eos fuisse / Nonnulli
dicunt illos de ultimis finibus terre fuisse
¶ Alii dicunt vero eos fuisse nepotes balaam
quod magis est credendum / balaam enim inter ce
tera que prophetavit dixit orietur stella ex ia
cob / Illi vero habentes hanc prophetiam ut vi
derunt stellam novam intellexerunt regem
natum et venerunt glo. Sed / oriens fuit de ter
ra persarum ubi et saba fluvius a quo regio
nominatur iuxta quam et est arabia / ubi ma
gi fuerunt reges ¶ Sed tunc movetur dubium secundum bern
hardum. Si hanc stellam futuram vaticinio ba
laam noverant / cum eius essent successores
vel si caldei / vel persae / aut de ultimis fini
bus terre fuerint / quomodo in tam brevi spacio
ierosolimam venire potuerunt ¶ Et sic dicendum
secundum Remig. Et aliqui solent dicere quod puer
(margin: qui) qui tunc natus est in tam brevi spacio
de ultimis finibus terre eos ad se perducere
potuit / vel secundum glossam non est mirandum
eos in xiii die venisse in bethleem cum
equos arabicos et dromedarios habuerunt
qui sunt velotes ad iter ¶ Vel secundum eundem per
biennium ante nativitatem christi profecti sunt
et stella eos precedebat et neque vestis neque
potus defecit de peris eorum / vel secundum
Remig. Si fuerunt successores balaam /
regio istorum non longe distabat a terra pro
missionis / Ideo in tam brevi spacio terre
illius venire potuerunt ¶ Sequitur venerunt
(margin: venerunt ierosolimam querentes) ierosolimam / glo. magi apud ierosolimam
proprie natum regem querunt / quia per balaam
de israel nasciturum audierunt / nova enim
stella novum hominem indicabat ¶ Sed quare
stella non perduxit eos immediate ad

bethleem / Respondetur quod magis intrantibus iudeam
stella divina dispensatione disparuit ut necesse haberent
reverti ad civitatem regiam videlicet ierusalem / et ibi
inquirere de christo nato / et hoc factum est ideo ut
plures de ea [illegible] per ipsos magos / ut qui prius
fuerant commoniti celesti signo / confirmarentur etiam
dicto prophetico / ex doctoribus hebreorum audito / ut
infra patebit ¶ Alia causa fuit propter christum / ut eius
nativitas in civitate regia nunciaretur / et per consequens
iudei christum non recipientes inexcusabiles
haberentur / per hoc etiam figurabatur quod fides christi e
rat a gentibus devote recipienda / et a iudeis
pro maiori parte in infidelitate permanentibus recu
sanda / quia magi qui gentiles erant ignotum christum
devote quesierunt / et inventum adoraverunt /
sacerdotes autem iudeorum audientes christum
natum / per celeste signum in illo sunt moti ad
ipsum querendum nec adorandum / vel querentes (interlinear: ubi stella disparuit quia)
amplius humanum perdiderunt divinum ¶ Sequitur
dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum / (margin: dicentes ubi est qui natus est rex iudeorum)
hec duo / Unum per modum interrogacionis scilicet ubi
est / aliud per modum suppositionis qui natus est
rex iudeorum / rex iudeorum / quia spiritualiter iudeis erat
promissus ¶ Nota quidem circa inquisitionem magorum /
unde veniant ab oriente / quo perveniant scilicet
ierosolimam / et quid querant scilicet ubi est qui natus
est / Unde natum testimonium proferunt vidimus
stellam / et quid pretendant et venimus ado
rare ¶ Sed nota quod in christi nativitate ista excel
lentia signa sunt facta scilicet in presepe / non autem
in medio / et quia in hiis omnibus magis apparuit
infirmitas humanitatis / ideo oportuit maxime
refulgere argumenta divinitatis ¶ Sequitur vidimus (margin: vidimus eius stellam)
stellam eius scilicet stellam propriam / quia hanc creavit
ad ostensionem sui / secundum glossam [illegible] ¶ Item glo.
christum nondum loquentem muta stella predicat /
postea loquentem loquentes apostoli nunciaverunt / Item
glo. / et est verbum beati aug. in sermone de epiphania /
pastoribus angeli / magis stella / utrisque tamen loquitur
lingua celorum / quia iam cessabat lingua prophetarum /
¶ Item glo. et est verbum beati greg. in omelia / Iu
deis tamquam ratione utentibus sanctus rationalis i.
angelus ortum christi nunciavit / magos vero
gentiles ratione nondum utentes [illegible]
stella perduxit ¶ Item glo. secundum allegoriam

Stella est illuminacio fidei | que ad xpm ducat | Du
ducitur ad iudeos | eam amittunt | quia dum a ma
lis consilium quesierunt | verum illuminacionem perdunt /
¶ Secundo queritur | quando hec stella primo apparuit / Ad quod glo.
et chrisostomus Augustinus et Io. et fulgencius | quod in die na
tiuitatis xpi et dicit glo. ut / Hec stella diuine
natiuitatis nuncia magis primo apparuit sed eam
tunc puer creauit / et magis primam deputauit
que mox peracto officio esse desiit ¶ Sed Cris. dicit
quod per biennium ante natiuitatem xpi apparuit
probat per textum quia herodes occidit pueros a bi
matu et infra secundum tempus quod exquisierat a magis
¶ Sed potest dici quod herodes hoc non fecit propter tempus
stelle sed propter habundanciam malicie ne ullo modo
posset euadere ¶ Non sicut beatus gregorius in omelia /
ex hoc quod dicitur Vidimus stellam eius /
priscillianiste heretici / dicunt vnumquemque hominem nasci
sub stellarum constitucionibus | et stella habet appellant
fatum | et quod aliquis sit fur | vel homicida | dicunt
hoc esse ex constellacione / Sed dicit beatus augustinus
in libro de ci. dei / Omnes hoc dicunt magnam
faciunt celo iniuriam | Et Cris. super Math.
Si aliquis adulter et homicida fiat per stel
lam | magna esset iniquitas illarum stellarum sed
maior esset illius qui creauit stellas | Et sub
dit Si stelle est | quod aut mali sumus | aut boni /
ergo nec bonum nostrum laudandum est | nec malum
vituperandum ¶ Item nota quod ista stella non fuit
vna de stellis in celo | hoc patet primo racione mo
tus | quia hec stella ab oriente in meridiem
mouebatur Ita enim palestina ad persidem iacet.
¶ 2o quia in meridie lucebat ¶ 3o quia non habuit
continuum progressum sed cum oportebat eos ire ibat
cum stare stabat ¶ Quarto quia in aere vicinas
tenebat vias | et alie multe raciones assignantur
¶ Ex textu istius euangelii notatur triplex
medium (istis) habuit esse regem iudeorum .i. promissum
iudeis | primum est ex declaracione loci / scilicet Bethleem
in qua predicta erat natiuitas xpi Micheas.
¶ 2m ex declaracione temporis | Ihesus in diebus hero
dis | quia prophetatum fuit Gen. 49. non auferetur
sceptrum de iuda ¶ 3m est ex apparicione stel
le de nouo create | secundum illud Num. 24. orietur
stella ex Jacob | huius gentilibus de natiuitate
audiuerunt xpm dominum illum esse promissum in lege et
prophetis ¶ Sequitur In oriente. glo. / Nos stella

orta sit in oriente / cum ipsi ibi positi
natam ad occidentem viderunt ambiguum
est Potuit enim nasci in oriente et eos
in ierusalem perducere sed dicit quamdam esse ex ele
gancia querunt consilium auxilium diuino deserentes.
¶ Sequitur Venimus adorare eum glo. quia
deum intelligunt stella famulante ¶ Sed
queritur quo fuerunt moti per stellam
ad veniendum et adorandum / Ad quod beatus
augustinus in sermone de epyphania. Potuerunt
igitur angeli illis dicere / stella quam vidistis
xpus est / Ite adorate illum vbi natus est
et simul indicate quo consurgit sit ¶ Item
augustinus in libro de ci. dei. et non testatur
dicit hii magi caldei non maliuolencia
cursum astrorum sed rerum demonstrate specu
labantur. Sicut enim datur intelligi tem
pore Balaam sequebantur / qui dixit orietur
stella ex Jacob. vnde videntes ex ordine
mundi | habet esse intelligenciam quam balaam
futuram in confusionem regis iudeorum prophe
tauerat ¶ Cris. legi magos istos ex libris
Balaam huius stelle apparicionem sciuisse
accepisse Num. 24 ¶ Item dicit quidam quod
successores Balaam per singulos annos
ascendentes montem nomine victoriale
et lauantes se orabant et laudabant deo
tribus diebus | et faciebant per singulas
generaciones exspectantes ne forte in sua
generacione stella ista beatitudinis oriretur /
donec apparuit illis descendens super illum
montem habens in se quasi formam pueri paruuli
et super se similitudinem crucis | et locuta est
eis et docuit eos et precepit eis ut
proficiscerentur in iudeam | Et quia omnes doctores
concordant in hoc quod moti fuerunt isti ma
gi ex vaticinio balaam et cum hoc habue
runt specialem reuelacionem | Et ideo dicit
beatus leo in sermone de epyphania. Ille eos
instruxit qui eos per dixit Venimus
adorare eum | Cris. Sed mirum nesciebat
quia in ierusalem regnaret herodes / vnumquid
non intelligebat quod quicumque rege viuen
te / alterum regem pronunciat aut adorat
punitur in sanguine / Ad quod Sed tunc consti

[Margin notes: "[illegible] primi [illegible]"; "et consurget virga ex ysrl"; "Venimus adorare eum"; "Andr[illegible] hon[illegible]"; "Nota non ass tune post"]

debebat regem futurum non timebat puto
adhuc non videant Christum jam potestati eam
mori posset. Et subdit obviam magi quod cum
contra crudelissimi regis pro quod Christum
cognoscerent ipsi sunt confessores / Vel
Audiens autem herodes / hic ponitur malitia
herodis ex malignatione / et postea ponitur eius
inquisitio de Christo a iudeis / 2a ab ipsis
magis ibi tunc herodes clam / Dicit glossa
Audiens autem herodes Christum natum perdendum
celeste regnum / turbatus est non mirum quia
erat alienigena ut dictum est / et ideo ti
mebat perdere regnum / Gregorius in omelia 4 herodes
in glossa nato rege celi / rex terre turbatus
est / quia nimirum terrena altitudo confunditur
cum celestis celsitudo ponditur / Item glossa
1 turbatus est / vel quia exterminium regni sui
2 timet / vel propter iram romanorum si hoc
paterentur qui hoc decreverant ne quis
rex vel deus sine eorum consilio diceretur / Item
glossa Audiens autem herodes alium regem
3 iudeorum quam se queri / verebatur ei cu
cedere alienigena legittimo regi iudeorum / et
ideo codices quibus genealogia texitur
cremavit / Item crisostomus super illo verbo
turbatus est dicit sicut semper excelsitudo
potestatis maiori timori subiecta est
Sicut enim ramus arborum in excelso po
sitarum eciam si levis aura flaverit move
tur et sublimes homines et levis nuncii
fama conturbat / humiles autem sicut in con
valle plerumque in tranquillitate consistunt
Et omnis ierosolima cum illo / glossa
propter favorem / quia sepe plus presumpcionis in
iuste favet / quos crudeles sustinet /
unde salomon rex insipiens habet servos
ministros impios / Vel omnis ierosolima
3 hic forte accipitur pro toto unde / omnis
ierosolima accipitur hic pro illa parte que
favebat sibi / sicut generaliter dicimus quod maiores
civitatis aliquid faciunt ipsa tota civitas
facit / Sic in proposito qui erant tunc maio
res et in regalibus officiis assistebant illi
cum rege turbati sunt / Crisostomus Sed et iudai
cus populus turbatur qui magis debebat gaudi

re isto gaudere debebat quia rex iudeus surge
2 debebat / sed turbatur quia de adventu iusti
non potest gaudere iniqui / aut certe turbantur
ne forte iratus iudeo regi / gentem eius
vexaret / Nam quadmodum civitatibus leviter ma
gnatis sic regibus adversantibus sibi / populus regni
2 vexatur / Vel secundum rabanum turbato herode / omnis
ierosolima turbatur adulatorie sive adulacionis
favore / ut membra capiti iniquo consonarent
Sequitur Et congregans omnes principes sacerdo
tum .i. pontifices templi / et scribas
populi .i. doctores populi / unde vero scribe
dicti sunt non tamen ab officio scribendi sed po
cius ab interpretacione scripturarum / Erant enim
legis doctores glossa nota diligenciam inquirentis
1 ut si invenerit faciat quod postea se nolle osten
2 dit / simulante ex causatis sit romanis / Vel
3 secundum rabanum congregans omnes principes sacerdotum
ut videret si eos tale quid lectos faceret et si
tacerent Sequitur sciscitabatur ab eis glossa pa
la quod ex vobis audiam / ubi Christus nasceretur glossa id est
vocat eum .i. Christum quia noverat inungi re
ges iudeorum / Item glossa a iudeis querit
locum / a magis tempus / ut de utroque fiat certus /
Crisostomus super quod movet dubium ut quid inter
rogat qui non credebat scripturis / aut si cre
bat quomodo sperabat posse se interficere illum quem
scripture regem esse futurum dicebant / vere quod
ad aliquid credidit quod ad aliud non credidit
de loco sed non credidit quod non posset erradicare possit
Et ideo dicit Crisostomus omnes peccatores qui hoc
ipsum quod credunt perfecte credere non permittuntur
quod enim credunt veritatis est virtus quod
contra vero est quod autem non credunt contra
rio est inimici sequitur / At illi dixerunt
in bethleem iude / Circa ista verba dicit textus
fuit corrupti quia scripserunt in bethleem iude
quia non est bethleem gencium sed dicunt in bethleem
iude bethleem ad differenciam quod est in tribu
zabulon / Crisostomus Cum debebat videre
herodi / et bene quia non quia est ad te est dicere
que a me audisti gaudeo sed fidelibus Crisostomus
Crisostomus Dat responsum regi interroganti cum corde
non bono / cum debuisset celare misterium regis

a deo promitti ad salutem gentium. Iudei autem ad
fidem sermonum suorum propheticum proferunt. Et ita
quasi thesauros domini sui absconditos hostibus
eius produnt / et scilicet non portatores sunt operum dei
sed proditores misteriorum / et non doctores hec dicebant
sed imitatores malicie eius. ¶ Glossa super illo verbo
At illi dixerunt in bethleem iude. Ex hoc patet
quod non ex ignorancia sed ex cordis duricia
credere [i. christum] noluerunt. ¶ Item glossa locum nativitatis
exprimunt quia testimonio scripture didicerunt / ut
ipsa eorum scientia illis fieret ad testimonium dampnacionis /
nobis ad adiutorium fidei / Sic enim scriptum est
per prophetam Michee v. Et tu bethleem terra
iuda. i. tu bethleem que sita es in terra iuda
vel in tribu iuda licet sis parvula quantitate
vel populositate nequaquam tu minima es propter dignitatem
in principibus iuda. i. inter civitates iuda ex
quibus principes producuntur secundum glossam. ¶ Vel secundum
Remigium talis est sensus quamvis minima videaris
inter urbes principatum habentes tamen non es mi-
nima. Ex te enim exiet dux. exiet i. nascetur,
et non morabitur quia cito post nativitatem christi christus
fuit deportatus in egyptum. Dux i. christus qui
reget populum meum israel i. populum fidelem qui per
fidem videt deum / hunc populum gubernando / vel
secundum crisostomum israel dicit eos qui crediderunt ex
iudeis. Si autem non omnes christus rexit eorum
est accusacio / de gentibus tacet quia specialis pro-
missio fuit iudeis / unde salvator dicit non
sum missus nisi ad oves que perierunt. Mt. xv. Item
propheta Michee v. aliter habetur quam scribe herodi
responderunt / et evangelista ponit verba eorum / secundum quod
responderunt. ¶ Glossa dicit sic quia [illegible] si non verba / veritatem
sensus quodammodo posuit. ¶ Remigius unde hic repre-
henduntur iudei de ignorancia. Nam propheta dicit
Tu bethleem effrata / illi non dixerunt tu
bethleem terra iuda / et ubi propheta dicit parvu-
lus es in milibus iuda ipsi dixerunt nequaquam
minima es in principibus iuda. ¶ Glossa in hebreo
sic est. i. in propheta Michee v. Et tu beth-
leem effrata parvulus es in milibus iuda /
ex te michi egredietur qui est dominator in israel et
egressus eius ab inicio a diebus eternitatis. Et
est sensus secundum glossam. Et si sis parvulus videris
comparata civitatibus iude / ubi tanta sunt

tua

milia tamen non es minima quia ex te egredietur
magnus christus qui natus de david / quia
egressus eius ex mea constat substantia / na-
tus a diebus eternitatis quia in principio erat
verbum et verbum erat apud deum. Et hoc verbum
sed egressus eius ab inicio a diebus eternitatis
iudei tacuerunt. Et dicit crisostomus super Mt.
ipsi iudei ipsam prophetiam prescindentes
interficiendorum parvulorum facti sunt causa / si enim
integram prophetiam protulissent / considerans
herodes quia non erat rex terrenus cuius dies
erant a diebus seculi vel eternitatis / in tan-
tum furorem non exarsisset. Et ideo
dicit glossa / hoc verbum ut diximus est iudei
tacuerunt. Alia vero mutaverunt vel
propter ignoranciam vel ad maiorem manifes-
tacionem ut herodi alienigene / intelligibilior
prophecia appareret. Unde pro eo quod propheta dixit
effrata quod erat nomen antiquum et forte
herodi ignotum dixerunt terra iuda. pro eo
autem quod propheta dixerat parvulus es in
milibus iuda / volentes ostendere parvitatem
eius quantum ad populi multitudinem / dixerunt
nequaquam minima es in principibus iuda. vo-
lentes ostendere magnitudinem dignitatis
provenientem ex dignitate principis
ibidem nascituri. ¶ Nota quod bethleem prius
dicta fuit effrata ab uxore caleph. Sed
postea tempore elymelech et noemi facta fuit
magna fames in iudea quam cum duobus
filiis ob magnitudinem famis iverunt
peregrinatum in terra moab sicut habetur. Ruth.
i. Post transitum autem famis facta est maxima
habundancia in eadem civitate sicut prophetatum
fuit mutato nomine in contrarium / Et tunc vocata
est civitas ista bethleem. i. domus pa-
nis propter habundanciam eventum. Et hoc est quod
dicit. Et tu bethleem effrata. i. quondam
dicta seu vocata effrata. Et ergo ad litteram
secundum interpretacionem bethleem domus est effra-
ta. i. furorem videt propter tristiciam. Et beth-
leem propter habundanciam spiritualis effrata. i.
furorem videt / propter herodis insaniam qui
pueros occidit. Sed bethleem dicitur domus
panis illius scilicet qui dicit Io. vi. Ego sum pa-
nis vivus qui de celo descendi.

Et tu bethle[em]

Effrata

Tunc herodes clam vocatis magis etc. Hic
ponitur inquisitio herodis facta ab ipsis
magis per signum stelle orientis que appare
bat eis ut si ad ipsum rediret ex temporis
et loci cognitione posset xpm interficere sicut
postea attemptavit pueros interficiendo / et
hoc est quod dicit tunc herodes clam dicit clam
i. occulte quia cum esset alienigena non con
fidebat de iudeis / et ideo voluit suum con
silium eos latere / vocatis magis diligenter
didicit ab eis tempus stelle que eis apparuit
tempus stelle querit et non tempus partus / ne
videatur puero insidiari / sed tempus stelle quia
si vellet cognoscere signum et veritatem partus
Et mittens eos dicit monendo / vel rogando /
vel presumptuose precipiendo Ite et interro
gate diligenter de puero / et non de rege
quia nomen regis ei odiosum erat / unde non
dicit de rege sed de puero / nec enim nomine
proprietatis eum vocare sustinebat / Sequitur
Et cum inveneritis renunciate michi ut et ego
veniens adorem eum / unde dicunt / devotionem
promittebat / qui gladium acuebat / et ma
liciam cordis sui simulatione coloris depin
gebat / Talis est enim consuetudo omnium
malorum / qui aliquem in occulto gravius ledere
volunt / simulatione et amicitias fingunt
Ideo promisit adorare / ne quis sentiret
dolo eius / glossa ad renunciandum eos i
nvitat / ut aliquos redeat / et ne inde
quia rex eorum futurus erat occultent
Qui cum audissent regem etc. abierunt
Hic ponitur iter ipsorum xpm inquirendo sollici
ta / hic ostenditur ponitur eius inventio cum
dicit ergo qui cum audissent regem abie
runt recedentes de ierusalem / ut iret usque
bethleem / edocti de hoc per prophetam / Remigius
Magi significant bonos auditores / qui bona
que audiunt a malis predicatoribus faci
unt / sed tamen opera illorum non imitantur / Sequitur
Et ecce stella quam viderant in oriente an
tecedebat eos Hic ostenditur quod stella occul
tabat se / et deserunt magi ad tempus / unde
glossa magi ingressi iudeam deserunt indi
ce stelle / ut cogantur ex lege inquirere / vel di
vino deserunt auxilio / qui querunt humani
subdit glossa / nec debebat signum infidelibus
datum apparere domesticis legis et prophetarum / que
si moysen et prophetas non audiunt neque si quis ex mor
tuis non resurget / Secundum Remigium absolute
stella significat gratiam dei / herodes dyabolum / qui autem
per peccatum dyabolo se subdit mox gratiam perdit / qui
si per penitentiam recessit a dyabolo et peccato mox gratiam invenit / que
non dimittit donec perducat ad domum pueri
i. ecclesiam glossa moraliter stella est illuminatio fidei /
que ad xpm ducit / qui dum divertunt ad iudeos
amittunt magi magi / qui dum a malis consilium
querunt veram illuminationem perdunt / sequitur usque
dum veniens staret supra ubi erat puer usque
i. donec dum veniens staret supra / secundum glossam
quia dicit hic est quem natum testabar / ubi erat
puer glossa sepe puer nominatur / ut eum agnoscat
deo quia deum est puer natus e... Hec glossa
hic apparet quod stella in aere posita erat et do
mui in qua puer erat vicina / aliter eo
domum non distinxisset / Quo notum fuit quod eos
stella perduceret / usque ad locum ubi puer erat /
quia nec nobilium nec ad consortium hominum vel fa
mosiores puer habebat / ut se posset eum
invenire / nec et non quia paupertas et ignota
abscondita sunt ab hominibus / Sequitur videntes
autem stellam / que prius se occultaverat preter
eam perdentes gavisi sunt gaudio magno
valde / gavisi sunt sunt sed quia spes eorum non
erat frustrata / sed magis confirmata / gavisi
sunt gaudio / glossa de gaudio gaudet / qui propter
deum gaudet / qui est verum gaudium / addit
et magno quia de magno gaudebat / quo
nichil est maius / et valde precise / quia
intelligebat quod dignitas et nati regis
excedebat mensuram omnium mundialium regum
Remigius voluit ewangelista ostendere quod magis
gaudent homines de rebus perditis quam de possessis
Rabanus valde quippe eis et gaudio magno
gaudendum erat / qui ad aspectum filii dei preve
nire meruerunt / qui venit mundum a pec
catoribus suorum et infidelium tenebris liberare /
Item Rabanus gaudio magno valde ga

nisi sit / non solum ex stella / viderunt sed quia
regem natum cognoverunt / ymo quod eos ipse
ad illum perducebat / cuius conspectio iam devotis
ardentius erat / corporalis stella gaudet propter bona
nostra / que magna sunt / gaudio magno (?)
vera gratia / valde propter bona gratie / Sequitur Et
Et intrantes in domum — intrantes domum / glossa i. diversorium illud quod
lucas presepium vocat / 2° / Invenerunt puerum
cum maria matre eius / Crisostomus super mattheum / Invenerunt
puerum cum maria matre eius / non dyademate
coronatam / aut in lecto aureo recubentem / sed
vix tunicam unam habentem / non ad ornatum corporis
sed ad tegumentum nuditatis / qualem habere poterat
carpentarii uxor / peregre constituta / glossa
monet quoniam / Cur non yoseph / cum maria
inventus est a magis / ne aliqua inde
mala — suspicionis occasio / daretur gentibus / que primiti
as suas statim nato salvatore ad eum
adorandum miserunt / Unde Rabanus divino ac
nutu factum est / quod aberat yoseph / ne ali
qua male suspicionis occasio daretur gentibus /
Et procidentes — Sequitur Et procidentes adoraverunt eum / Et
procidentes i. in terra cadentes / glossa procidentes
signum humilitatis est / sed quod illius ut adorant
adoraverunt eum glossa in carne verbum / ado
raverunt adoratione latrie / quod fide per fidem
spem et caritatem tres virtutes theo
logicas / quas exhibuerunt puero hominem / quem
creatorem crediderunt / ab ipso vitam eternam
sperantes / et ipsum super omnia diligentes / quo ipsum ado
ratione latrie adorantes / Nota in hoc quod dicit Et
procidentes adoraverunt / notatur virtus et excel
lentia fidei eorum / nichil enim nobilitatis
nec digni veneratione (?) [illegible] ad exteriora
viderunt / Unde Crisostomus / putas adorassent
infantem / non intelligens adoratione honoris /
nisi ad divinum credidissent / [illegible] quod non pu
ericie detulerunt honorem / vel intelligenti /
sed divinitati eius cognoscenti / Ad idem
Rabanus / adorant in carne verbum / in infantia
sapientiam / in infirmitate virtutem / sed querendum
est / quare magi tam sapientes et potentes
non fuerunt scandalizati / in rege nato viden
tes ipsum in tanta paupertate natum / de hoc
loquitur venerabilis [illegible] publice in sermone de
epyphania qui sic incipit / Apparuit benignitas.

dicens / Quid facitis o magi / quod sanctis
lactentem puerum adoratis in tugurio vi
li / in vilibus pannis / quo ne deus est iste / deus
autem in templo sancto suo / dominus in celo sedes
eius / et vos eum queritis in vili stabulo
et in matris gremio / Quid facitis quod aurum
offertis / quo rex est iste / Ubi aula regia /
ubi thronus / ubi curie regalis frequentia
numquid aula est stabulum / thronus presepium / cu
rie frequentia yoseph et maria / quos ita
insipientes fecit sic viri sapientes / ut ado
rent parvulum despicabilem tam sua eta
te quam suorum paupertate / insipientes facti sunt
ut fierent sapientes / et prevenit eos spiritus
quod postea predicavit apostolus / qui vult esse
sapiens fiat stultus ut sapiens sit
Videbat tunc (?) [illegible] ne scan
dalizarentur viri isti / et illusos se crederent
cum tantam vilitatem viderunt / a regia civi
tate ad querendum regem mittebantur ad
bethleem / ad bethleem villam parvulam
diriguntur / ingrediuntur stabulum / inveniunt
involutum pannis infantulum / non illis sordes
stabuli / non panni offenduntur / non scan
dalizantur vagientis infantia / procidunt ve
nerantur ut regem / adorant ut deum
sed profecto / qui illos adduxit / et ipse in
struxit / et qui per stellam foris admonuit /
ipse in occulto cordis edocuit / Ad idem
loquitur venerabilis augustinus sermone de epyphania
domini dicens / talem natum cum dedica
rant / in quo adorando se salutem quere
rent / conspectores minime dubita
verunt / neque enim etas erat / saltem cui
adulatio humana deserviret / non de mem
bris purpura / non in capite dyadema
fulgebat / non pompa famulantium / non
terror exercitus / non gloriosa fama preliorum
hos viros ad eum ex remotis terris
cum tanto voto supplicationis attraxit /
iacebat in presepio puer / ortu recens
exiguus corpore / contemptibilis paupertate /
sed magnum aliquid latebat in puero / quod
illi homines primitie gentium celo narra
nte didicerunt / Sequitur Et apertis the — Apte
sauris suis glossa [illegible] Et apertis the
sauris suis / [illegible] religionis sacrum

sic aperitur / in fide firma thezauros nros
in via non pandamus donec potius hostibus
soli deo quos occultis cordium offeramus / eze
chias / qui thezauros alienigenis prodidit
quod perdidit in posterum / Et apertis thezauris
suis / glosa fidem suam / misticis prestant
muneribus / aperta apta confessio cordis / In thure
confunditur arrius / qui dixit soli patri sacrifi
candum esse contendit / In mirra manicheus /
qui xpm mortuum non credit / In auro
iterum / quia et manicheus de semine david
regem natum non credit / et arrius sola
ei similitudine asscribit / Et obtulerunt ei
munera aurum thus et mirram / glosa dicit
quod reges persarum et caldeorum muneribus solent ado
rare / quo more et isti munera obtulerunt
secundum magos diuina inspiracione est factum ut in
hoc se misterium cum Secundum sensum literalem
obtulerunt aurum ad sustentacionem paupertatis
matris et filii / Thus contra fetorem loci / mir
ram ad consolidandum membra pueri / Item non propter
aurum despexerunt regum dignitatem / propter mir
ram hominis mortalitatem / quia mirra solet
inungi corpora mortuorum / propter thus ipsius
diuinitatem quia thus ad honorem diuinum
crematur / Et gregorius dicit glosa interlinearis aurum
ut regi / thus ut deo / et mirra mortali
Item glosa aurum ad tributum / thus ad sac
rificium / mirra ad sepulturam pertinet mor
tuorum / Vel hec tria in eodem xpo inti
mantur / regia potestas / diuina maiestas /
humana mortalitas Item moraliter secundum glosam
Nos thus offerimus si cogitacionis car
nis in corde per studium oracionis incedimus
aurum cum superna sapiencia resplendemus
mirram si carnis vicia per abstinenciam mor
tificamus / hec munera ex thezauro cor
dis ita proferuntur / corde creditur ad iusti
ciam / ore autem fit confessio ad salutem
Item mistice secundum glosam tres viri qui obtule
runt significant gentes / de tribus partibus mundi
venientes thezauros aperuit cum fidem
cordis per confessionem ostendit / bene omnes
domo aperiunt docentes ne thezauros bo
ne consciencie iactando reuelemus / offerunt tria
munera / hoc est fidem sancte trinitatis / Vel

aperto thezauro scripturarum offerunt tria
munera secundum historialem moralem et allegori
cum sensum offerunt / Vel logicam phisicam et ethi
cam / cum illa fidei seruire faciunt Item secundum
glosam cum singuli singula cum unusquisque tria
que magis fateri est / quia congruunt misterio
qui omnes vere xpm deum et regem et passum
confitentur Sequitur Et responso accepto in sompnis
Hic tractatur de reditu magorum Dicit Et re
sponso accepto glosa interlinearis querebat quid vellet
diuina voluntas / de reuersione ad herodem / dei
meruerunt responsionem secundum quod responso accepto
cum nulla possent interrogare vel / licet non possent
interrogare, tamen poterant mentibus unde
glosa Et responso accepto sicut moyses tacens
exodi xiiii clamabat / sic isti pio affectu mente
rogabant quid diuina iuberet voluntas Item
glosa puer non loquitur ad eos ne diuinitas
ante tempus reuelaretur / et vera humanitas habetur
unde et mox in egyptum mittitur quia et fides in
credula erat ad primum / unde glosa hec responso non
fit per angelum sed ipsum deum quia nullus alius
viam reuersionis instituit nisi ille qui dicit ego
sum via veritas et vita Sequitur ne redirent ad
herodem ne secundum herodis per quirentes personam nas
centis ut ne auiret eos vel ut primo a fide xpi
per aliam viam reversi sunt in regionem suam Crisostomus
venisti per viam fornicacionis ambula per viam
castitatis / venisti per viam avaricie / ambula
per viam elemosinarum / si autem per eandem viam rediens
reperies regnum herodis vadis Nota hic pro
tuant magi standalizari quia etiam et conatum
cum timore iubentur redire Rabanus Crisostomus In
tue magorum fidem / qualiter non scandalizati sunt
in se ipsis dicentes / si magnus est puer hic /
que utilitas fuge et occulte recessionis
hoc enim dicit Crisostomus est vere fidei non querere
quomodo causas eorum / que ne percipiuntur sed simpliciter
solum habeis Item Crisostomus in omelia Cum magi
xpm quasi terrenum regem quesissent / inuenien
tes eum apud nos mansisset Nunc autem
adorauerunt et reuersi sunt / cum autem reuersi fuissent
manserunt colentes deum magis quam ante / et predi
cantes multos erudierunt et demum cum thomas
apostolus misisset per prouinciam illam adiuncti sunt ei
et baptizati sunt et adiutores predicacionis ipsius
Item alio secundum sensum numerus in omelia

Et responso accepto

Nota bene

thomas

vero nobis ad magis innuit quod in regionem suam
per aliam viam reversi sunt. Regio quippe nostra paradi-
sus est ad quam ihesu cognito redire per viam
qua venimus prohibemur / a regione / et enim
nostra superbiendo / inobediendo / visibilia sequendo
cibum vetitum gustando / discessimus / sed ad eam
necesse est ut flendo obediendo visibilia con-
temptendo atque appetitus carnis refrenando
redeamus. Notandum quod magi peracto obsequio
et responso accepto descenderunt ad mare
et inde per navem transfretantes in tharsis abie-
runt / propter quod herodes iratus postea naves
tharsis incendit secundum quod fuerat prophetatum per david
psalmus xlvii. In spiritu vehementi conteres naves tharsis.

Qui cum recessissent etc. Hic ponitur ipsius nati
persecucio et primo describitur occasio quedam unde
venit ipsa persecucio / 2° ponitur ipsa perse-
cucio ibi Tunc herodes videns / 3° ponitur quedam
scripture ad ipsam persecucionem ibi defuncto hero-
de. Circa igitur primam partem / sciendum quod deus previdens
herodis persecucionem futuram / per angelum admonuit
joseph ut puerum in egiptum portaret. Ad cuius
intellectum notandum quod herodes credidit quod magos
fuisse delusos ex apparicione stelle fantastice /
et ideo non curavit tunc de pueri inquisicione /
sed postea ablato puero in templo / et a symeone
ipso predicato et manifestato et similiter ab anna
prophetissa coram toto populo / ut habetur luce 2 / tunc
fama pueri nati crescente / voluit herodes
ipsum perdere sed [illegible] portatus est per joseph
in egiptum. Notandum secundum glossam et secundum bedam augustinum /
impleto primo tempore purgacionis / et eo ablato in
templum quod hic premittitur puer postea portatus est sic
in egiptum. Item [illegible] hic premittit matheus
diem purificacionis / in qua oportebat primo-
genitum offerri in templo et agnum vel par
turturum aut columbarum / et quamvis timeret hero-
dem / tamen non est transgressus legem qui ad templum
puerum deferrent. Ecce angelus domini apparuit

Et ecce angelus

in sompnis joseph / In sompnis apparuit / ut congru-
[illegible] eundem esse angelicum et bonum / quia [illegible]
sibi apparuit quod [illegible] in sompnis apparuit. Secundum Remigium
per hoc quod angelus in sompnis joseph apparuisse
dicitur / iustitie designatur quod illi qui a curis
terrenis / et secularibus negotiis requiescunt / perfrui
angelica visione merentur / Dicens Surge
et accipe puerum et matrem eius / Crisostomus non
dicit accipe puerum matrem et puerum eius
sed eius / quia non propter matrem puer natus est
sed propter puerum mater parata est / glossa interlinearis. Dicens
sic / Hic joseph non est maritus / sed minister
et custos ambobus / Unde habetur [illegible] ex-
[illegible] post partum / mencio fit de matre
pueri / non uxor joseph / sed mater pueri nun-
cupata est. Beda ante hoc / ante partum vocata
est coniux ne infamaretur de adulterio / post
vero mater pueri ne aliqua videtur habere
de eo / Dicens Et fuge in egiptum / glossa mira

fuge in egiptum

humilitas christi / fugit qui refugium est aliorum
et virtutes / fugiendo instituit suos / unde dominus
vos persecuti fuerint in una civitate / fugite
in aliam. Notandum [illegible] de causis quare dominus fugit
in egiptum / primo ut ostenderet se verum hominem
[illegible] [illegible] [illegible] dicit [illegible] impossibi-
litati / convenit fugere potestatem inimicam
13° ut sui non erubescerent fugere tempore necessitatis /
Unde crisostomus super matheum dicit in persona jo-
seph / O angele dei mei / tu michi re-
tulisti / quod quod nascetur de spiritu sancto est / et
quo iubes nos fugere / quo filius dei an-
[illegible] fugit / aut quis liberet de inimicis /
si ipse inimicos suos timet / Dicendum et primo
quidem oportet ut regulam non [illegible] quod
suscepit conservet in hac parte / quod et
humane nature / et puerili etati convenit fugere /
potestatem inimicam / deinde ut ceteri christiani
cum necessitas persecucionis advenerit fugere non
erubescant. Notandum multiplex est fuga / quedam
pusillanimitatis. proverbiorum 28 fugit impius
nemine persequente / Item est fuga prudencie
mathei 10. Si vos persecuti fuerint homines
in una civitate fugite in aliam. Item
est fuga infirmitatis / 3 Regum 19 fugit
helyas a facie iezabel. Item dispensa-
cionis ut hic / Unde dominus recessit non
necessitate / sed dispensacione et pietate super qua
inimicis pependit in ligno / puer latuit
in egipto. Genesis Crisostomus quod vadit in
egiptum / nunquam alia terra deficit / quod enim
adversus populum eius egiptus extitit inimica.

Rx Crisostomus recordatus est dominus quem non
in fine irascitur nec in eternum indignatur
quia mala fecerat super egiptum mittit filium
suum ut ipsam egiptum sanaret. Item ut ad
impleretur illud ysaie 19 ecce dominus ascendet
super nubem levem ingredietur egiptum
Item propter utilitatem futuram. Illa enim terra
fuit venustata diversis religionibus plus quam
alie terre et quia magis ardore viciorum in
flammata fuit quia cultores erant omnium
ydolorum. Unde magis auxilio indige
bat &c. Et esto ibi usque dum dicam tibi
Fuge in egiptum | Esto ibi usque dum dicam tibi | non dictat tempus reversionis | ut per crebram
consolacionem ipsum Joseph consolaretur. Futu
rus est enim ut Herodes querat puerum ad
perdendum eum | glossa Ecce quod scandalis | non
faceret deus forte et verbis angeli po
terat Joseph scandalizari quia deum
esse supremus quod ipse salvum faciet populum
suum &c. | et modo nec ipsum salvare potest ut
videtur | Rx. quod hec omnia indicat maio
rem et firmitatem fidei in Joseph | quia
inviolabilis certitudo fidei infusa erat ei
audito testimonio angeli, super primo capitulo
Cum surgeret | Qui consurgens accepit puerum et matrem
eius nocte | Qui consurgens i. cum nunc
surgens accepit puerum et matrem eius | non
dicit filium suum | quia erat tantum nutricius.
nocte propter timorem Herodis | ut negocium
fieret magis occultum | licet enim de hoc
haberet divinam revelacionem | tamen non propter hoc
debebat obmittere quod facere poterat secundum
humana via | Vel nocte fugit | quia in signum
perfecte obediencie | non distulit mandatum an
geli | et sic eadem nocte surrexit et
fugit | vel modo aliter secundum Crisostomum omnis an
gustia omnis persecucio nox est | Refrigerium
autem dies | qui ergo persecucionem fugit noc
te fugit | &c. Et secessit in egiptum |
Et hoc significat secundum glossam quod Judea dimis
sa in infidelitate | fides erat gentibus
predicanda | Actuum 13. Vobis oportebat verbum
primum loqui | et quia indignos vos iudi
castis verbo dei ecce &c. | Unde glossa est
domus hyla. Secessit in egiptum quia Christus a
Judeis non receptus | per predicacionem cessit
ad gentes | Item glossa mistice | Secessit in egip
tum | quia fides Christi mansit in gentibus. Item glossa
nocte secessit in egiptum | quia nocte ignorancie
Judeos a quibus ipse recessit reliquit | in cedulis
quam credit | noctem non fit mencio quia in fine
mundi Judei fidem Christi et Christum ab egipto re
vertentem suscipientes illuminabuntur. Item glossa
hic datur exemplum fidelibus | vitandi rabiem persecu
torum | ubi est optimum | sicut ait ipse Si
vos persecuti fuerint in una civitate fugi
te in aliam | Item glossa | et est dominus venerabilis
Beda | Signat autem hec fuga domini | electos a
pravitate malorum | a sedibus suis sepius ex
pellendos | fugit ut illos | quem paulo ante stella
deum demonstravit | Item glossa | Joseph figura
est predicatorum | qui Christum cum matre i. fide
Christi et ecclesie | tulerunt ad gentes | relicto Herode
i. Judeorum infidelitate. Item glossa sicut
natus est ut captivam recuperaret naturam |
Sic fugit ut fugatos revocaret | quod fuga
sancti fuit non timoris | ut exemplum fugiendi
daret suis | non fugit mortem qui mori
venerat | nec insidias expavit | qui venerat
aperire sanctuarias dyaboli | De hac fuga predixit
ysaia. Ecce dominus ascendet super nubem levem
i. carnem sine peccato ingredietur egiptum
et commovebuntur simulacra egipti | Crisostomus in ewangelio
vide quod statim nato domino | tyrannus insanit |
et mater cum puero ad barbara effugatur regiones |
ut si tu incipiens alicui spirituali rei deservire
videaris te tribulari non turberis | sed omnia viriliter
feras | hic habens exemplum | Rabanus Refugium fu
git | fortitudo formidat | et mundus sibi tollit
exiliis locum dotalia | Devoti militis est
tacere fugam regis | narrare constanciam |
aperire fortia | tacere infirma | Item man
dat fugam celitus et per angelum | ut videatur
celitus comparasse timorem | Rx. quod fuga Christi
non fuit timoris sed misterii | Crisostomus si
in bellum fugit non timoris sed artis in
hostem non timet | sed providet ut postea
vincat | Sequitur Et erat ibi usque ad obitum

Fuge in egiptum | Esto ibi usque dum dicam tibi

Cum surgeret

[illegible]

Erat ibi usque ad obitum Herodis

ut adimpleretur quod dictum est per prophetam

ex egipto vocavi

herodis / glosa septem annis dominus in egipto
latuit / Item glosa interlinearis mortem / Et erat ibi
usque ad obitum herodis .i. usque in finem infidelitatis
qua iudea contra ecclesiam sevit / Ut adimple-
retur quod dictum est a domino per prophetam / Oritur
dubium / An prophetia fuit causa fuge / et an necessitas erat
ut fieret / Responsio quod prophetia fuge christi nullam inuit
sic necessitatem / sed hoc intendit ewangelista quod
fuga christi / veritatem prophetie approbavit / Ewange-
listarum consuetudo autem fuit istius ewangeliste / ea que
dixit auctoritate legis confirmare / et hoc ideo quia
iudeis scribebat / Sequitur Ex egipto vocavi
filium meum / glosa Osee .xi. / quia verbum caro factum
est et habitavit in nobis / Oritur dubium Jeronimus /
ubi hoc in nostris scripturis legatur / Responsio quod iuxta
hebraicam veritatem / illud potest accipi de Osee
xi° / ubi dicitur Quia puer israel, et dilexi eum
/ ex egipto vocavi filium meum / pro quo lxx trans-
tulerunt quia parvulus est israel, et dilexi eum
ex egipto vocavi filium meum / Vel potest illud
testimonium secundum beatum Jeronimum accipi de numeris 23 capitulo
ubi dicitur secundum hebraicam veritatem deus eduxit
eum de egipto / cuius fortitudo similis est rino-
cerotis .i. unicornis / secundum lxx interpretes dicitur pa-
deus ex egipto vocavit eum gloria eius sicut
unicornis / et hoc dicitur sicut in glosa Jn Osee dicit
glosa / Iuxta hebraicam veritatem / hoc invenitur
vel in libro minorum ut quidam asserunt / Nota
est hic quod ista auctoritas Ex egipto vocavi
filium meum habet duplicem sensum / litteralem / quia a-
verificata est ad litteram de populo israelitico vocato /
a domino de egipto / perfectius tamen de domino nostro
ihesu christo qui est filius dei naturalis / Alii autem
sunt tamen filii per adopcionem / secundum et illa auctoritas
que habetur primo paralipomenon 22 Ego ero illi in
patrem et ipse erit michi in filium / ad litteram
intelligitur de salomone / tamen multo perfectius / perfectissime
autem de domino nostro ihesu christo ut dicit apostolus
hebreos primo Cui enim dixit aliquando angelorum filius
meus es tu / Et iterum ego ero illi in patrem et
ipse erit mihi in filium / quia salomon fuit figura
christi / et ideo perfecte et magis intelligenda est
auctoritas de veritate quam de umbra / Et hoc
modo allegat ewangelista textum hic quod habetur osee xi
ut dictum est / Jeronimus super osee / hoc testimonio

utitur ewangelista quia hec typice referuntur ad
christum / Item crisostomus in eodem dicit sicut est
in prophetis loco multa multociens dicta et alie
complentur in aliis sicut de Symeone et
levi dictum est dividam eos in Jacob et disper-
gam in israel quod non in eis sed in nepotibus
eorum completum est quod et hic apparet christus
enim natura dei filius est et sic in eo vere
prophetia completur.

Tunc herodes videns quod illusus esset a magis
hic ponit christi persecucionem / 2° confirmat testimonio
prophetico dicens / Sequitur / Tunc herodes videns
quod illusus esset a magis / crisostomus herodes
non videbat se ludi / illusus est / iratus est valde
glosa interlinearis inde cumulat iram / nam
turbato per nativitatem / Vel iratus est valde
de timore perpetuam perdere / Crisostomus reddit
duas raciones quare iratus fuit valde di-
cens / Reges frequenter ex aliis causis
irascuntur cito placantur / Illa autem ira in-
extinguibilis est quam regni zelus accen-
dit / 2a causa quia magi ipsum decipientes
addiderunt causas doloris / Et quare quidem quere-
rent iste tamen potius audiens tot signa
et magnalia, debuit moveri
ad veneracionem / Responsio Crisostomus Coherceri ne-
quit oculus animi / Unde via Beda Dicitur /
Exemplum de pharaone qui post tot vi-
sis signis tot plagis afflictus magis
indurabatur / Sequitur Et mittens occi-
dit omnes pueros / mittens pro missis
glosa interlinearis ferro gladio / Occidit
non statim sed post annum et 2 dies /
sicut dicit glosa / Unde glosa / Verisimile
est post annum et 2 dies a nativitate
christi / herodem in pueros desevisse
Oritur quare non credebat herodes verbis
magorum / quare sic ea insaniebat in
pueros / Item si verbis credebat / quare
tam sic ea necare nitebatur pueros
Nam credebat se posse necare
filium dei / Unde crisostomus Ubi putas de
invitacione fama dei / aut pro illum

que deus defendit / Remigius crisostomus eciam
mirum si herodes hoc iniquius putabat
se posse mutare consilium dei / ipse deus
sapientissimi salomonis / cum parum fuit an
dicens a propheta Jeroboam regem futurum
potuit prepedire eum / putans per se posse
que deus producit / quia zelus pape
nescit / et ira non potest habere consilium. sed
quare quod ita diu distulit occisionem
puerorum / Remigius in glosa quia Roma presentatus erat /
est vel ibi accusatus / vel ut romanos
consuleret super hiis que de Christo dicebantur.
Item glosa assignat aliam causam dilacionis
dicens ideo forsitan tam diu
ab inquisicione pueri se continuit / ut pelli
cienti eum deprehenderet / nec cabi ali
quomodo posset / Nicholaus de lira
dicit herodes fuit impeditus ab
occisione puerorum quia citatus fuit ad
curiam romanam ad peticionem suorum filiorum
ipsum accusantium / et ideo non fuit ausus
tunc pueros interficere / ne cum aliis factis
nobis suis accusaret. de tanta crude
litate / reversus autem et in regno confirmatus
quia sinaz pro se et contra filios habebat / tunc
ad implendum de nece puerorum quod primo
conceperat / occidit ^{ut predictum est} omnes pueros qui erant
in bethlehem / et in omnibus finibus eius ^{ut aliqui locum de occisione puerorum xpi ne ab eo fugeret scitaret}
Remigius hic occidit pueros in omnibus
finibus bethlehem / Remigius hoc fecit / ut pu
erum illum non evadere posset / Sequitur a bimatu
et infra .i. a filio duorum annorum / usque
ad filium unius noctis / Unde Raba(nus) et
habetur in glosa / Non est contentus vastacione
bethleem / sed adiacencia loca vastavit /
nec ullam miseratus etatem / Occidit / a filio
unius noctis / usque ad filium duorum annorum /
qui omnes occidit / Nota dicitur hic a bi
matu / Bimatus tamen dicitur spacium
duorum annorum / et dicitur a bi(s) .i. in
quod componitur a bis et annus / cuius significatum est habens
duos annos / quasi bimus qui habet in ... an
nos / Et inde bimatus trimatus quadrimatus
spacium duorum vel quatuor annorum / Et ideo
in quantum dicitur a bimatu et infra non cadunt
tas herodis / Sicut enim excessit cum crudeli
tate regionis / ita transcendebat in tempore
sive etate puerorum / Sequitur secundum tempus a bymatu et
infra occidit pueros / Remigius glosa quia timebat
ne puer cui sydera famulantur / speciem suam
paulo super etatem vel infra transfiguraret
ut etatem sui temporis occultaret / et ideo vi
detur a bymatu usque ad pueros unius
diei interfecisse / glosa quia tunc Christus apparuit
mundo / incepit in eum persecucio / Item glosa
...dicitur et est de venerabili beda in omelia dicitur /
figurat mors puerorum passionem omnium mar
tirum / qui parvi .i. humiles et innocentes occisi
sunt / quia non tamen in iudea sed ubique passi sunt
ab impiis / quos signat herodes quia bymi quia
doctrina et opere perfecti / illis occisis Christus
evasit / quia corpora possunt perimi / divinitas non
contingi / Augustinus in sermone de ecce presentes hostes
beatos parvulos / nunquam tamen prodesse potuisses obse
quio / quibus profuit odio / Nam quantum contra eos ini
quitas habundavit / tantum gracia benedictionis effulsit /
Sequitur secundum tempus quod exquisierat a magis /
sed glosa dicit .i. ab ortu stelle / glosa recitat
hic opinionem Johannis crisostomi in omelia quadam dicens /
Johannes crisostomus in omelia quadam dicit quod stella per an
num ante apparuit / sicut in destructione romanorum
signa apparuerunt in celo / quia vox angelorum
audita est / transeamus ab hiis sedibus / Sed
est alia opinio fulgencii et aliorum doctorum
super recitata / quod stella primo apparuit in die
nativitatis domini / Sequitur Tunc adimpletum est
quod dictum est per Jeremiam prophetam / glosa dicit
adimpletum dicitur quia antequam fieret / legentibus
erat semiplenum / quia quod in litera sonabat
aliquid futurum occulte promittebat / per Je(remiam)
prophetam / Jeremie 31 Vox in rama audita est et cetera
.i. in excelso audita est longe lateque diffu
sa est per mundum gloria / Unde Jeronimus contra dicitur /
rama non putemus loci nomen esse quod est
iuxta gabaa / sed rama excelsum interpretatur /
ut sit sensus vox in excelso audita est .i.
longe lateque diffusa / Et ideo dicit magister

[left margin:] puerorum ... / Bimatu ...

[right margin:] Secundum tempus / Tunc adimpletum est

Nicolaus de Lyra, quod Rama aliquando est proprium nomen loci, aliquando est nomen grece et valet tantum quantum excelsum. Ploratus, quantum ad fletum puerorum secundum carnem. Ululatus, quantum ad lamenta matrum. Rachel plorans filios suos et noluit consolari quia non sunt, id est quia mortui sunt.

Sequitur glosa secundum beatum Iero. Quare Rachel filios Iude, id est de Bethleem, quasi suos plorat, quia Iudas non est natus de Rachel sed de Lya. Gen. 29. Respondet Io. et glosa: quia Rachel sepulta fuit iuxta Bethleem, ut habetur Gen. 35, et ex tuicione corporis hospicio matris nomen accepit. Vel quia multi ex Beniamin et Ioseph filiis Rachel occisi sunt, quia contigue sunt tribus Iuda et Beniamin. Sed queritur, quia Rachel iam fuit mortua, quomodo ergo ploravit filios suos. Respondet glosa quod est yperbolica locucio, quod tantus fuit planctus puerorum quod eciam Rachel iam mortua doleret affectu, iam fletu dicatur. Vel Rachel in filiis suis plorat necem puerorum secundum glosam. Exponit et ista auctoritas ad litteram de interfectione Beniamitarum per viros tribus Iuda ad xxv viros. Iud. 19. Et sic Rama est quidam locus iuxta Gabaa et capitur contricio per contento. Rachel, id est terra Beniamin, plorat, et est methonomia. Vel Rachel plorat, dicitur non quod ipsa tunc viveret sed plorabat non in se sed in filiis quia non sunt, id est quia mortui sunt. Vel exponit de captivitate duarum tribuum a Babiloniis, ubi omnes fere de Beniamin et Iuda captivati sunt, et tunc simpliciter in filiis dicitur plorare quia non sunt, quasi non essent.

Allegorice: Vox in Rama audita est, id est vox ecclesie de nece membrorum gementis, usque ad polum superni ascendit iudicis. Vox in Rama, id est in excelsis, audita est. Rachel, id est ecclesia, plorat filios, id est martires, et noluit consolari consolacione scilicet temporali in eis, quia eos mortuos exponit, quia non sunt temporaliter sed in eternum vivunt. Unde ecclesia in mundo non recuperat vel illuc ecclesia. Unde glosa: Bene Rachel, que ovis vel videns deum dicitur, ecclesiam signat, cuius totus intencio ut deum contempletur invigilat, et ipsa est ovis centesima quam pastor summus reportat. Item glosa: plorat ecclesia et non vult consolari, quia filii sui non sunt de hoc mundo, vel plorat quia diu plorat parietis tristicia habet. Unde dicitur: Vos plorabitis etc. Sed addit consolacionem: tristicia vestra vertetur in gaudium. Item glosa: Rachel, id est ecclesia, suos teneros agnos plorat peremptos, neque vult consolari in presenti quia non sunt, sed dem spem et consolacionem ad eternam transmittit vitam. Queritur autem quare ecclesia celebrat festum innocencium cum descenderint ad limbum. Dicitur quia vita Christi mortuus est, et ergo ecclesia festum eorum celebrat.

Defuncto ergo Herode etc. Hic ponit tercium, reditum scilicet ad propriam, scilicet ammonicio Ioseph per angelum in sompnis. Dicit ergo sic: Defuncto ergo Herode Ascholonita, filio Antipatris, qui primus alienigena post Iudam regnavit in Iudea, qui regnavit 32 annis. 30 anno sui regiminis dominus incarnatus fuit, et 32 anno sui regiminis obiit, ex hoc patet quod dominus ut septennis fuerit latitans in Egipto, sicut predictum est. Nota hic refert magister in scolastica historia allegando Iosephum, quod corpus Herodis diversis morbis inmaduit et putrefactione in natalibus percussus, ita quod corpus suum vermibus scaturiebat in insanabili exspiravit. Ipse autem fere plerumque nobiliores ex omni Iudea ad se colligi iussit mandans statim ut cum spiritum exalaret omnes interficiant, ut eius obitum tota Iudea deflerit invita. Eciam modicum ante modicum mortem suam Antipatrum filium suum iugulavit, prius duos filios suos interfecerat, scilicet Alexandrum et Aristobolum. Talis igitur finis insabilis Herodis. Glosa.

Allegorice: defuncto Herode, quia sopita persecucione Iudeorum, Elia et Enoch predicantibus Iudea verbum dei recipiet. Ecce apparuit Ioseph ecce in sompnis angelus Ioseph. Nota duplex ad secundum, quod ipse erat puer, non secundum veritatem sed secundum opinionem dicebatur, que enim in sompnis videntur secundum fantasiam sunt. Ad secundum quod excellencia fidei in ipso sine levi persuasione indigebat. Surge et accipe puerum et matrem eius et vade

in terram israel / glo. non dicit in quam partem
ut dubitaret joseph / angelus veniat /
et frequenti eius allocutione joseph certior red
datur / Israel aliquando dicitur terra xii tribuum in
scriptura / aliquando x tribuum / Defuncti enim sunt
qui querebant animam pueri / glo. defuncto
herode plures complices eius perimit / et
cessante persecucione ecclesia ad ecclesiam in
vitat / Iero. ex hoc loco intelligimus non solum
herodem sed et sacerdotes et scribas eo tempore
necem domini finxisse meditatos / Regis.
ergo si multi fuerunt quomodo in tam brevi spacio
extincti sunt / Renz. quia ut dictum est herode
mortuo occisi sunt omnes maiores quos in
custodia tenebantur / ex dei consilio factum
est / quia consenserunt herodi / ut puerum quereret
et occideret / quia scriptum est turbatus est
herodes et omnis iherosolima cum illo / Cris.
sup. mt. dicit autem hoc loco est evangelista per
secundum tropi qui multa ponit pro uno
/ Iero. hic Josephus dicit quod quia herodes
odio habebatur a iudeis / precepit salome
sorori sue quod interficeret de nobilibus
iudeorum quos congregaverat ut sic flerent
in morte ipsius / Rab. et mirum ut certum
quibus de innocentum morte letabatur / ipse
moriens cum morte gauderet / Ideo dicit
glo. Tradunt quidam quod fecit herodes
nobiles iudeorum occidi / ut sic cogeret
iudeos mortem suam flere / Req. qui ex
querebant animam pueri glo. i. vitam / Cris.
sup. mt. / In hoc autem quod dicit animam pueri /
destruit heresim / qui dixerunt christum non
assumpsisse animam sed loco eius fuisse divini
tatem / Qui consurgens accepit puerum
et matrem eius glo. Angelico monitori
Joseph obediens fuit / Audiens autem
quod archelaus regnaret in iudea pro
herode patre suo timuit illo ire glo.
herodes / archelaus / philippus lisanias
fratres fuerunt / Sed queritur secundum glosam / quare
non timuit ire Joseph in galileam /
cum et ibi regnaret archelaus / Renz.
melius potuit in nazareth que remo
ta erat latere quam in ierusalem ubi caput

erat regni et assiduus archelaus / Remig.
Quare timuit ire in iudeam / non enim erat par
ticula ut iret in eam sed in terram israel / Renz.
glo. quia non distinxit in quam partem deberet ire de
beret / ideo joseph intellexit iudeam que dig
nior pars est / et ideo dicit glo. vocat terram israel /
/ Visum est joseph non alicubi debere puerum
habitare nisi in ierusalem ubi erat templum et
celebratio sacrificiorum / Item glo. mortuo herode /
/ Sed timuit iudeam per archelao herodis pat
ris crudelitatem / cur non et galileam ubi hero
des alius frater eius regnabat / Renz. quod ar
chelaus post patrem monarchiam totius
regni obtinuit / sed in solempnitate a tyberio
cesare deiectus est lugdunum in exilium / et
tunc divisum est regnum in quatuor i. tetrarchias
ex quibus una i. galilea herodes eam obtinuit.
Nota / Iudea dicitur aliquando terra xii tribuum / ps. notus
in iudea deus / aliquando terra duarum tribuum
scilicet iude et beniamin ut hic / aliquando sola tribus
iude / 2. paralip. 20. / o iuda et ierusalem / Req.
Et admonitus in sompnis secessit in partes
galilee et veniens habitavit in civitate
que vocatur nazareth / glo. que est in galilea
et hoc fecit joseph amore patrie / Nota gali
lea vilior erat regio in tota terra promissionis /
et ideo dicunt pharisei / scrutamini scripturas
quia a galilea propheta non surgit / Io. 7. / Na
zareth autem vilior erat inter omnes civitates
galilee / in quo notatur humilitas christi qui
non solum pauper natus / et in presepio reclinatus /
sed a vilissima civitate denominari voluit / et eos
discipulos de illa elegit / ut sic confunderet
sapientiam mundi / i. cor. i. que stulta sunt
reputatione elegit deus / Cris. Hec villa vilis
est et maxime totius galilee abiecta / Req.
Ut adimpleretur quod dictum est per prophetas quoniam
nazareus vocabitur / glo. nazareus i. sanctus quod
convenit christo / Iero. plurali dicit per prophetas ostendit non
verba de scripturis sumpsisse sed sensum / nazareus
sanctus interpretatur / sanctum autem dominum omnis scriptura profitetur
passurum et alie dicunt quod et idem verbum iuxta
hebraicam veritatem in ysaia scriptum est
Exiet virga de radice yesse et nazareus

de radice consurget. Legis autem forte legit ali-
quos prophetas ita dicentes quoniam non est nobis nouo
missi sicut nathan et esdra. Et quod hoc
prophetatum erat manifestat philippus dicens
ad nathanaelem quem scripsit moyses in lege
et prophete prophetie inuenimus ihesum a nazareth. Sed
et nathanael sciens hoc prophetatum esse, et
ipsum affirmans respondit A nazareth potest aliquid
boni esse. Unde et xpiani prius nazarei vo-
cabantur sed apud anthiochiam mutatum est
hoc nomen et dicti sunt xpiani a xpo.

In diebus autem illis venit johannes etc. Hic
incipit 2a pars narracionis que est de processu
xpi in mundo et durat usque ad 26 capitulum
Et dividitur hec pars in duas partes. Nam sicut in
processus xpi in mundum ordinatur ad utilitatem
humanam et sic et processus eius et hic dupli-
citer vel scilicet ut particulariter. Unde in prima parte agitur
de hiis que ordinantur ad utilitatem humanam
scilicet usque ad 17 capitulum. In 2a de hiis que
ordinantur ad utilitatem humanam particula-
riter a 17 capitulo usque ad 26 capitulum. Illa que ordinantur
ad utilitatem humanam scilicet tria sunt, quia tale
aut est collatiuum vite spiritualis aut confirma-
tiuum aut multiplicatiuum eiusdem. Primo igitur agitur
de baptismo qui est collatiuus vite spiritualis in
hoc 3 capitulo. In 2a parte de temptacione que est
confirmatiua et conformatiua vite spiritualis et hoc
in prima parte 4 capituli. In 3a agitur de vocacione
apostolorum que ad multiplicacionem vite spiritualis
ordinatur et hoc in prima parte 4a capituli. Et incipit
ibi Cum audisset ihesus quod johannes traditus
esset circa medium capituli. Prima pars que est de
baptismo dividitur in 2 partes. Prima agit de baptizante
2o de ipso baptizato ibi Tunc venit ihesus. Prima pars
de baptizante continet 4 partes. Prima agit de mani-
festacione baptizantis 2o ponitur commendacio
ipsius ibi Vox clamantis 3a concursus populorum
ad ipsum ibi Tunc exibat. 4o increpacio ipsius
quorumdam ad ipsum accedencium ibi Videns autem. Prima
ondit [illegible] argumentum nam [illegible]
ibi Ego baptizo. Dicit igitur evangelista In diebus
autem illis i in diebus xpi [illegible]
contigerunt. Nec est hic referendum ad dies xpi

pueros immediate sed ad dies preciae
qui fuit reuersus de egipto, tunc enim erat
in septimo anno a sua natiuitate sed refe-
rendum est ad dies xpi qui fuit etatis
perfecte. Erat enim tunc incipiens 30 annorum
secundum glosam. In diebus autem illis non solum
preteritos annos sed omnes annos usque
ad predicacionem johannis comprehendit, cum
fere essent 30 anni. Lucas superfluitate
tempora exprimit anno quintodecimo imperii
tyberii cesaris. Preterit autem matheus
omnia ab infancia saluatoris usque ad pre-
dicacionem johannis festinans magis ad no-
tabilia facta xpi ut ad doctrinam et ad
miracula de quibus precipue intendit. Ecce
venit johannes. Venit per manifestacionem
Unde glosa cum diu latuerat manifes-
tauit se baptizando predicando viua prome-
dens. Vel venit per officium suum inchoacionem
Joh 3o hic venit in testimonium. Johannes
baptista Jo 1 qui enim misit me baptizare etc.
Predicans in deserto iudee. Ibi
enim johannes nutritus fuit ut dicitur luce 1
et ideo primo predicauit ibi et postea ad
regionem circa jordanem descendit
secundum augustinum. Predicans in deserto iudee.
ut quo loci qualitate et nomine ad penitenciam
inuitaret secundum glosam. In deserto iudee
quia iudei deserti adeo erant quibus
necessaria erat penitencia ut redirent. Iudee
dicitur quia ad differentiam deserti egipti. Ecce
Johannes precessit xpm tanquam lucifer con-
tra [illegible] in [illegible] non potest
esse testis preueniens venit. Johannes quoniam
magni regis [illegible] fidelis qualis
nos tales mittimus curias [illegible]
predicacionis subditur Penitenciam agite. Sed
quia debuisset predicacionem suam incepisse
a baptismo quia baptismus est prima tabula post
naufragium penitencia 2a. Item secundum glosam
In baptismo gratis fit remissio tunc predi-
cat penitenciam. Respondetur quia penitencia sacramentalis que
fit per contricionem confessionem et satisfaccionem
est 2a tabula post naufragium et illa

baptismus precedit / quia est ianua omnium sacramentorum /
Alia est non sacramentalis sed virtus et dicitur
mala commissa plangere / et ista precedit baptismum per
se in adultis / unde glossa / triplex est
modus penitentie / primus est ante baptismum mala
ante baptismum abhominari et plangere /
2us post baptismum lapsos per penitentiam renovare
3us quo se cottidie a talibus purgamus
peccatis sine quibus vita non agitur / tunc penitentia
precedit baptismum / Item secundum glossam / penitentia
virtus est qua peccata primum vetera horret
et nova adire / Set quia fides est prior
penitentia / quia est fundamentum omnium virtutum / Item
secundum glossam penitentia timore concipitur / igitur
timor precedit eam et videtur esse virtus
prior / Set secundum Thomam una virtus non est prior
alia saltem tempore / quia simul infunduntur
set secundum rationem una est prior alia / modo
quo ad veri conversionem fides est prior / quo
ad detestacionem penitentia est aliis prior / set
simpliciter loquendo fides est prior / quia prius
est cognoscere quam detestari / Ad aliud
a timore concipitur penitentia / Dicendum quod a timore
servili concipitur / que non est virtus / Item
secundum glossam videtur quod penitentia non sit virtus
quia virtutes sunt concorporate et manet aliquo
modo in patria / et sunt in christo in beata vir-
gine et in primo homine in statu innocencie
Dicendum quod virtutes habent connexionem et du-
racionem secundum id quod est perfectionis in ipsis / penitentia
tamen habet aliquid perfectionis / et hoc
est emendare si contingat in aliquo
offendere / et hec quidem voluntas est in
omnibus iustis / Impossibile est enim quod sit
voluntas recta sine hoc / habet et aliquid
imperfectionis sicut est luctus pro peccato
preterito / et tunc homo non attenditur
connexio nec duracio / ymmo potius sit
cessacio tacita eius quod est imperfecte
Item nota glossa dicit quod penitentia dicitur a punien-
do quia quis punit quod illicite commisit /
vel dicitur a penitendo quia quis penitet
et dolet de illicite commissis / Item Ambrosius

dicit quod penitentia est anteacta deflere et defle-
nda non committere / Item nota quod dominus et Johannes
inchoant predicacionem a penitentia / quia penitentia
est primum rudimentum ad deum / Et ideo quia tam
dominus quam Johannes veniebat ad renovandum
peccatores / Ideo uterque incipit a penitentia Unde
glossa hoc precursor inchoat / quod postea per se ipsum
veritas predicat / Regnum appropinquabit regnum
celorum id est vita eterna si penitenti / Jacobus quarto
appropinquate deo et appropinquabit vobis / Rabanus
primo Johannes baptista regnum celorum predicavit /
ut precursor domini hoc honoraretur privilegio
Et intellige primo id est manifeste / Unde glossa peni-
tentibus regnum celorum ad esse dicit / non terrena
ut in veteri lege / Et hoc per obedienciam ...
hoc regnum celorum primus Johannes predicavit
Item glossa penitentia precedit / sequitur promissio
regni / quia qui non penitet / regnum celorum
sibi non appropinquabit / Item non regnum celorum
penitentibus appropinquat / quia secundum glossam nisi
appropinquasset nemo redire potuisset quia infirmi
et ceci. Via quam est christus carebant / Appropinqua-
bat regnum celorum quia christus natus erat per quem
porta regni aperienda erat / Nota secundum regnum
regnum celorum dicitur multis modis / vel regnum dei
christus secundum illud regnum dei intra vos est
Sacra scriptura secundum illud auferetur a vobis
regnum dei et dabitur genti facienti fructus
eius / Ecclesia secundum illud Simile est regnum
celorum decem virginibus / Eternum solium secundum
illud multi venient ab oriente et occidente
et recumbent cum abraham et ysaac et jacob
in regno celorum / et quolibet illorum potest intel-
ligi hic per regnum celorum / Item nota
sunt nobilia circa predicacionem Johannis / tempus
persona / locus / materia ~~...~~ / primo tempus In
diebus illis id est cum esset 30 annorum / hoc tempus
baptismi et predicacionis ... / Et christus primo
et factum est in 30 anno / Aptum placacioni
Unde Joseph cum esset 30 annorum stetit coram
egypti ... / Aptum regno Unde david
30 annorum erat cum regnare cepit 2 Reg 5

Nota quod regnum celorum dicitur 4 modis

2º persona quia Johannes baptista / Aptat personam ad
predicandum / in quo nichil nisi gratia / primo ad corpus
3 · gratia dei sum id quod sum / gratia dei dat et
agere et perseverare / Johannes dicitur in quo est gratia
vas gratie continendo / ministerium et pro gratie predi
cando / 3º locus quia in deserto Judee / in quo
concludit ista loca / desertum / ambitus et vicos
fact viciniam / quia exemplo eorum predicatorum qui
non nisi in locis solitudinibus / populosis / et preci
moribus solitus / predicare / per gulam superbiam /
et pigriciam / 4º materiam unde / penitentiam agite /
Hec materia brevis ad distinctionem quia penitentiam
agite / utiles admonendum quia appropinquabit
regnum celorum / Agite ergo penitentiam non seram
que est dampnatorum sapientie 5 · qui genetes ingemiscentes
sed penitentiam agetes / non coacta que est latronum
etc. 6 · Cuius finis est confessio et penitentia / non
ficta que est ypocritarum sicut Esau / ad hebreos
12 non enim invenit locum penitentie / non de
speratam que est proditoris / sicut Jude / qui
penitentia ductus penitentia retulit 30 argenteos
Math. 27 / Sed quia Cristi penitentia cor mundat /
spiritum illuminat / animam sanctificat / et ad presentiam
Christi humana corda reparat / per omnibus ista est
necessaria / aliquam penitet ~~propter penam vel~~ propter
odium pene / aliquam propter offensionem maiestatis
divine / et primus iusticie / prima penitentia non est
meritoria quia ex sola non potest illa sequi / quia solum
malis addit malo pene / et illa est in mal
2ª penitentia non est sine gratia gratum facientem vel
sine gratia gratis data / que se disponit ad
gratiam gratum facientem / quia nullus est sine peni
tens qui inveniat veniam et gratiam /
Hic est enim de quo dictum est etc. / Recitata forma
predicationis subditur commendatio predicatoris /
et hic duplex / prima est ex verbo prophete / 2ª est ex
verbo evangeliste / Ibi Ipse autem Johannes / Prima
commendatur ab officio dignitatis prime partis
Ibi vox clamantis / 2ª ab evangelista commendatur
ab insignio sanctitatis singularis sibi Ipse autem
Johannes / Dicit igitur Johannes predicans penitentiam
hic est penitentes qui demonstrantur in duo
bus in vestitu in quo asperitas ibi / habebat
vestimentum / in esu in quo paupertas ibi esca
autem eius / Secundum autem ad duos status ecclesie
scilicet tactum et gustum / unde vestitus et esus
sunt ad necessitatem non / prima ad curiositatem
et voluptatem / alimenta et quibus regimen corporis
contenti sumus / dicit ergo evangelista sic / Hic
est enim de quo dictum est per ysaiam prophetam
Augustinus dicit intellectum est cuius sunt verba que
scilicet baptiste vel evangeliste / Subdit necessitatem hoc
movet dubium / quia non dicit ego sum sed Ma
theus dixit Invenit hominem sedentem
in theolonio / et non dixit Invenit me
Jhesus et Rab. dicit / quod sunt verba evangeliste
dicentis hic / scilicet Johannes baptista est de quo
dictum est per ysaiam prophetam ysa. 40 dicentem
Vox scilicet Christi clamantis per Johannem in deserto
/ ad literam / vel glossa Johannes vox Christus
verbum qui clamat in Johanne / Vel in deserto
i. in Judea deserta et destituta cui se
latum redemptoris annunciat / secundum Gregorium
Non Christus clamavit genere humano per
Johannem qui longe posito per maliciam
secundum illud peccatores longe a peccatoribus salus /
qui surdo per inobedientiam ysa. 42 surdi
audite et ceci videte / quia obmurgando
propter impenitentiam ysa. 18 Clama ne cesses
/ unde Rab. / Tribus modis clamor
accidit / si longe positus quem loquitur /
Si surdis / si per indignationem / et hec tria
genera acciderunt / Item non Johannes dicitur
vox / secundum Rab. / quia sicut vox verbum
ita Johannes Christum ad aures hominum de
tulit / 3º quia hic venit in testimonium / Item
quia sicut verbum in voce sic Christus in Johanne
clamavit ut hic / Item quia Johannes ad
modum vocis verbo precedit / Johannes 2º
Illum oportet crescere me autem minui
Item quia sicut vox mentis conceptum
ita Johannes Christum manifestavit / luc. scilicet
pilus dico faciem deum / Unde Gregorius
in omelia quia vox sonat / ut verbum possit
audiri / Admirandum autem dictum Johannes per

vocis vox dicitur quia per eius ministerium patris
verbum ab hominibus auditur. Secundo quia vox
omnes prophete verbum patris nunciantes / et
Christum in omnibus prophetis clamantem / sic
prophetas Johannes vox clamantis appellatur /
vnde beda. quia per eum verbum patris audiri
quod alii longe nunciaverunt / vel aliter secundum
magistrum nicolaum de lyra / hic est enim scilicet
Johannes de quo scriptum est vox clamantis
etc. quia Johannes fuit ille de quo predictum
fuerat quod per vocem predicationis debebat
clamare in deserto iudee ut prepararet
populum ad suscipiendum christum / luce primo / pre
ibis enim ante faciem domini parare vias eius
/ et hoc est quod subditur / parate viam domini per
fidem / rectas facite semitas eius / per bona opera /
vnde glossa interlinearis / fides est via qua verbum ad
cor descendit / rectas facite semitas eius
i. prava opera abicite / mores in melius mu
tate / vnde versus / et sic fiunt semite recte
vel parate viam domini per precepta / rectas facite
semitas per consilia / precepta sunt via / quia
lata sunt / eo quod ad omnes se extendunt / consi
lia sunt semite / quia stricta sunt / quia solum
se extendunt ad perfectos / Et sunt consilia
recta per conformitatem operis et scripture / vita
talium non discordet a vita scripture / vel
sunt recta / quia consilia sunt directa quam via pre
ceptorum / Item est quod non exigit ab omnibus /
via ergo domini qua ad nos venit / parantur
qui eius precepta adimplent / Semite
et eius recte fiunt / quando eius consilia seruantur
vel sic parate viam domini per abiectionem viciorum /
ne sit via montuosa per superbiam / tenebro
sa per inuidiam / spinosa per auariciam / petro
sa per iracundiam / tediosa per accidiam /
lubrica per luxuriam / lutosa per gulam / rec
tas facite semitas eius / per bonorum operum
rectam intencionem / ut non claudicando quis
vadat / claudicat autem qui modo pendet
ad dextram / per amorem humane prosperitatis /
modo ad sinistram per timorem humane
aduersitatis / Istius ergo Johannes monuit,

ut viam domini prepararet et se predicando viam domini prepararet
vnde versus gregorius omnis autem qui fidem
rectam et bona opera predicat / domino ad corda
audiencium viam parat / Unde et glossa viam domini
ad cor dirigitur / cum sermo eius diligenter au
ditur / vnde glossa vox viam verbo parat. ut ita
pareat / vnde psalmista parari lucernam christo meo vnde
Johannes viam parauit domino predicando nos viam
parans vnde versus sequitur Ipse autem Johannes /
hic ostendit excellenciam Johannis baptiste / ex vite
vite / et primo quantum ad vestitus austeritatem / secundo
quantum ad victus paruitatem / ibi esca autem eius erat /
dicit ergo Ipse autem Johannes habebat vestimentum
de pilis camelorum etc. / Crisostomus / Omne vestimentum
ad tria ponitur talis / aut ad speciem honoris /
aut ad delectacionem corporis / aut ad tegume
tum nuditatis / Sed nobis omnis modus non queritur
seruo dei / vnde glossa / Seruus dei non debet habere
vestimentum ad decorem vel ad delectacionem / sed tantum
ad tegendam nuditatem / et tale fuit vestimentum
Johannis / non de lana / sed de pilis camelorum / sicut ipse
tale habebat vestimentum / ut de ventre matris eius /
ipse genus corporis loquentium / Sequitur Et
zonam pelliceam circa lumbos suos / Sicut et
rex de helya dicitur vir pilosus accinctus zona
pellicea circa lumbos suos / i. de pelle cruda
dura et pilosa / et signat carnis mortificationem /
Crisostomus consuetudo erat iudeis ut zonis
laneis uterentur / Iste vero aliquid durius facere
volens zona pellicea cinctus est lumbos circa
suos / Item Crisostomus Si is qui tam purus
erat / ad tam asperam vitam se cogebat /
quam excusationem habebimus / qui omnia peccatis per
trantes / corpora nostra non mortificamus Sequitur
Esca autem eius erat locuste et mel silvestre /
glossa interlinearis locuste que sunt minuta animalia
et mel siluestre de truncis vel de herbis / vnde
Crisostomus locuste sunt animalia quedam vnda tenus
pennata, non multum in altum volantia / que man
ducabat Johannes constitutus in heremo / et
mel siluestre in ventre cauo arborum
vel in herbis reperitur / iiii Regum xiv In
gressus populus saltum, apparuit fluens mel.

Ipse autem Johannes

zona pellicea

/ Rab dicit eciam in dieb*us* arnolfi gallicor*um* ep*iscop*i
/ repertum in*ven*iri genus locustar*um* fuisse in deserto
iudee / quo pastus est Johannes / et usq*ue* hodie
apparet q*uod* incorporati in modum digiti fualem
capiunt / coctu q*uod* in oleo pauperum p*re*bet victum / et ibidem esse arbores habentes lata folia
et rotunda / lactei coloris / et mellei saporis q*ue*
na*tura*liter fragilia / manib*us* confricantur et eduntur
et dicitur hoc mel silvestre / Secundo glo*sa* q*uo*d
erat in Johanne / primam p*re*dicabat / scilicet habitus
q*uo*d desertu*m* / et habitus q*uo*d cilicium / et cibus q*uo*d
locustarum / et s*er*mo q*uo*d p*rae*dicabat verbum / et apparatio
q*uo*d bap*tis*mi assuefaciens ad bonu*m* / Unde glo*sa*
Ipse Johannes in semetipso erudit penitentes
in deserto habitans / de locustis vivens / de pilis
camelorum vestimentum habens / Hic dubitatur utrum
inconsueta et excellens abstinencia cibi et
potus sit peccatum / Et videtur q*uod* sic q*uia* inconsueta
et excellens abstinencia sive cibi / et de cetus
non excusatur / Et de cetus non excusatur est vicium / et
illud vicium vocatur ... et ... ceteris ... inquisicionis
oppositum virtuti ... / q*uia* sicut Johannes comme
datur hic ex abstinencia excellenti / Dicendum ergo
do et non naturalis hoc dictat ut homo utatur de
lectacionib*us* cibi et potus necessariis saluti corporis
humane / et qu*ide*m ad conservacionem nature humane / Et
quicumque ergo refugerit delectacionem que permittere
ea q*uae* sunt necessaria ad conservacionem nature peccaret / quia
ordini naturali repugnans / et hoc pertinet ad vicium
insensibilitatis / Notandum tamen q*uod* a delectacionibus
alias licitis / puta laudabiliter vel eciam necessarium est
abstinere propter aliquem finem / puta propter sanitatem
corporalem / aliquis abstinet a quibusdam delectacionibus cibi et potus / Et eciam propter alicuius officii
execucionem sicut athlete et milites necesse est
a multis delectacionibus abstinere ut proprium officium
exsequantur / Et similiter penitentes ad recupe
randam anime sanitatem abstinencia delectabilium
sicut quadam dieta utuntur / et homines volentes
contemplari et rebus divinis vacare / oportet q*uod* se
magis a carnalibus abstrahant / sicut hic de
Johanne legitur / nec ad pertinet ad insensibilitatis
vicium pertinet q*ui*a fuit sine racione / glo*sa* sed illo
ubi e contra cibus eius erat dicit in cibo Johannis
ondit*ur* ut non arte parat / sed naturali cibus
vesci voluit / in urtabis arte pater
sit peccatum / Et q*uo*d non / sed glo*sa* prohibet studium
excessivum / et nimis magnam diligenciam
circa cibos parandos sumendos et huiusmodi
conplexionis delicate / primum circa cibos arte
et delicate patris ad necessitatem / Unde
notandum q*uod* quinque modis contingit excedere circa
cibum et potum / sicut tangit beatus Gregorius
30 moralium / Et continentur isti modi in hoc
versu prepropere / laute nimis / ardenter
studiose / et ysa. dicit q*uod* in cibo et potu
tingit excedere per quid / quantum / quando et qualiter
/ Sequitur Tunc exibat ad eum post predica
cionem Johannis declaratur de bap*tis*mo eius dicit
glo*sa* sit Tunc i*d est* audita fama Johannis
exibat ad eum ierosolima q*uo*d habitan
tes in civitate / Et omnis iudea q*uo*d ad
alteram civitatem Et omnis regio circa
iordanem q*uo*d ad decimas tribus et dimidia
quibus illa terra data erat / Et dicitur hic omnis
iudea i*d est* multi de iudea per ypbolem q*uo*d modo
dicimus tota civitas erat illuc i*d est* multi
/ ymo aliquando plures remanent et est quedam
figura q*ue* vocatur ypbole et est locucio
in laude excessiva / Sequitur Et baptizabantur
in Jordane ab eo / glo*sa* bap*tis*mo penitentie
non peccata dimittere / Bap*tis*mus enim Johannis
erat ordinatus q*uo*d quedam preparacio / et q*uo*d
demum prefiguracio bap*tis*mi ipsius Christi de
proximo venturi / et ideo Johannes non solum
predicabat sed et baptizabat / et sicut per
dicacione sua iniciabat Christum de proximo
sic suo bap*tis*mo assuefaciebat homines ad
libencius Christi bap*tis*mum suscipiendum / iuxta
sensum glosarum / Tunc exibat q*uia* nisi quis
a malis exeat / non abluitur / Unde apte
sequitur baptizabantur / ab eo in iordane
quia de salvo tempore inspirantur / q*uo*d de superbia bes
tie hominis / ad humilitatem confessionis et emendationis descendebat / Sequitur confitentes
peccata sua i*d est* faciebant se ream peccatores versus
illud eius quod opacionem enim statutis Johannis
quis potuit se arbitrari insontem /

sicut enim vestis candida si fuit polluta
nigris minus ad quarum nimis sordida
invenitur sic ad quarum Johannes omnibus vide-
batur immundus et ideo peccata sua confitebantur.
Unde dicit confessio autem peccatorum testimonium
conscientie est deum timentis. Peccatus enim timor
solvit omnem pudorem et quia ipsum cum
inspexit penam eterne gehenne. Ideo videt nos
deus nostra peccata confiteri ut vindictam pe-
nitentiam pro pena sua et quia ipsum probo divini
dei iudicii est et hec in illud dam-
nis in glosa.
Videns autem multos phariseorum et sad-
duceorum venientes Johannes quantum ad predictos
hic agit quantum ad impenitentes et quantum ad
ficte ad baptismum accedentes et dicitur contra
primum est increpacio cum dicitur progenies
viperarum. Secundum quantum ibi facite ergo. tertium
comminacio ibi iam enim securis. quartum instruc-
tio ibi ego quidem baptizo. Increpa-
cio mali. amonicio boni. comminacio pene.
instructio in fide Christi. Increpat autem
dupliciter sub tropo ex tota malitia culpe
ibi progenies viperarum ex ignorancia
vel in consideracione ibi quis demonstrabit.
Ammonet autem duo humilitatem quantum
ad condignam satisfactionem ibi facite ergo. et
cave presumpcionis elacionem ibi et ne
velitis dicere. Ergo sic videns autem multos
phariseorum etc. Istos phariseos et sadduceos
Johannes arguebat quia minores
peccatores erant et predicatores aliorum se
estimabant tamen secundum verbum grecum i. peris
totalis pro qualitate audiencium. Et formam
suo doctorum. Videns autem Johannes mul-
tos etc. Crisostomus deo revelante intelligens
cogitaciones eorum falsas et corruptas multos
inquit phariseorum et sadduceorum peccata
non confitentes peccata sua quia se iustos repu-
tabant. In historiis dicitur quod tres erant
secte in iudea a communi vita et opinione
aliorum distantes scilicet pharisei sadducei
et esseni. Pharisei dicebantur a phares
quod est divisio quia ab aliis iudeis divisi

sed quantum ad vite austeritatem et superstitionum ob-
servaciam portabant enim spinas in fimbriis
vestimentorum ad ostentacionem afflictionis carnis
et in brachiis philacteria i. cedulas in quibus
scriptus erat decalogus ut sic viderentur man-
data decalogi observare. Sadducei dicti a
sadoch. quasi iusti resurrectionem mortuorum
negabant dicentes animas cum corporibus interire
nec angelos esse. quinque libros moysi tantum re-
cipiebant. Dicti esseni qui erant religiosiores
vite et sicut claustrales et multe abstinencie
in multis tamen errabant. De eis non mencio in
evangeliis quia Christo non contradicebant sicut et
alii. Unde glossa videns autem multos phariseorum
et sadduceorum. De istis hiis sicut ex hereticis iudeorum
pharisei observacionem et tradicionem presumunt iusti
unde pharisei i. divisi a populo propter pravam iustitiam
dicuntur. Sadducei i. iusti vendicant enim quod non
sunt. hii negant resurrectionem dicentes animas interire cum
corpore. quinque libros moysi recipiunt. prophetas
respuunt. Hos venientes ad baptismum Johannes
increpat quia maiore indigebant correpcione
et pena. Hec glossa. Venientes ad baptismum non vera
religione sed simulacione vel per tradicionem publi-
dicit eos progenies viperarum. secundum glossam
i. venenati venenatorum filii qui bonis invi-
dent. et eos persequuntur proximos ledunt et priores
eorum. Remigius dicit hic consuetudo scripturarum est
quod ab imitacione operum nomen imponit sicut illud
pater tuus amoreus. Sic et isti ab imitacione
viperarum progenies i. filii viperarum dicuntur. Vipera
secundum Crisostomum cum momorderit aliquem ad aquam
fugit. si aquam non invenerit moritur. Sic isti
peccata mortifera committentes currebant ad baptismum
ut quadam vipere propter aquam periculum mortis evi-
dent. Item vipere a foris sunt picte sed intus
plene veneno. sic et pharisei foris erant
pulchri sed intus veneno pleni. Item vipere
rumpunt ventrem matris et sic nascuntur. Sic iu-
dei occidendo prophetas corrumpunt synagoga
matrem suam. progenies ergo viperarum quia venenati
erant et ypocrite a suis progenitoribus [illegible]
sunt. Quis demonstrabit vobis fugere a ven-
tura ira i. vindicta que erit in extremo iu-
dicio. quasi dicat nemo nisi penitencie egeritis actus

dicet licet facias bona latent in conspectu populi /
tamen non possunt latere in iudicio dei / quia tunc erunt
manifesta abscondita cordis vestri / Non ergo
non irascitur secundum affectum mentis sed tamen irasci di-
citur quia vindictam sumit de peccatis unde beatus augustinus
9. de civi. dei. dicens, cum ipse quadam opinio
inhaesit dine non per affectionem infirmitatem secundum
scripturas irascitur. Non secundum gregorium ventura ira
est indiscusso ultionis comminatione quam tamen peccator fugere
non valet / qui nunc ad lamenta penitentie non
recurrit nam postea omnis cessabit in ira furoris
iudicis / Facite ergo fructum dignum penitentie / se-
cundum ... ergo non desistentes / fructum dignum penitentie
glo. i. secundum qualitatem et quantitatem culpe / et
hoc fit ex discretione que necessaria est penitenti
Unde est secundum beatum gregorium non solum fructum
penitentie sed dignos fructus penitentie admonet esse
faciendos / et hoc fit cum mensuratur pena secundum
quantitatem peccati / et ideo pro maiori peccato quis
debet magis penitere / secundum illud deut. 21. secundum mensu-
ram delicti erit et plagarum modus / et ysa.
26. In mensura contra mensuram / Et apoc. 18.
quantum glorificavit se etc. / Unde glo. facite fruc-
tum non contenti sed dignum non enim par debet
esse fructus boni operis eius qui nichil vel minus
peccavit / et eius qui graviter cecidit / Et ne
velitis dicere / Hic amovet vanam presumptionem
primo ponit motivum / 2o ponit motivi rationem
ibi Dico enim vobis secundum glossam Iudei gloriantes
de abraham volunt se agnosci peccatores
Et ideo dicit ne velitis dicere intra vos patrem
habemus abraham quasi non prohibet eos dicere
quod sint de illo sed nolunt confidere se iustos
ex iustitia abrahe reputando Item quasi
futura predicit / quia dominus erat Jo. viij Nos
patrem habemus abraham per iustitiam patris pu-
tabant se iustos esse / Hec est glosa aliquorum
religiosorum / qui gloriantur de sanctitate parentum
quibus dici potest si filii abrahe estis opera
abrahe facite / Hoc est enim glosa quorundam
nobilium mistorum quorum gloria corporis a partu
ab utero et a conceptu / Unde quasi quid prodest
ei quem mores sordidant generatio cla-
rat quid illi nocet generatio vilis quem mo-
res adornant / ira et amor de terra nascitur

et non est terra / Amor quidem eligitur / terra
non computatur / melius est de vili genere
fieri clarum / quam de claro genere contemptibilem nas-
ci / melius est ut in te glorientur parentes
quam tu in illis / quia ut tu in parentibus
gloriaris / Dico enim vobis q. d. non
licet gloriari / quia filii estis abrahe secundum carnem
sed non secundum imitationem que est melior filia-
tio / quia potens est deus de lapidibus istis
secundum greg. et iero. de gentibus qui ydolis
et lapidibus serviebant suscitare filios
abrahe scilicet per imitationem fidei / Beatus ieronimus
de lapidibus istis potest intelligi / dicit in quo indi-
cat dei potentiam quod qui de nichilo cuncta
fecit possit et de saxis durissimis populum
procreare / prima enim rudimenta sunt fidei
credere deum posse quidquid voluerit / Greg. Nos
in nomine lapidis nomine gentes signate sunt
que lapides coluerunt / Unde in ps. similes
illis fiant qui faciunt ea / Item greg.
de lapidibus filii abrahe suscitati sunt
quia dura corda gentilium in abrahe
semine i. in christo crediderunt / cuius filii facti
sunt cuius semini sunt uniti / Unde ad gal.
3o Si autem vos christi ergo abrahe semen estis
secundum promissionem heredes / Et dicit beatus Johannes
audisse 12. lapides quos tulit iosue
de iordane / per quos gentiles signantur
tracti de profundo erroris / Unde glo. / Ad-
mirantes illos lapides quos iosue de
iordane tollere fecit ad quos christus digi-
to ostendens dicit potens est deus etc.
Item glo. iosue xii. lapides de medio
iordanis in terra transportari fecit / et ali-
os ex terra in eodem alveo restituit / per quos
correctio mediorum / et gentium ad lucem
translatio significatur / Secundum hylarium de
lapidibus istis i. de medio duro per infide-
litatem suscitare filios abrahe per fidem
unde non est gloriandum in carne sed in
fide / Iam enim securis ad radicem
arborum posita est / Hic post increpationem
et admonitionem subdit comminationem / et primo

de pn̄ti peccato / 2ᵒ de futuro supplicio ibi om̄is
ergo arbor. Pᵐᵒ ergo sic, dixi facite ergo pn̄ti
et dico, dignos fructus penitencie. Jam enim
securis ad radicem arboris posita est
uno modo securis ꝯpus / Arbor iudaicus
populus infructuosus / Cuius captiuitatibus
percussus / sed tamen aliqua radix remanebat
ad resurgendum / propter peccatum autem quod in
in xpm / iudaicus est illa arbor percussa /
per Jerusalem captiuitatem factam a Tyto
et Vespasiano / Et assimilatur ꝯpus securi.
quia constat ex manubrio humano et ferro
fuit / et ferro diuinitatis quo scindit / Alio
modo arbor est genus humanum / cuius ramorum
aliqui aridi ut mercedula incendio apti /
et alii uirides / et horum / quidam infructuosi
ut ypocrite speciem sanctitatis pretendentes / quidam
fructuosi ut boni katholici / Securis
est sentencia extremi iudicii / Arbor ista
in ramis percutitur cum mali particulariter
tolluntur / sed radicitus percucietur cum
generaliter homines succidentur / sed succisionis
hora nescimus. scilicet hora extremi iudicii / Tercio
modo arbor est homo / quia homo est arbor euersa /
radix uita / securis sentencia mortis. succisio
mors / modo et dies quibus duo sunt securis ui
te / Et cauendum est homini arbori quia
ubi ceciderit / siue ad austrum paradisi / siue
ad aquilonem inferni. ibi erit / Tercio 2ᵒ
naturaliter cadit arbor ad partem in quam
magis declinat ramis et fructibus / Sic
homo cadit ubi magis inclinatur per affectus
et opera / Ideo infertur Omnis ergo arbor / scilicet
personarum accepcione / sine concupiscencia uel
cogitacione / siue aliqua excepcione / que non facit
fructum bonum districtum examen distric
ti iudicii / quia non solum que facit fruc
tum malum / uel que non facit fructum / sed que
non facit fructum bonum. scilicet operaciones meri
torias / excidetur in morte, et in ignem
mittetur post mortem scilicet in ignem gehen
ne, Uel excidetur a celo quo ad penam
dampni et in ignem mittetur post mortem
scilicet in infernum / quo ad penam sensus / In fi

omnem palmitem in me non ferentem fructum tollit
etc. Arbor ergo ista. i. diabolus habeo sunt fructus
malos faciat sicut homines auari luxuriosus /
siue fructu careat ut ociosus / siue fructus
bonos non faciat, ut ypocrita et fictus / in ig
nem mittetur ut inuenitur peccat /
Ego quidem baptizo vos etc. etc. etc.
In ista parte ponitur instructio in fide / Instruit
ergo pᵒ respondet aduentus primi / 2ᵒ secundi ibi
Cuius uentilabrum / Primum aduentum xpi commendat
ex triplici comparacione sui desertio a xpo / tangens
in se defectum triplicem / Primo impotencie in
officio / 2ᵒ infirmitatis impotencie / ibi Qui autem
post me uenturus / 3ᵒ indignitatis in gracia. i.
cuius non sum dignus / Secundo ponit tres
magnificencias xpi / pᵒ in potencia ibi Qui post
me / 2ᵒ in gracia ibi Cuius non sum dignus / 3ᵒ in
efficacia ibi Ipse baptizabit / Dicit ergo. Ego
quidem baptizo. quasi dicat uere arbor que non facit
fructum bonum excidetur et in ignem mittetur
et hoc non auctoritate mea sed auctoritate illius qui me
precedit quia ego quidem baptizo aqua etc. Uenit
Angelus. tunc aliter continuatur / cogitantibus autem
in cordibus illis quod Johannes esset xpus qui sic com
minabatur, Respondit / Ego quidem baptizo vos in aqua.
tantum non in spiritu in penitenciam. i. docens vos peni
tere non potens vos a peccatis absoluere sed gloria
Uel sic Ego quidem baptizo vos in aqua. i. tamen
corpora lauo que quidem lauo est signum penitencie
faciende, et ideo dicit in penitenciam / Explicat beatus
Johannes baptismi sui officium quia baptiso
modum quia in aqua / fructum quia in penitenciam scilicet signi
ficandam et ostendendam glosa dicit hic / Ego quidem
baptizo vos in aqua. i. tamen corpora lauo quia
peccata soluere nequeo. Excipitur hic baptismus baptismus
Johannis conferebat graciam, et uidetur quod sic / quia pᵒ dicitur
quod erat in remissionem peccatorum / Contra dicitur
pᵒ Johannes quidem baptizauit aqua, vos autem
baptizabimini spiritu sancto, non post multos hos di
es / Et hic idem patet hic per glosam / Item hoc
queritur utrum baptismus Johannis imprimebat
karacterem / quia si non remittebat culpam
nec conferebat nec imprimebat caracterem sicut
uidetur fuisse / Item queritur quod baptismus Johannis [illegible]

Ira
Ego quidem baptizo

Ira

Ira

Illa

ta fuit instituta / primo ad prefigurandum baptismum Christi / 2o ad preparandum et ad assuefaciendum homines ad baptismum Christi / 3o ad preparandum materiam baptismi Christi per sanctificationem aquarum ex contactu carnis Christi quem baptizavit / Non aliud efficiebat quam ad quod fuit institutum / et ideo nec peccatum tollebat nec gratiam conferebat nec caracterem imprimebat /

Ad argumentum quod dicitur quod erat in remissionem peccatorum: non effective sed dispositive / quia disponebat ad baptismum Christi in quo fiebat remissio peccatorum / Item queritur utrum baptizati baptismo Johannis erant rebaptizandi / Pro cerimonia dicendum quod baptismus Johannis in nomine Christi, susceptus in fide trinitatis et impositione manuum, complebat baptismus Christi / Unde tales non erant rebaptizandi / quia iam baptizati fuerant per fidem explicitam per aquam / Et illius opinionis videtur fuisse magister in 4o sententiarum / Sed communiter dicitur quod tales rebaptizandi erant / et licet abinde fidem trinitatis habuerint / tamen caractere caruerunt / Et ideo dicit beatus Augustinus: Baptizavit Johannes et baptizatum non est / et baptizavit Judas et baptizatum est / Et beatus Paulus rebaptizavit baptizatos baptismo Johannis / Actus 19 / quos utique cum baptismum in fide trinitatis instruxit / sed prius instructi non erant / Sed qui autem post me venturus est ad predicandum / ad baptizandum / ad moriendum / Venturus enim dicendum autem est quod quinque modis venit Christus post Johannem: nascendo / predicando / baptizando / moriendo / ad inferos descendendo / Cuius fortior me est / ... fortior quam Johannes / quia ille purus homo / iste vero deus et homo / Et sic dicit glossa Rab.: Ego quidem fortis sum ad penitentiam invitando / ille peccata remittendo / ego regnum celorum predicando / ille dando / ego in aqua / ille in spiritu baptizando / Sed tu audiens ... quod fortior me est ille / non estimes secundum comparationem me hoc dicere / nec enim inter servos illius ordinari sum dignus / ut vilissimam ministerii suscipiam portionem / Et ideo subdit: Cuius non sum dignus calciamenta portare / Matthei 3o / Luce 3o / Jo 1o / Marci 1o habetur: Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti vel calciamentorum solvere / potuit autem Johannes baptista utrumque

Cum post me venturus

fortior est

dicere vel diverso vel eodem tempore / et hoc unus evangelista / alius aliud assumpsit / veraciter tamen omnes verum narraverunt / Unde glossa: Cuius non sum dignus calciamenta portare / Alii scribunt: Cuius non sum dignus corrigiam calciamenti solvere / Potuit autem Johannes utrumque dicere vel grossotim (?) i. continuo vel diverso tempore / et alius evangelista hoc / alius aliud assumpsit / omnes tamen verum narraverunt / Rx

Querit beatus Augustinus in libro de concordia evangelistarum / que verba potius Johannes baptista dixit / utrum que Mattheus / an que Marcus / an que Lucas / et si dixit solum verba que Mattheus scribit / an alii non verum dixerunt per oblivionem vel quomodo / Et respondet quod omnem autem falsitatem abesse ab evangelistis decet / non solum eam que mentiendo promitur / sed et que obliviscendo / quia sepe aliqui duo dicunt eandem sententiam per alia verba et alia / tamen ambo verum dicunt / Et dicit beatus Augustinus utilis quomodo modeste et ... commendandum / non esse mendacium / cum quisque voluntatem eius explicat de quo aliquid narrat / etiam dicens aliquid quod ille non dixit / voluntatem tamen suam explicavit eandem / quam et ille / cuius verba commemorat / Sed autem nichil impedit Johannes ... de calciamentis dixisse / prout ... eius / et sua humilitatem / ... illorum ... dixerit / eandem tamen sententiam tenuit / Dicit tamen ... est / Johannem utrumque dixisse / sive alio tempore / sive grossotim / Et fuit autem literaliter et misterialiter sic: Cuius non sum dignus etc. quasi diceret non sum dignus ei servire nec in infimo ministerio / ut est corrigiam vel portare calciamenta / nec aliqua creatura est digna deo servire nisi per gratiam assumatur / Sicut garcio non est dignus servire regi / nisi rex assumat eum per gratiam in servicium suum / nec est estimandum quod Christus calciatus ambulaverit / sed est modus quidam loquendi / quando aliquis se reputat alicui improportionabiliter comparabilem (?) / sicut est in proverbio ... Cuius non sum dignus calciamenta portare / i. non sum dignus evangelium sacris predicando

deferre / non enim habebat ex officio predicare
quia non fuit ei datum vel concessum / quia hoc
erat apostolis reservatum / Et hic evangelista dicit
calciamenta quia muniunt pedes .i. affectus
vel non sum dignus explicare humanitatem qua
ad divinitatem unione et humana
natura dicitur calciamentum sicut dicit gregorius / vel
ad nos calciata divinitas / vel non sum
dignus nomen sponsi portare vel nomen
sponse usurpare / Ita dicit glossa et quod hoc
sit intelligendum statim dicitur eodem
modo exponitur istud / cuius non sum dignus
corrigiam calciamenti eius solvere / per calci
amentum intelligitur humanitas / per corrigiam
divinitas et est sensus non sum dignus expli
care modum unionis divine nature et humane
in christo ipsa enim eius quis enar
rabit / Alio modo sic / cuius non sum dignus
calciamenta .i. predicationem verbis eius portare
per mundum / dignus erat multo magis hic non
habebat in officio sicut apostoli habuerunt / vel
hoc dicit quia nullus se dignum debet tam
digno officio reputare / Tercio modo sic
cuius non sum dignus corrigiam calciamenti
solvere vel calciamenta portare .i. discalciare
eum et nomen sponsi usurpare / quia non
sum dignus esse sponsus ecclesie sed sum
sponsi .i. christi precursor / Tangit hic
glossa historiam legis et est dictum beati Iohannis
secundum legem erat mos ut si quis eam
que sibi in uxorem competeret accipere nollet
ducere ille ei calciamentum solveret / quod ad
hanc sponsam iure propinquitatis accederet
Iohannes ergo qui non erat sponsus se sponsum
esse ait non sum dignus corrigiam
calciamenti eius solvere / ac si diceret ego
redemptoris vestigia non valeo denudare
quia nomen sponsi immeritus non usurpo / Vel si ex
veniret accipere eam / sponsam ego
non eam dignus eam accipere Et hec
glossa / expositum deuteronomium xxv dicit quod mulier
discalciabat eum et spuebat in faciem
eius / Item quod ruth ultimo mos erat
inter propinquos in israel ut si quis alter alteri
suo iure cedebat discalciabat se et dabat
alteri calciamenta / Verumtamen aut mulier petebat
vel aut non / si non tunc ipse discalciabat se
ut dicitur ruth ultimo / Ita sic aut alius volebat
eam ducere erat primus et tunc ipse discalcia
bat illud ut dictum est / aut absens tunc
ipsa mulier discalciabat eum ut dicitur deuteronomium
xxv / Sequitur ipse vos baptisabit in spiritu sancto
et igne / baptisabit vos in spiritu sancto gratiam
spiritus sancti conferendo quod non potest facere nisi deus /
et igne / quia super baptisatos de novo in primi
tiva ecclesia frequenter apparebat spiritus sanctus
in signo visibili igneo sicut apparuit super apostolos
in linguis igneis / vel sic secundum glossam ipse
baptisabit vos in spiritu sancto / quia sanctificabit
a peccatis et igne .i. amore accendit de quo
igne dicitur luce 12 ignem veni mittere in terram
vel igne tribulationis / de quo in psalmo igne
me examinasti / Item glossa in spiritu sancto .i. in
spiritu sanctificationis et igne tribulationis et probationis
Tribulatio omnis et tribulatio que contingit christianis
sic baptismus ignis / vel spiritu in presenti abluit
post si qua macula surrepsit igne purgatorio
comburit / Item glossa Iohannes ut purus homo
spiritum dare non poterat quo remittitur culpa
christus vero dat / quia deus et ideo dicit ipse bap
tisabit in spiritu sancto / Est enim triplex baptismus
fluminis flamine et sanguinis / fluminis in aqua
flaminis in penitencia / sanguinis in martirio
Sequitur cuius ventilabrum hic instruit in
fide sermo adiectus quantum ad triplex iudicium
primo discrecionis / 2o examinacionis ibi et per
mundabit / 3o execucionis ibi et congregabit
dicit ergo sic cuius ventilabrum .i. discrecio iudi
cii secundum glossam / vel examen iudicii / ventila
brum est instrumentum quo grana separantur a pa
leis et signat sentenciam iudicis / qua dividentur
electi a reprobis Ieremie xv ventilabo eam ventilabro
et dispergam eos ventilabro / et math xxv
congregabuntur ante eum omnes gentes et separa
bit eos ab invicem sicut pastor separat

ones abscidis / Ne hic sm glo. qui non ca
dit / hoc ventilabro non remonetur quia iam
mundati sunt / Sequitur In manu sua .i. in potestate
sine sm glo. Jo. v. pater omne iudicium de
dit filio quia deus in forma humana iudi
cabit / Et permundabit aream suam / permundabit
.i. perfecte mundabit dum eam finem .i. eternum
modo enim sunt in ecclesia mixti mali cum
bonis / sicut in area palee cum tritico / modo
deus mundat distinguendo mitis non mitis /
Sed tunc mitis et mitis / infra 13 ca. Exibunt
angeli et separabunt etc. / Area sm pap. a
radendo dicitur eo quod debet esse rasa per planiciem
vel dicitur ab arendo quia debet esse arida / Bene ergo
eccia debet esse abrasa per equalitatem iusticie
et arida per virtutem abstinencie / Sequitur Et
congregabit triticum electos / nunc modo pluribus locis disp
sum .i. electos qui ad modum tritici sunt intus
candidi per mundiciam / extus rubicundi per pa
ciam / in moribus graues / a spe terrenorum immobiles
in sermonibus utiles / In horreum suum .i. in celeste
habitaculum / Paleas igitur autem .i. leues per vanitatem /
pallidos per inuidiam / fragiles per iracundiam /
aridos per avariciam / viles per carnalem
concupiscentiam / has paleas comburet igne inex
tinguibili / Dicitur exponitur active et passive
passive quia non extinguetur ysa. vlt. Ignis
eorum non extinguetur / Active quia non extinguet
.i. non occidet et comburet post mortem dampnatos
eos sm glo. quia non extinguetur neque extin
guet cruciatos sed eternaliter puniet eos dicitur
igne inextinguibili
¶ Tunc venit ihesus a galilea etc / Sectiato
de persona hic agitur de legislatore / vbi primo.
primo commendacio legislatoris / 2o lacio legis / in ca.
. In prima parte ponitur commendacio legislatoris /
triplex / primo vite / 2o doctrine ibi Cum audisset
ihesus circa medium capituli huius / 3o fame ibi
Et abiit opinio eius ca. huius circa finem / Commen
datur vita propter sanctitatem / doctrina propter veritatem /
fama propter miraculorum potestatem / vita vero com
datur primo quantum ad opera virtutum / 2o quantum ad vic
toriam temptacionum / huius ca. i. Et accedens
temptator dixit ei / Commendatur autem
in operibus virtutum / per que abstin
ditur triplex genus radix vitiorum / primo
in humilitate que fugit honores et appetit
vilitates que superbia vitat / 2o in contemptu
mundi qui fugit divicias et appetit
paupertatem / sed cupiditatem occidit que
notatur in deserto in quod ductus est capitulo
huius / 3o in mortificacione carnis que extinguit
voluptates quod notatur in ieiunio ca. huius
ibi Et cum ieiunasset / primo ostenditur ipsius hum
ilitas in susceptione baptismatis / 2o mag
nificencia in declaracione divinitatis / ibi Et
ecce aperti sunt celi / primo ostenditur virtus humilitatis
/ 2o effectus virtutis ibi Baptisatus autem
ihesus / primo ostenditur virtus ipsius humilitatis
quantum ad progressum in actu / 2o quantum ad im
mutabilitatem actus ibi Johannes autem
/ primo ostenditur humilitas penitentis / 2o constancia
salvatoris ibi Respondens autem ihesus / 3o in
structio de tanta humilitate ibi Sic decet
nos / Notandum quod supra Johannis audita instruccione
ibi Tunc dimisit eum / Tunc ergo eo tempore
Tunc scilicet quo Johannes predicabat et baptisa
bat / et tunc ihesus triginta erat annorum
ostendens sm raba. et glo. nullum sacer
dotem vel predicatorem fieri debere
nisi virilis etatis / Venit ihesus qui non
egebat baptismo qui alios salvare veneat qui
deus erat / Commendans sm cris. primo promisit
Johannes quod non esset dignus calciamenta
eius portare / et quod ipse baptisaret in
spiritu / et quod iudex esset / ut cum viderit ipsum
ad baptisandum venientem nichil humile
.i. de se suspicetur / Sequitur a galilea
ad iuvenem / quia in nasareth que erat
in galilea / dominus latuerat / Interpretatur
autem galilea transmigracio / et ipse nunc
transmigravit a sinu patris / usque ad sinum
matris / a celo usque ad imum descendit / ab altere
usque ad presepio sinum / Sequitur in iordanem
et ibi incepit humilis descensus / vel humilis
quia usque ad hec virginis / usque ad man
datum legis / usque ad baptismum Johannis

Est aut Jordanis s(ecundu)m bedam flu(men) q(uo)d ori-
tur ad radices libani ex duob(us) fon-
tib(us) Jor et dan q(uo)d s(ecundu)m glo(sam) galilee
significat Jordanis descensus et c(etera)
baptizari significat a viciis (et) descens(us)
humilitatem. Item s(ecundu)m bedam aug(ustinum) in s(er)-
mone de epiphania ... mirabilia
in hoc flumine scriptura facta commemorat
int(er) cetera dicens Jordanis quippe est
retrorsum ... retrorsum aq(ue) quippe
sunt fuerunt modo retrorsum pecca(ta) quippe s(un)t
sicut cum helias in Jordane divisoq(ue)
fecit aq(uam) et x(rist)us d(omi)n(u)s in eod(em) Jordane
... est ... Sequitur
ad Joh(ann)em d(omi)n(u)s ad s(er)vum imperator ad
...
baptizaret ... ut
... Sequitur
... frustra
veniebat ad bap(tismum) ... assignat
septem causas ... voluit baptisari
... indigens
... draconis in
aq(ua) ... capita draconum in aq(ua) ... diluat
... adam ...
aq(ua) ... legem ...
veniret ... baptismi
... Sequitur
... et
... ut baptismi Joh(ann)is approbaret et
ut impleret iusticiam legis et humilitatem ...
et ut aq(uas) sanctificaret ... non
... baptismi
gratiam ... Sequitur d(omi)n(u)s
ad bap(tismum) venit ut aquas sanctificaret
Aliqui dicunt q(uod) d(omi)n(u)s per contactum sue
mundissime carnis aquis quandam virtutem
spiritualem impressit ... est ...
sanctificavit ... per contactum sue mundissime car-
nis bap(tismum) qui sanctificat in aq(ua) ... instituit
et ... materia ... aq(ua) ... sancti-
ficata ... deputata ... materia bap(tis)mi

in aqua quis sanctificat. Sequitur Joh(ann)es autem
prohibebat eu(m). glo(sa) humilitatem regis mirat(ur)
miles ... prohibebat ... et mira ...
int(er) salvatorem et precursorem regem et militem
ille veniebat ex magnitudine humilitatis
iste prohibebat ex reverencia maiestatis. Nota
Joh(ann)es ... voluntate
sua divina ... nesciebat Joh(ann)es ...
... vellet ...
Joh(ann)is ... humilitate prohibuit
... assensit ...
officium ... recusavit ... cognita
dei voluntate suscepit ... petrus
... domine tu ... pedes ... postea dixit
... pedes ... Sequitur dicens ego
a te debeo baptizari s(ecundu)m glo(sam) ...
tu venis ad me s(ecundu)m glo(sam) ...
... dicit debeo
a te baptisari ... ab originali peccato mun-
dari ... Joh(ann)es ab utero matris mundatus
erat ... ab originali ... a
pena debita ... originali que e(st) carencia
visionis dei. Vel ab originali ... a fonte
... originali ... magis
... debilitatem ...
mundatus ... dubitat ... sanctificatus
in utero debeat baptisari ... sanctificatus
bap(tismum) debet baptismo aque ... baptisatus
... flaminis ... bona ...
... recipit ut ...
... humilitate ... se ...
peccatorem ... redempcione ...
... melius ...
... sanctificatus ... recipit bap(tismum) ...
remedium ... tam bona
coniuncta s(cilicet) obedientiam humilitatem ...
... ad caracteris impressionem. Sequitur autem
Respondens autem ihesus dixit ei Sine modo
s(cilicet) baptisari a te ...
sine modo possit intelligi ... baptisatus ...
bap(tis)mo ... Joh(ann)i dicenti ego
a te debeo bap(tizari) ... Sine modo
... postea baptisavit Joh(ann)em

Ego a te debeo baptizari

Sic enim decet nos impl(ere)

quus hic in libris apocrifis scriptum sit. Sequitur.
Sic enim decet nos implere omnem iusticiam.
scilicet primo faciendo et postea docendo. Sic ergo Christus
primo nos baptisari voluit et postea alios bap
tisari docuit. Actuum primo: cepit Jhesus
facere et docere. Ambrosius super Lucam: hec est iusticia
ut quod alterum facere velis prius ipse incipias.
2º Vel sic: Sic enim decet nos implere omnem
iusticiam, id est ad baptismum invitare, qui est consumma
cio iusticie, quia in baptismo omnes virtutes et
dona infunduntur. Sic ergo decet nos invitare
ad baptismum me suscipiendo et te invitando.
3º Vel sic secundum glossam: Sic enim decet nos implere
omnem iusticiam, id est perfectam humilitatem.
Ubi notandum quod totum perfectum et omne valet idem
ex primo celi. Et ergo hic omnis capitur pro perfecto.
Iusticia in sacra scriptura triplici capitur, pro quatuor
virtutibus. Et ergo quilibet opus quod fit secundum virtutem vocatur
opus iusticie. Et sic iusticia capitur pro humi
litate. Et ideo est sensus: Sic enim decet nos
implere omnem iusticiam, id est humilitatem, quia dominus
subdens se servo in recipiendo baptismum se
maiorem humiliavit. Et ergo Christus recipiendo
baptismum a Johanne servo docuit omnem iusticiam, id est perfectam
humilitatem, quod secundum glossam tres gradus sunt:
(primus) de se maiori ut preferre pari et hec est suffi
ciens. Item subdere se pari ut preferre mino
ri et hec est habundans. Item subdere se mi
nori et preferre nec se alicui et hec est perfecta.
Sequitur. Tunc dimisit eum, id est ut baptisaret
consensit, quia tenebat eum Johannes conveni
encia prohibendo, sed dimisit obediendo. Vel dimi
sit eum ut fieret voluntas eius, quia quamdiu te
nebat eum dominus non implevit quod volebat.
Vel dimisit, id est obedivit, quia vera est humilitas
que non deserit comes obediencie. Sequitur. Bap
tisatus autem Ihesus confestim ascendit de aqua
et confestim, id est sine mora, quod confestim ascendit
de aqua significatur quod baptisati eius sunt statim.
Unde psalmus: Pax multa diligentibus legem tuam et non est illis scandalum.
Item significatur quod qui se humiliat ad recipiendum
baptismum ascendit, id est exaltabitur, quia qui se humi

liat exaltabitur, Luce 14. Item in signum
quod baptisati in Christo statim proficiunt
ad virtutes et ad dignitates celestes sub
levantur, ascendit. Item de aqua. Sic
sentitur contra (illos) qui in alio liquore quam in aqua
non possit fieri baptismus, et non in quacumque
aqua sed in aqua naturali. In aqua artificiali non
potest fieri baptismus. Et quia aqua naturalis quam
artificialis quantum ad (esse) differunt ad plenum
naturalem, ascendit confestim de aqua. Ad ma
nifestandum quod dyabolum ad ipsum vincendum
vel ad genus humanum ad ipsum liberandum.
Sequitur. Et ecce celi aperti sunt. Sic post
humilitatem ostenditur Christi magnificencia in
declaracione deitatis, cum attestatur primo celum
in apercione. Secundo spiritus sanctus in columbe specie
ibi: Et vidit. 3º pater in voce ibi: Et ecce
vox. Et ergo ecce celi aperti sunt ei, id est tanta
fulgur secundum glossam circumfulsit Christum in baptismo
ut videretur celum empireum reseratum.
Et secundum Bedam fulgure astante tam diu durante
quam diu paterna vox audita est. Et cum
ea tractus est. Item celi aperti sunt et hoc
in signum quod baptisatis in Christo aperitur
celum. Unde glossa: patet renatis aditus in
celum per Christum, qui per Adam clausus fuit.
Vel sic: Et ecce celi aperti sunt ei, id est omnibus pro eo,
sicut per imperatorem aliquis pro alio petenti
dicitur: Ecce hoc vobis non illi do, sed ei,
id est propter illum, ut Crisostomus dicit super Mattheum. Et sunt ei
aperti sunt celi, id est aliis propter eum. Sequitur. Et
vidit secundum glossam tam Christus quam Johannes spiritum
dei descendentem, non per gradum, quia ab in
stanti concepcionis sue plenus fuit spiritu sancto, nec
mutacione locali, sed specie visibili, id est specie
visibilis in qua spiritus sanctus apparuit des
cendit. Unde addit: Sicut columbam.
Et hac specie venit. Primo ut baptisatus
non sit fictus, quia dicitur Sapiencie primo: Spiritus disciplinę
effugiet fictum. Columba enim est
avis simplex, astutia et dolo carens. Unde
dicitur Mattheus 10: Estote simplices sicut columbe

2o ad designandum septem dona spiritus sancti / que dantur in baptismo / que columba suis proprietatibus designat / que ponuntur in glo. 3o apparuit spiritus sanctus in specie columbe / propter effectum proprium baptismi / qui est remissio peccatorum et reconciliacio ad deum / columba est avis mansueta. Et ideo sicut dicit Crisostomus super Matheum In diluvio apparuit hec avis ramum ferens olive / et quem orbis terrarum tranquillitatem nunciavit / et hic columba apparet in baptismo liberatorem apertis nobis demonstrans / Dubitatur autem an ista columba fuit vera avis vel quid sit / Ita beatus Augustinus in libro de agone christiano dicit sic / Non decebat ut filius dei qui est veritas patris aliquid faceret [illegible] / et ideo non fantasticum sed verum corpus accepit / et spiritus sanctus est spiritus veritatis Jo. 16. / Ideo ipse veram columbam formavit in qua apparuit / licet non assumpsit ipsam in unitatem persone / Unde glo. super illo verbo Sicut columbam / verum corpus formatum ad horam venit in specie columbe / quia aliter spiritus videri hominibus non posset / Sicut columba non quasi vera columba esset / sed quia spiritus in corporali specie non tamen ipse corpus / Et venientem super se. i. super caput Christi / ne vox patris putaretur facta Johanni vel alii / Sequitur Et ecce de nube ad litteram vox de celis. i. patris celestis dicens non ut Christo indiceret quod nesciebat sed ut auditoribus proficiat / Hic est de natura ad honorem secundum glossam / filius meus consubstancialis / vel filius meus per naturam unus (?) ps. Ego ex utero ante luciferum genui te ex utero. i. ex mea substancia / sed alii sunt filii per graciam et adopcionem / dilectus eternaliter / vel dilectus quia conceptus sine culpa quod non convenit aliis / qui concipiuntur in culpa quia sunt filii ire ad Ephesios ii / Sequitur In quo michi complacui / secundum glossam i. in quo beneplacitum meum constitui / hic est in persona Christi (?) in placito (?) suo Christus placet patri per se / alii propter Christum / et ergo dicit glossa tu propter te / alii non in se sed

in te. i. tibi fide et caritate uniti placent / Item in quo michi complacui. i. nichil meorum displicens repperi / quia secundum divinitatem infinite perfectus / secundum humanitatem omnibus virtutibus et graciis plenus / In adam sicut dicit glossa sibi displicuit dicens penitet me fecisse hominem / Sed eciam deus pater sibi placet in filio ad similitudinem ~~[illegible]~~ pictoris qui sibi placet cum picturam suam sine defectu videt / Vel ut deus pater in filio repperit quod posset oculos sue maiestatis offendere / Et ergo dicit In quo michi complacui / Exponitur (?) ysa. 42. Ecce servus meus suscipiam eum / electus meus complacuit sibi in illo anima mea / Et in baptismo spiritus sanctus datur sicut dicit glossa / Et in signum illius spiritus sanctus descendit super Christum in specie columbe

Tunc ihesus ductus est in desertum ut temptaretur. c. 4. et generaliter sit / Triplex [illegible] datur (?) est via Christi ex humilitate que refugit honores mundiales / Hic [illegible] ex contemptu mundi qui refugit divicias temporales / Et [illegible] ex mortificacione carnis que refugit delectaciones corporales ibi / Et cum ieiunasset / Sicut primus adam est deceptus mundi [illegible] in hoc quod vincit in deserto temptacionis adyaboli (?) / Et ideo dicit Cris. postquam dominus baptizatus est a Johanne in aqua ducitur a spiritu in desertum ut baptizaretur igne temptacionis / Tunc. i. statim post baptismum / ad signandum quod post accepcionem spiritus sancti / diabolus acrius insurgit in nos / et nos in ipsum / secundum 1o Eccli. 2o Fili accedens ad servitutem dei sta in timore et prepara animam tuam ad temptacionem / et ideo dicit Hylarius quod in sanctificatis maxime dyaboli temptamenta grassantur / quia victoria est ei magis optata de sanctis / Tunc ductus est spiritu sponte (?) / Ubi notandum quod aliquis aliquando ducitur coacte / aliquando voluntarie / De primo luce 23 / ducebantur et alii duo nequam cum eo / De 2o Jo. i. ubi scriptum est de andrea quod invenit symonem fratrem suum et dixit ei Invenimus messiam quod dicitur Christus et adduxit eum ad ihesum / Ubi Crisostomus Non solum ductus dicitur / qui aliquem potestate ducit / sed et qui aliquem racionabili exhortacione monet /

Notandum est ubi dicitur ductus est Iesus in desertum
a spiritu. Marci primo dicitur: expulit eum spiritus. Luce 4 di-
citur: agebatur a spiritu. In quibus signatur triplex operatio
spiritus sancti. Ducit, id est regit per providentiam. ps. 18. Christo
dominus ductor eius fuit. Secundo agit per amorem fer-
vorem. Romanos 8: Quicumque spiritu dei aguntur hi filii dei
sunt. Tertio expellit per zeli vehementiam contra hoste
ut de Christo dicitur ps.: Zelus domus tue comedit
me. Sequitur: In desertum, quod est inter
Jerusalem et Jericho, ubi homo quidam incidit in
latrones, Luce 10. Unde glossa: hoc desertum
est inter Jerusalem et Jericho, ubi morabantur latro-
nes, qui locus vocatur Adomim, id est sanguinis,
propter effusionem sanguinis qui ibi fiebat.
Unde cum homo descendisset ab Jerusalem in Jericho in-
cidisse dicitur in latrones, genus figura Ade, qui
a demonibus victus est. Conveniens ergo fuit ut
ibi Christus diabolum superaret ubi diabolus hominem sub
figura superasse dictus est. Sequitur: A spiritu sancto.
Unde Gregorius in omelia: Dubitari autem a quibusdam
solet a quo spiritu sit Iesus ductus in desertum,
propter hoc quod subditur: assumpsit eum diabolus
in sanctam civitatem. Sed vere et absque ulla questione
convenienter accipitur ut a spiritu sancto in desertum
ductus credatur. Sequitur: ut temptaretur a diabolo.
Nec dicitur ut diabolus temptaret eum, quia diabolus non
temptare potuit Christum nisi ipse Christus permitteret.
Voluit autem Christus temptari ut temptatorem
superaret, ut temptatos confortaret, ut modum
vincendi daret. Sicut enim faciunt athlete
qui cum discipulos ~~vince~~ suos vincere docent
certant cum aliis coram eis, sic et discipulos ar-
tem docens. Hic notandum quod duplex est temptatio:
probationis et deceptionis. Utraque temptatione diabolus
temptavit dominum. Temptatione probationis,
quia voluit cognoscere an Christus esset deus. Prima
temptare probatione est velle experimentum sumere.
Temptavit et diabolus temptatione deceptionis, quia
volebat Christum ad peccatum trahere. Item non temp-
tatio deceptionis triplex modis fit: suggestione,
delectatione et consensu. Christus vero sola sugges-
tione temptatus fuit, quia delectatio peccati men-
tem eius non momordit. Sequitur: Et cum
ieiunasset. Ieiunavit dominus in remedium
peccati nostri. Unde post [illegible] explicandum est.

(Margin: lca. in desertum — lca. A spiritu — lca. ut temptaretur a d. — duo temptationes — lca. Et cum ieiunasset)

ceciderunt super me. Et sequitur: Et operui
in ieiunio faciem meam. [illegible] vincendi
causa post baptismum non lascivie et ebrietati
sed ieiunio intendere oportet. Tertio ut mediocrem
ieiunium. Ieiunaverunt tres magnifice
in solitudine, scilicet Christus de quo hic; alius in
monte, scilicet Moyses, Exodi 34; tertius in itinere,
scilicet Helyas, 3 Regum 19. Primus devicit hostem,
secundus accepit legem, tertius pervenit ad dei re-
velationem. Est enim triplex utilitas ieiunii.
Prima est ad compescendas carnis concupiscentias.
Unde apostolus 2 ad Corinthios 6 [illegible] ieiunium inter
arma iustitie, et statim post ieiunium ponit
castitatem, quia per ieiunium castitas conservatur.
Et versus: Sine Cerere et Baccho friget Venus,
id est per abstinentiam cibi et potus tepescit luxuria.
2 Secunda utilitas est ut mens liberius elevetur
ad sublimia contemplanda. Unde dicitur Danielis 10
quod post ieiunium trium ebdomadarum accepit
3 revelationem a deo. Tertia ad satisfactionem
pro peccatis. Unde dicitur Joel 2: Convertimini ad me
in toto corde vestro in ieiunio et fletu et
planctu. Et hoc est quod beatus Augustinus dicit
in quodam sermone de oratione et ieiunio:
Ieiunium inquit purgat mentem, carnem
[illegible], sublevat spiritum, cor facit contritum et hu-
miliatum, concupiscentie nebulas disspergit, libidinum
ardores extinguit, castitatis vero lumen
accendit. Sequitur: Quadraginta diebus
et 40 noctibus non ultra [illegible], ut beatus
Augustinus [illegible] declaretur, quia Moyses
et Helyas ieiunaverunt tot diebus.
Tertia ut convenientia nove legis ad an-
tiquam ostenderetur, quia sic ieiunaverunt Moyses
et Helyas. Quarta ut mysterium quadragenarii
numeri insinuaret, scilicet quod non solum
decimas [illegible] et primicias. Nam annus habet
365 dies, quorum decima est 36 dies,
et manent 5 dies in superfluo et indeci-
mati. Et additur una dies, quia unus non
[illegible] tres autem superadditi solvuntur
pro primiciis, pro quibus scilicet ieiunia quatuor temporum
per tres dies [illegible] videtur [illegible]
a domino. Nam dominus [illegible] annis filios Israel in
deserto, Christus in mense publice predicavit.
tenuit

quod septuaginta in utero virginis mansit / quod
diebus in deserto ieiunavit / quod horis in se-
pulchro fuit. Et cum ieiunasset quadraginta diebus et quadraginta noctibus
Ne in nocte comedisse putaretur. Item
in signum quod necessarium est nobis in diebus
prosperitatis et noctibus adversitatis nos continere
[illegible] minime. Postea esuriit. Dimisit enim
[illegible] suspensa / nec sine [illegible] esuriit /
De moyse et helya non sic legitur quod esuri-
erunt post ieiunium / sed de christo / ut eius
humanitas dyabolo declaretur. Crisostomus: Ne super
mensuram ieiunans esuriit ne manifesta-
retur deus. Item glossa: moyses et
helyas ieiunaverunt non ex virtute propria ut
christus. Sed moyses sustentatus eloquio christi,
helyas autem in fortitudine cibi. Unde dum
illi duo esurisse [illegible] christus ut homo esuriit
ut celetur esse deus / et signat desiderium
in salutis humane. Et dyabolus temptandi [illegible]
videretur occasio. Et ecce locus / tempus et dispo-
sitio ad temptandum apta. In loco consideravit
solitudinem et ita sine adiutore. In tempore
aptitudinem quia post ieiunium. In defectu
infirmitate quia esuriit. Et ita extimabat
se posse eum ad gulam inclina-
re. Sed non deiectus est sed deiecit. Vide-
te tamen in hac temptacione quod temptavit
adam scilicet de cibo / ieiunium et triumphum / de
situ quod paradisum desertum / ieiunium contra
comestionem / triumphum contra [illegible]
Et accedens temptator. Commendata est
victoria christi quantum ad opera virtutum [illegible] quantum
ad victoriam triumphalem / quia temptatio est
prima est de gula / secunda de superbia ibi tunc
assumpsit eum dyabolus / tercia de avaricia ibi
iterum assumpsit eum. In prima persuadet volup-
tas quantum ad concupiscibilem. In secunda vanitas
quantum ad irascibilem. In tertia error quantum ad
racionalem. In prima temptacione procedit dyabolus primo
instando quia accedens / secundo dubitando
ibi Si filius dei es / tercio adulando ibi
dic [illegible] est facere / quarto expla-
rando ibi ut lapides. Et hoc quod dicit
Et accedens videns signa infirmitatis
in christo sub specie humana temptator.

Dyabolus [illegible] temptator [illegible] / et [illegible]
quod [illegible] ad temptandum. Ad evidenciam huius temptacionis
[illegible] / quod dyabolus sciebat per prophetas
quod christus futurus erat verus deus / et verus homo /
ut exposuit ysaias: Parvulus natus est nobis
et filius datus est nobis / ecce vera humanitas.
Et vocabitur nomen eius admirabilis consiliarius
deus fortis pater futuri seculi etc. Ecce vera
eius divinitas. Et pluribus locis sacre scripture
idem exprimitur. Sciebat tempus nativitatis
christi esse completum / tum per ebdomadas danielis
[illegible] in quibus [illegible] passionis [illegible]
sui adventus / tum per translacionem regni iudeorum
ad herodem alienigenam prout fuerat predictum
per Iacob patriarcham Genesis 49. Sed dyabolus nesciebat
[illegible] / an ihesus nazarenus esset christus
de quo talia fuerant dicta. Propter tamen eminenciam
sanctitatis eius / et propter complecionem temporis ad-
ventus christi / sciebat quod [illegible] quod
ipse esset christus et ideo de hoc voluit noti-
ciam accipere per temptacionem. Quia temptare est accipere
experienciam de aliquo ignorato. Intendebat
et ulterius per hanc temptacionem eum inducere ad peccatum
si inveniret purum hominem. Sed neutrum obtinuit
ut patebit. Dixit ergo: Si filius dei es. Sic nota
glossa: Novat dyabolus filium dei nemini [illegible]
seu per prophetas / seu per angelos nunciantes / seu
per Iohannem denunciantem. Sed quia humana in eo
videbat / quod de deitate suspicatus est ex
superbia / et in dubium venit. Hec glossa. Et
quomodo adulando dicit. Tu dignus ab eo aliquid
[illegible] / et [illegible] subdit. Sic quia
scivit scriptum [illegible]
si filius dei appareas / ut esuriem repellas
ut lapides isti panes fiant. [illegible] cogi-
tavit apud se si potuit de lapidibus facere
panes / [illegible] filius dei est / si autem non potuit
homo est. Glossa: A gula incipit ut quomodo devicit
adam ab isto devincatur. Item glossa
gula primus homo victus est / gula libidinem
inflammat [illegible] carnis [illegible]
repugnat legi mentis. Hec nisi primus [illegible]
[illegible] / alia [illegible]. Et ideo
dicit salvator: Attendite ne corda vestra gra-
ventur crapula. Item glossa primos [illegible] persuadet /

esurie de lapidibus panes fieri rennuit / non quod
conferret salutem / sed commutacionem eius qui
tar virtutem / et si prius hoc esset / panis oblata
mento illudere esuriem paciebatur / dyabolus dns
dixit / primo si filius dei es / 2o dic ut lapides
isti panes fiant / primo hoc secundum glosam ex
ploratus est / 2o temptamus / sic exploratus
ut temptando deciperet / Respondit Cristus nobis
sapienter non manifestando se sed temptatorem
repellendo dixit scriptum est / deuteronomio 8 Non
in solo pane corporali vivit homo sed in omni verbo quod proce
dit de ore dei / secundum glosam dominus non utitur
potestate / sed scripturarum auctoritate / docens nos magis
doctrina quam miraculo pugnare / Item glosa
sunt ...it instruens nos ut vincamus non
potencia sed humilitate / Unde Rab. exemplum dedit
nobis quod quociens a pravis hominibus aliquid
patimur ad doctrinam pocius excitemur quam
ad vindictam / Ex isto dyabolus non potuit
colligere an esset deus an purus homo / Unde glosa
... ne cognosceret eum esse deum
Dicit go. Non in solo pane corporali vivit homo
quasi dicat licet esuriam / tamen dominus potest esurientem
solo sermone sustentare / ideo non oportet de
lapidibus panes facere / Ista sanctitas dei est
non solum vivificatur de vita spirituali / sed et corpora
li / sicut patet de moyse qui ieiunavit 40
diebus et 40 noctibus verbo dei / non spirituali solum
sed et corporali sustentatus / Et ideo secundum glosam
quasi dicat Tu suades de cibo corporali non de cibo
spirituali qui melior est / Vide tria ... mg
temptatio ... compassio est / Hic non dicit quod est
dei / dicit verbum patris / Cum sic ostendit me ...
...o ... / Item verbum pre scripture ps. 2o
os meum non ... / et ideo dicit glosa verbum
dei de ore procedit / quia voluntas dei reserantur
per scripturas per quas deus loquitur / Hec est
dei predicator Jer. 17 Si separaveris preciosum
a vili quasi os meum eris / De quo ore debemus
proferre verbum confessionis quia oracionis
et correctionis / Hic queritur quare de la
pidibus non fecit panes / Respondetur primo ut dyabolum
lateret eius divinitas / 2o si ... quod ... quod
misisset ... gule ... primo ad corpus
2o / 2o ut per humilitatem et sapientiam magis
quam per potenciam nos vincere doceret / 3o ut nichil
faciamus ad imperium dyaboli et si bonum est quod
suggerit / 4o ut ostentacionem caveamus
Tunc assumpsit eum dyabolus in sanctam civitatem
Hic incipit temptacio 2a s. de superbia
/ Ubi tria implicantur de temptatore / primo
instancia quia non cessat / 2o malicia
quia ad descensum instigat ibi Et dixit
ei / 3o astucia quia auctoritatem allegat ibi
Scriptum est enim / Contrarium sic secundum Cris.
Cum ex priori responso nichil cognoscit
dyabolus dixit potius sed Ut ...pius de eo certus
an homo purus / assumpsit eum ad aliam
temptacionem dicens apud se Iste qui
famem non vincit et si non est filius dei / tamen
est sanctus homo / valent enim homines sancti famem
non vinci / sed postquam omnem necessitatem car
nis vicerunt / per vanam gloriam cadunt
Ideo cepit eum temptare in vana gloria
que est temptacio multum periculosa / quod ...
Tunc assumpsit eum dyabolus secundum glosam ex per
missione non ex imbecillitate / Unde in
inicio superbit Item glosa quod permisit
se assumi non infirmitas fuit sed pacientia
/ in dyabolo non non virtus sed superbia assumpsit
eum corporaliter / Unde glosa Hec omnia corporeis
sensibus esse completa / Nec mirum si se permisit
circumferri qui permisit se crucifigi / Et ideo
dicit beatus Gregorius in omelia Nec enim indignum
deus homo in sanctam civitatem ... ...
...es audire expavescunt / Nunquid ei
omnium caput est dyabolus / quid ergo mirum si se permisit
ab illo ~~...~~ duci / qui se permisit
a membris illius crucifigi Assumpsit eum
dyabolus secundum aliquos / dyabolus eum in ... ...
portavit / secundum alios ad manum duxit
Tenuit eum / Sed dyabolus visibilis an
invisibiliter dominum assumpsit / Respondetur Cris. ...
sicut dyabolus quantum in se fuit / eum assume
bat ut ab omnibus videretur / Ipse autem
nesciente se agebat / ut a nemine videretur
sicut scriptum est Luc. 4o / Ipse autem
transiens per medium illorum ibat / Sed
In sanctam civitatem id est in ierusalem que dicebatur

sta respectu aliarum civitatum / in quibus ydola
colebantur / et ideo quia in ea fuit templum /
sancta scriptura et cultus unius dei / Et statuit eum
super pinnaculum templi / et urbem sanctam tunc
et statuit eum ad litteram ut secundum quosdam
suggessit ut iret / Dicunt tamen non sugges
tione eius hoc fecit / sed spiritu sancto ductus
super pinnaculum templi / secundum glossam .i. summi
tatem templi / Item glossa non locus de
dedicatus / conspicit eum abiciendum / In reg. In quo
cum dominus quasi iudex pro fide sedet / et in scole loco
insidiatur / Pinnaculum est hic quod dicitur super pin
naculum templi / prima dicitur superior pars rei /
et maxime murorum et domorum / Unde pinnacu
lum dicitur quod supereminet dorso parietis / et
capitur hic pro summitate templi / Ubi notandum
quod in palestina erant tecta plana /
et ibi erant sedes doctorum / et alabatri quan
dam appodiatores / ne quis incautus
laberetur / ut habetur deut. 22 Ubi dicitur
Cum edificaveris domum novam / facies
murum tecti per circuitum ne effundatur
sanguis / In hunc modum / templi tectum
erat equale / sicut et tabernaculi Exo. 27
Hic queritur quare dominus permisit se assumi
super pinnaculum templi / Responsio quia prene os
prelatos et doctores subiacere elatos / singu
lariter permittit se assumi super pinnaculum
ubi est sedes doctorum / ut doceat eos
quod ibi temptantur de vana gloria / temptacio
resistite / Et enim super pinnaculum fuit sedes
doctorum / Hieron. Inf. 10 / Et in aure audistis
predicate super tecta / Vel pinnaculum dicitur
de ambulatorium circa muros templi /
Ubi filii ascendebant sacerdotes / ipsos ponentes
quod dicitur tabulatum 3. Re. 6 / Et re
dit in idem / Fidem dicit glossa in palestina /
plana desuper erant tecta / et ibi erant se
des doctorum Unde ipsos loquentes / Ubi mit
tens cepit vana gloria / honore magisterii
inflatos / putavit enim Christum in vana gloria
posse extolli / Item glossa In eo loco igitur
Christum temptat / in quo multos decepit /
Sed autem non consentit / docet eos qui

in sublimi sunt / vana gloria non moveri / Sic nota
secundum glossam quod hec temptacio secundum lucam / ultima fuit /
Sed glossa prima et ultima temptacio in deserto / me
dia est corporalis fuit ultima / postquam ingressus
est urbem / quia matheus non secundum ordinem hystorie /
sed secundum temptacionem ascendentem proseguitur / lucas vero ut
res gesta est / Ideo hic queritur de ordine tem
ptacionum quia media secundum matheum / ponitur ultima
secundum lucam / et econtra / Responsio lucas narrat secundum ordinem
rei geste / matheus secundum convenientiam tempta
cionis secundum hominem / quia dyabolus primum hominem tem
ptavit de gula cum dixit cur precepit vobis
deus ne comederetis / 2º de vana gloria cum sub
dit eritis sicut dii / 3º de avaricia cum ad
dit scientes bonum et malum / quia avaricia
non solum est respectu diviciarum et pecuniarum
sed et est inordinatus appetitus rerum sapientie et ali
arum rerum / In hiis tribus vincitur in gula / vana
gloria / et avaricia / dyabolus vicerat secundum hominem /
in hiis voluit Christus temptari / et dyabolum vincere
Item queritur de concordia evangelistarum / dicit quod me
tum est que fuit prima temptacio s. de superbia
an de avaricia / Racio quare fabius et glossa asserere
contrarium / Responsio incertum est .i. non est expressum in scrip
tura / sed ex ordine locorum / potest conici que illarum
fuit prima et que secunda / Nota quod prima temp
tacio est in deserto iuxta fontem / cuius aquas
sanavit elizeus / 2ª in monte deserti appro
pinquando ad urbem / 3ª in urbe / prima de gula / 2ª
de avaricia / 3ª de superbia / Utrum autem omne
sit sicut vana dicte vel divise / non est expressum
in scriptura / Sequitur Et dixit ei / vel sug
gerendo interius / vel exterius loquendo / glossa tamen
innuit quod exterius loquendo dicens scilicet quod verba
invicem conferunt / in presentia homo dyabolus apparuisse
visibile est / Si filius dei es mitte te de
orsum / Unde Ier. quidam sunt in glossa
super illo verbo si filius dei es dicit sic / In omnibus
temptacionibus hoc dyabolus agit / ut intelligat
si filius dei sit / Sed Christus sic responsum
temperat / ut eum dubium relinquat / mitte te
deorsum / persuadet dyabolus Christum se mittere
deorsum / quia cogitavit secundum eius sit de

cendit per aerem volando sine lesione / si tu
dubio filius dei est / secundum glosam / Hic docemur
quod xpus maluit tolli quam consensit / sed mo-
nenti tamen non obedivit / ut bona et alta
imperanti obediamus / sed precipitare volenti
caveamus / Mitte te deorsum / Licet non impu-
lit non coegit / sed tamen dixit / Si filius dei
es mitte te deorsum / ut intelligatur quia
omnis qui blanditur dyabolus / ipse se deponit de-
orsum / nam dyabolus ad malum hortari potest / cogere
non potest / Tam bonus Ihesus debilis est hostis / qui
non potest vincere nisi volentem / Idem in glosa
hec vox / dicit glosa mitte / convenit illi / qui
omnes precipitare satagit / In quo insinuatur
ostenditur quod nulli nocere possit nisi prius ille
se deorsum miserit / Forte tamen nunquam [illegible] me-
lius dixisset Si filius dei es / ascende
in celum / Sed licet interim affligat dyabolus in
exaltacione hominis / ut nunc temptando velit
ascensu proprio de celestem / Reg. 26. Ecce
tolle adversarium / et affliges inimicum /
Unde enim optat cadere inimicus / Sic
est notandum secundum glosam / quod hec temptacio
fuit de vana gloria / sicut adam tempta-
tus fuit / cum dyabolus dixit Eritis sicut dii /
Unde dicit Crisostomus Si aliquis volaverit per
aera provocatus / propter ostentacionem sola hoc facit
Erat enim intentus demonis / ut a populo ad-
miraretur dum sic volare videtur / et sic in
vanam gloriam fieretur / Sequitur Scriptum est
enim angelis suis etc / quia dictus super se
est mitte te / ideo et ipse mittere scripture
adducit / et sic non veritatis confirmat / sed
ut errores ingerat / sicut a primo fecerit /
Unde beatus Augustinus super lucam quia sathanas
transfigurat se in angelum lucis / et de scrip-
turis ipsis divinis laqueum fidelibus parat /
nititur testimonia scripturarum non doceat / sed
ut fallat / Unde subditur Scriptum est enim
quia angelis suis deus mandavit de
te sicut [illegible] angelorum que in-

ut in manibus tollent te ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum

ducat dyabolus loquens de xpo tanquam
de infimo / que maxime est proprie convenit
membris eius / scilicet custodia / cautela / dili-
gencia / Custodia in bono ibi ut custo-
diant / cautela a malo ibi ne forte
offendas ad lapidem pedem tuum / Dili-
gencia quantum ad utrumque ibi In manibus
portabunt te q. d. mitte te deorsum /
nichil mali habebis / quia angeli custo-
dient te / Notandum hic passus potest non
intelligi de xpo / sed de viro sancto / pro
homine et infimo / potenti peccare / Et
ergo dyabolus male allegat scripturas /
Unde beatus Ieronimus / hoc in psalmo 90 legimus
non de xpo / sed de viro sancto / male igitur in-
terpretatur dyabolus scripturas / Ad idem glosa
Mandavit angelis suis etc dicit glosa quod viro
dei de corpore / dyabolus male interpretatur
de capite / quod si hoc dicit de xpo / tamen non
et hoc quod contra se est dicit / Super aspidem
et basiliscum ambulabis / et conculcabis
leonem et draconem / sed de auxilio angelorum
quasi ad infirmum loquitur / sed de sua conculca-
cione quasi conversator tacet / Crisostomus dicit / Sic in-
tuere quod testimonia a domino allegata
sunt convenientes / a dyabolo indecentes / Non
enim quod scriptum est angelis suis etc
suadet precipitare se ipsum et precipitare secundum
glosam ergo sic intelligendum est / Dicit
enim scriptura de quolibet bono homine quod an-
gelis suis id est administratoriis spiritibus
precepit de ipso quod in manibus suis id est
auxiliis suis tollent eum / et custodi-
ent ne offendat pedem id est affectum mentis
ad lapidem id est ad quem eius quod est occa-
sio peccati vel ruine. Ecce ista est de eo
de bonis hominibus quia angelis suis man-
davit ut custodiant eos in omnibus
viis suis / per lapidem intelligitur omnis
peccati occasio vel ruine per pedem affectus
mentis / quia per affectum mentis quasi gradi-
ens appetere nam mede nec est / Et

Si filius dei es

Scriptum est

ideo dicit philosophus 3° de ethica quod post appetitum
est post motiuam / Secundum ait illi rur-
sum Jhesus / Cuius dicit dominus non motus /
non indignatus / sed cum mira modestia
respondit / rursum ei ruidit / Scriptum
est / deu. 6. a quo post omnia testimonia /
ut scilicet legis confinet sacramentum / ruidit
dominus / non temptabis dominum deum tuum. glo. /
Id est flas de scripturis dyabolus sagittas /
verbo scripturarum frangit clipeis be-
ne et efficacius rursus / Suggerens enim
ut templum dominum / cum propriis possim
pedibus descendere / ideo non acqui-
esco / quia scriptum est / non temptabis deum
deum / Cuius non dixit me dominum / ne se
manifestaret dominum / Et est hic ar[gumentu]m
quod ubi est humana racio vel auxilio
habet homo quod faciat / non debet deum temptare /
Ubi autem deficit humana racio / commendet se deo
non temptando sed devote confidendo / Un-
de bonus doctor pertinet ad sanam doctrinam /
quando homo habet quid faciat / non temptare
dominum deum suum / Et ideo dicit glo. / non
debet temptare deum / quando habet homo humana
racione quid faciat / Unde Christus dominus
omnia posset / ait tamen suis / Si vos persecu-
ti fuerint in una civitate fugite in
aliam / Et ipse idem fugit et latuit / Vi-
cit poterat alter de templo descendere /
quod per in acturum praecipitare / postquam de-
ficit humana racio / commendet se homo deo
non temptando sed devote confidendo /

Tercio assumpsit eum dyabolus in montem ex-
celsum / ponitur tercius congressus in temp-
tacione cupiditatis et avaricie
Ubi innuitur tria de christo / primo eius pa-
ciencia in hoc quod totiens se temptare
permisit / 2° scriptura quod se temptatori
restitit / ibi Tunc dicit ei / 3° potencia
in hoc quod ab angelis ei ministratum
fuit / ibi Tunc reliquit eum / osten-
duntur eciam hic iniquitates in temptatore

primo temptatoris impudencia quia victus argumentis
non desistit / 2° eius imprudencia quia destitutus
in argumentis ad inutilia loca se convertit
ibi In montem excelsum / sicut balaam et ba-
lach fecerunt nu. 23 / 3° eius fallacia quia
contemptibilia et vana proponit ibi Et ostendit ei
4° eius malicia quia sibi ab aliis intendit ibi
Et dixit ei / dicit glo. sic / Iterum assumpsit eum
dyabolus secundum glo. Et si victus tamen non cessat
In montem excelsum valde / locus congruus
temptacioni / ut sicut in deserto ubi est esuries /
temptavit de gula / super pinnaculum ubi cathedra
doctorum de vana gloria / sic et in monte ubi
videntur hec temporalia / temptat de avaricia /
Vel quia avaricia alta petit secundum glo. tem-
tatur deum in montem ducit / quia avaricia
et ambicio semper alta petit / Et ideo apostolus
ad thy. ult. / precipe divitibus non alta sape-
re / Vel quia dyabolus de alto cecidit ysa. 14 quo-
modo cecidisti lucifer qui mane oriebaris
Ideo in montem excelsum ducit ut inde ca-
dere faciat secundum beatum gregorium dyabolus ad montem
ducere festinat / ut per eum quem cecidit ceteri
corruant / Vel ducit in montem a dyabolo
quia se extollit super inferiores / Excelsum quia super
pares / valde qui superiores suis vult dominari
Et ostendit ei omnia regna mundi et
gloriam eorum / Non sic intelligendum quod ex illo lo-
co posset omnia regna et omnes civitates de-
monstrare videri / sed ostendendo diversas partes or-
bis / dixit ei tale regnum est in tali loco /
et tale in tali / enarrando in verbis de illis magni-
tudine et gloriam illorum regnorum / sic tali ostensio
fuit magis ad auditum quam ad visum / secundum glo.
ostendit ei omnia regna / id est partes terre in
quibus quorumque regnum positum erat / sicut
si aliquis ascendat super montes et dicat
Ecce ibi Roma non ipsam ostendendo sed partem
terre in qua posita est demonstrando / Et gloriam
eorum secundum glo. / Id est gloriam eorum appellat
aurum argentum et lapides preciosos et tempora-
lia bona et gloriam eorum / Ecce temptacio
de vana gloria secundum glo. / Nondum secundum glo.

Et ostendit ei omnia regna

quod licet avariciam temptacionem mediam posu-
erimus, superbia tamen more preceptoris quia super-
bia omnes vincit. Item glossa: In hiis
tribus omnia genera temptacionum comprehenduntur,
quia nichil est in mundo nisi concupiscentia carnis,
concupiscentia oculorum et superbia vite. Sequitur: Et dixit
ei: Hec omnia dabo tibi etc. quasi diceret: te regem faciam.
Ex hoc loco et aliis similibus dixerunt mani-
chei quod dyabolus esset dominus istorum corporalium, unde
opposuit [illegible] sicut creator eorum. Sed hoc patet mani-
feste falsum Genesis primo, ubi describitur creacio a deo,
et ideo dicendum quod dyabolus mentiebatur, quia mendax
est et pater eius, id est pater mendacii, Johannis 8. Creatu-
re enim corporales non sunt in potestate eius
nisi quantum sibi permittitur a deo. Unde Ieronimus: Arro-
gans et superbus de iactancia loquitur, non
enim potest omnia regna dare, cum sciamus plurimos
sanctos a deo reges factos. Scriptum est enim
Proverbiorum 8: Per me reges regnant. Sequitur: Si
cadens tamquam inferior adoraveris me, tamquam
superiorem, et adoracione latrie. Glossa: [illegible]
Ecce antiqua dyaboli superbia. Sicut enim in
principio voluit se similem deo facere, ita nunc
volebat divinum cultum sibi usurpare, dicens
Si cadens adoraveris me. Unde Ieronimus dicit
super hoc verbo: Si cadens: qui adora-
turus est dyabolum ante corruit, quia iniqua
sua casu adoratur dyabolus. Et est notandum
quod [illegible] medium [illegible] temptacionis et temptacio
avaricie, tamen dicitur: Hec omnia dabo tibi, sed finis
temptacionis est ydolatria. Et bene congruit,
quia avaricia est ydolorum servitus, ad Ephesios
5. Sequitur: Tunc dicit ei Ihesus: Vade sathana.
Hic subditur victoria Christi [illegible], primo in re-
pulsione, secundo in repulsionis racione, ibi Scrip-
tum est enim. Dicit ergo sic: Tunc, scilicet quando [illegible]
diabolica iniuria divinam reputabat. Dicit
ei Ihesus: Vade sathana, id est recede a me,
quia saluti adversaris, vel [illegible] adver-
sarius. Sathanas interpretatur adversarius. Hic
nota quod dominus quasi cum indignacione, quod non in ce-
teris precedentibus fecerat, ut disceremus illius
exemplo iniurias nostras pacienter et communiter

sustinere, dei autem iniurias nec usque ad
auditum sufferre. Unde Crisostomus: quando dyabolus dei
sibi usurpavit honorem, exasperatus est
et repulit eum dicens: Vade sathana,
ut nos disceremus illius exemplo nostras
quidem iniurias communiter sustinere, dei autem
iniurias nec usque ad auditum sufferre, quia
in propriis esse iniuriis quempiam pacientem
laudabile est, iniurias autem dei dissimula-
re nimis impium est. Hic queritur utrum eadem
sententia increpatus fuit Petrus supra
16 capitulo: Vade retro me sathana. Respondeo:
Ieronimus: non, ut plerique putant, eadem sententia
sathanas et apostolus Petrus condempnatur.
Petro enim dicitur: Vade retro me sathana,
id est sequere me, quia contrarius es mee voluntati.
Hic vero audit: Vade sathana, et non
dicitur retro, ut subaudiatur in ignem eternum
qui paratus est tibi et angelis tuis, infra
25. Sequitur: Scriptum est enim: Dominum deum
tuum adorabis et illi soli servies. Scriptum
est Deuteronomii 6 et 10: Dominum deum tuum adora-
bis. [illegible] in translacione habetur timebis. Alia habet
adorabis. Dominum, in quo notatur persona que
appropriatur patri; Deum, in quo persona que
appropriatur filio; tuum, in quo bonitas que appropria-
tur spiritui sancto. Dominum deum tuum adorabis
interius fide, spe et caritate. Et illi
soli servies, scilicet [illegible]. Notandum
secundum glossam: Dominum deum tuum adorabis
hoc non dicitur ad dyabolum, ut quia ipse deus
esse [illegible] hoc impleturus [illegible]
[illegible] secundum humanitatem et ante hominem [illegible]
[illegible]. Item notandum est: servitus
latrie, grece dicitur dulia et latria. Sed du-
lia servitus communis est deo et homini [illegible]
[illegible] exhibita, ad [illegible]
dulos grece, id est servus; latrie, latria
servitus soli deo exhibita. Unde et ydo-
latre nuncupantur qui eam soli deo de-
betur ydolis impendunt. Unde glossa:
grece latores servitus latrie, sed servitus
communis deo et homini et creature grece du-
lia dicitur. Illa non que soli deo latrie.

in prelatum quin quia prelati deo debet ydoneis
dat. Hec triplex sunt cognicio in qua adhuc
exercetur milicia christiana quia que debemus
opponere scutum triangulare scilicet ieiunium contra
gulam oracionem contra superbiam elemosinam
contra avariciam. Sequitur Tunc reliquit
eum diabolus ecce post temptacionem humanitatis
triumphus divinitatis sicut christus in singulis
actibus verus deus et verus homo ostenditur
In primo gradu carnalis generacionis huma
nitas cum dicitur fili david fili abraha.
In medio generacionis ostenditur divinitas cum
dicitur quod enim in ea natum est de spiritu sancto
est. In adoracione magorum excellencia
divinitatis. In fuga in egiptum infirmitas
humanitatis. In baptismo humanitas. In apercione
celi deitas. In temptacione et esurie huma
nitas. In ministerio angelorum divinitas. Cum
dormit humilitas humanitatis. cum miracula
facit maiestas divinitatis. Tunc quia postquam
accepit mundi quia ductus in desertum
post maceracionem carnis quia cum ieiunasset
post superacionem hostis. Tunc reliquit eum
diabolus scilicet lucifer et hoc ad tempus usque
in diem passionis. Et per iudeos pugnaturus
contra ipsum dicitur timore mortis
magno instrumento ad cautelam quia licet
aliquam temptacionem superemus tamen semper diabolum paratum
ad pugnam invenimus. Crisostomus super Matheum Tunc
reliquit eum diabolus dicit sicut hoc ad maiorem
pertinet consolacionem quia nec tamen diu homines
dei diabolus temptat quam diu voluerit quia deus
dabit permittit et si permittit eum paulu
lum temptare repellit tamen eum propter infirmitatem
nostram. Et ecce angeli accesserunt et
serviebant ei non in adiutorium sed in ministerium
unde subditur et ministrabant ei. Beda dicit quia mi
lia milium ministrabant ei. Et ad Hebreos primo.
omnes sunt administratorii spiritus. Crisostomus Cum mi
nistrabant ei. Sciendum In quibus autem necessitatibus
que sciemus non ullo indiget. Et notandum quia
angeli reliquerunt diu ad quos ut di
vinitas eius diutius magis lateret et ut quasi
quendam locum temptandi haberet et ut victoria

ipsius domini excellencior appareret. Ex quo
solus ipsum devincit Et ideo devicto temptatore
et pro confusione recedente accesserunt angeli et
ministrabant ei serviebant sicut domino. Unde glosa accesse
runt non est et prius adiutores sed agone domini
peracto aspicientes ne videatur corporis presidio egu
isse ut vicisse sed ut ille victus abiit parati ad
obsequium venerunt Hic quatuor quare acces
serunt angeli administrando post temptacionem. Ad
quod Crisostomus ponit raciones. Prima est ad ostensionem
dignitatis christi Unde non dixit ewangelista des
cendentes angeli ministrabant ei ut ostendat quod
per administracionem eius angeli erant in terris
Secunda ad ostendendam dispensacionem angelice
custodie circa homines Unde subdit Hic enim
invisibiliter sunt cum christiano. Duo autem sunt angeli
permanentes apud homines bonus et malus.
subtrahit se aliquando bonus invisibilem se reddens
angelo malo ut det liberam temptandi et stans
expectat temptacionis eventum Item Crisostomus Dum
temptaciones fuerint non dimisit eos apparere
ne expelleret venatorem. Cum autem ipsum in omnibus
arguit et fecit fugere. Et apparent angeli ideo
post victoriam et de angeli susceperunt plaudentes
deo manibus laudaverunt sicut utique lazarum post tormentum
paupertatis et famis. Unde iusti angeli apportave
runt Hec ille Sequitur
Et cum audisset ihesus etc. Omissa quadam doctrine
vite christi Hic subditur quedam doctrina. Ubi
ponitur duplex doctrina. Primo doctrine secundo instruc
tione. Ibi ambulans autem ihesus. Doctrina prima
est in declinando malum. Doctrina instruccionis in ope
rando bonum. In prima tangit primo fugiendi or
dinem secundo predicacionis materiam ibi Exinde
cepit ihesus. Circa ordinem primo describitur tempus
sub cessante predicacione Iohannis secundo tangitur
descriptio loci commutacionis ibi Et relicta na
zareth. Tercio subiungit adiectivum in locum propheti
tice pronunciacionis ibi Et venit et habitavit
capharnaum. Et primo specificat locum. secundo confir
mat per prophete testimonium ibi Ut impleretur quod
dictum est per prophetam. Dicit ergo sic Cum audisset
ihesus a discipulis Iohannis vel a fama populi
que cito volat et loquitur ewangelista more

Tunc reliquit eum
Dubium
Prime
cum audisset ihesus

Ihesum / quia michil dominum latebat ad hec nimis / Sim
unda et apta sunt actus eius / Et Iohannes traditus
erat .i. in carcerem / quod fuit .2. die maii, post pas
cha anno 31 domini. Et scriptus est immutate pas
ca scripture / glosa dicit hic quod traditus erat hic est
captivus per ewangelium / Et quare hoc videtur quod propter predi
cacionem legis moysi quod obiciebat herodi sic
quod non licet habere uxorem fratris / Tradito quod glosa
dicit ad ethimologiam nominis est referendum propter
ewangelium .i. bonam nunciacionem vel propter bonum nun-
cium et sic per ewangelium .i. per illud quod erat ewangelium
quia infra 19 dicit cum dimississet dixit mecum
Secessit .i. glosa a Iudea post pascha se-
cessit insidiantibus sibi phariseis / quia maior Iohanne
fiebat [illegible] ementes et vendentes de templo eie-
cerit. Secessit .i. galilea. Sic Crisostomus Secessit
dominus non timens mortem, sed propter duas causas
primo ut persecucionibus suis optimo tempore resignaret / deinde
ut nos fugiendi peccatum exemplum daret / secessit
hostibus cedendo / discipulis providendo / proximum
instruendo / [illegible] ut se fugiat et aliorum pestem [illegible]
Unde Crisostomus erudit nos dominus non ultro ire
in temptaciones sed cedere / non enim est accusandus
non preicere se in periculum sed cadentem in periculum
non stare viriliter. Hic est notandum quod Matheus
obmittit omnia opera Christi / que fecerit [illegible] baptismum
et ante incarceracionem Iohannis / et similiter Marcus
et Lucas obmittunt / Sed beatus Iohannes illa
opera describit sicut quo dominus in nupciis aquam
in vinum convertit / quo vendentes et ementes
de templo eiecit / et quo Nicodemum in noc-
te ad se venientem in fide instruxit / et sic
de aliis que sequuntur. Io. primo .2.o 3.o et 4.o capitulis.
Et glosa assignat causam quare beatus Iohannes hec
scripsit / quia beatus Iohannes rogatus ewangelium aliorum
ewangelistarum de veritate vidit aliqua deesse / maxime
que dominus primo anno predicacionis sue gessit / que
scripserunt ewangeliste alii preterierunt / Unde
glosa Iohannes vero rogatus aliorum ewangeliorum de
veritate deponere vidit aliqua deesse maxime
que primo anno predicacionis sue gesserat. Iohannes
quibus scripsit ewangeliste qui alii preterierant
in [illegible] Iohannes colligens se gesta domini
[illegible] et dicit hoc fecit initium signorum

Ihesus / et iterum [illegible] Iohannes missus erat in
carcerem / hec glosa. Secessit in galileam [illegible]
[illegible] et venit in nazareth ut habetur Luce 4 Et
relicta civitate nazareth / Cum quia dominus
relinquit civitatem nazareth [illegible]
mittit Luce 4to quia ingressus est in synagogam
in die sabbati et legit illud ysaie Spiritus domini
super me [illegible] et dixit ibi aliqua ex
quibus iudei scandalizati fuerunt qui [illegible]
eiecerunt eum ad supercilium montis et voluerunt
eum precipitare. Ipse autem transiens per
medium illorum ibat [illegible] Venit
et habitavit in capharnaum ad predicandum
ibidem maritima quia supra litus maris
sita est [illegible] mare [illegible] vocatur stagnum
genezareth in finibus zabulon et neptalim
Isti duo fuerunt filii Iacob a quibus nominate
sunt regiones quas [illegible] in quarum
confinio erat capharnaum. Hic notandum est
secundum glosam quod nazareth unde Christus nazarenus
dicitur vicus est in galilea iuxta [illegible]
montem thabor / capharnaum oppidum
in galilea gentium iuxta stagnum genasareth
situm in finibus zabulon et neptalim / ubi
prima captivitas iudeorum ab assiriis / ubi
[illegible] legis oblivio ibi prima ewangelii predica-
cio / Item notandum quod in hiis duabus tribubus
zabulon et neptalim fuerunt [illegible]
de quibus fuit apostoli [illegible] propheta
zabulon [illegible] neptalim / Et notandum
nazareth interpretatur flos / capharnaum villa
pulcherrima / zabulon habitaculum fortitudinis /
neptalim dilatacio / Secundum allegoriam [illegible]
dominus relicta nazareth transit capharnaum
[illegible] de flore figurarum legis ad fructum
spiritualem / qui in ewangelio est, transire nos
docet / Hec vero spiritualia sunt in villa
pulcherrima .i. in ecclesia que maritima
est quia [illegible] fluctibus [illegible] cottidie
tunditur / et habet illecebris mundi [illegible]
tas [illegible] ewangelium capit / In finibus
autem zabulon et neptalim sita est / quia
in medio gentium ad dilatacionem dei verba
fortitudo consistit ut credentibus refugium
periclitantibus [illegible] portum [illegible]

Ut adimpleretur. Hic ponit testimonium prophete
quo ostendit quod dominus incepit publice predicare
in capharnaum, et in regione vicina, ostendit
beatus matheus prophetiam impletam, ysaie 9. ubi
dicitur. primo tempore allevijata est terra zabulon
et terra neptalim etc. Ad cuius evidenciam
considerandum quod illam prophetiam aliqui expo
nunt exposicione ad litteram. Decem tribus fuerunt ca
ptivate tempore facee filii romelie re
gis israel per teglatphalasar regem assi
riorum qui captivavit duas tribus et
mediam trans jordanem de zabulon et nepta
lim et de galilea multos captivavit
ut habetur 4 Regum 15. De hoc exponunt primam
partem prophecie. primo tempore allevijata est
terra zabulon etc. quia captivatis multis
hominibus allevijata est terra a precedentibus
peccatis. 2o fuerunt captivati filii israel qui
remanserunt tempore osee osee regis israel
per salmanasar regem assiriorum ut
habetur 4 Regum 17. Et de hoc exponunt secundam
partem prophecie Et novissimo aggravata est
tribus terra per dampni flagellacionem. Dicitur autem terra
neptalim via maris, quia ibi est via publi
ca ad pertranseundum ... a jordane ad mare
mediterraneum et ista terra est sita ultra
jordanem respectu ... et ideo dicitur trans jor
danem. Addit et galilee gentium, ad differenciam
alterius galilee que vocabatur galilea in
feriorum. Unde notandum quod habetur 3 Regum 9. quod
Salomon dedit yram regi tyri
in galilea 20 opida, et quia yram erat
gentilis, vel quia ibidem collocavit mul
tos gentiles. Ideo dicta est illa terra
galilea gentium, alio nomine dicta est chaba
bul. Per illam igitur galileam transiebat via
ista, de qua hic fit mencio, et in ista gali
lea capharnaum erat metropolis. Et
ista exposicio quam sic exposuit primo tempore al
levijata est terra zabulon et terra nepta
lim et novissime aggravata est, de cap
tivitate filiorum israel non videtur vera, quia
~~que videtur~~ quia videtur impertinens evangelista al
legare in verbis suis in modo loquendi

quia prima captivitate fuerit allevijacio
terre, secunda fuerit aggravacio et tristicia eius
dem. Item quia si loqueretur de captivi
tate que fuit totius terre non loqueretur solum
de galilea gentium, sed de samaria que
erat civitas regia et prius fuit obsessa
et capta per salmanasar regem assiriorum
ut patet 4 Regum 17. Item quia illud quod sequitur
ysaie 9. parvulus natus est nobis etc. exponitur
de christo tam a iudeis quam a christianis, igitur et
illud quod immediate premittitur. primo tempore allevija
ta est terra etc. de christo intelligitur. Et sic alle
gat hic matheus evangelista quia christus in terra
zabulon et neptalim primo predicavit publice
ut dictum est, quia civitas capharnaum ibi sita
est et alia loca ubi primo predicavit et sic illa
terra primo illuminata est doctrina christi et ideo per
ysaiam dicta est primo allevijata, sed postea aggra
vata fuit, quia noluit credere terre illius, propter quod ille
civitatibus dominus exprobravit infra 11. dicens
Ve tibi corozaym, ve tibi bethsaida, quia si in tyro
et sydone facte essent virtutes etc. Et infra
Et tu capharnaum numquid usque in celum ex
altaberis etc. propter quod per ysaiam dicitur Et novissimo
aggravata est. Et hoc est quod dicit matheus
accipiens verba auctem ysaie primitus partem
partem et aliquid de medio. Unde glossa circa partem
positum est principium eius, scilicet primo tempore alle
viata est terra, finem et quod in medio, scilicet no
vissimo aggravata est, quod ideo facit quia
intendit ostendere inicium predicacionis christi. Item
glossa super illo verbo galilee gentium dicit sic. ga
lilea gentium que est in tribu neptalim vi
cina tyriis dicitur ad differenciam galilee illius que
est in tribu zabulon que est iuxta tyberiadem.
In illa autem que dicitur gentium salomon
20 civitates dedit yram regi tyri in par
te tribus neptalim in utraque galilea morari
tus est dominus, sed per figuram corporis quod voca
tur de gentibus ea que gentium est hic memoratur.
Populus qui ambulabat in tenebris. Hic evangelista
describit curaciones huius regionis et dicit sic
populus qui ambulabat in tenebris, scilicet igno
rancie, vidit lucem magnam, id est christum, qui

dicit: Ego sum lux mundi et qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum Jo. 1o. Vel vidit lucem magnam. secundum glossam i. audivit Christi praedicationem et miracula. Item glossa et est dicere sicut Aug. populus iste qui prius ductus est in captivitatem et in tenebris videre prior erat, prius lucem praedicationis Christi vidit, deinde in omnes gentes evangelium dispersum est. Sequitur Sedentibus in regione umbrae mortis lux orta est eis. Umbra mortis dicitur peccatum mortale quod est quasi figura et umbra gehennae, quia caecitas mentis et remorsus conscientiae quae peccatum induxit, signat caecitatem et remorsum conscientiae gehennae. Vel secundum glossam mors est in inferno, umbra quasi corporis sic peccatum quod mixtum est sine morte. Qui quo vult fugere mortem evitet umbram. Lux orta est eis i. agnos vitae vel praedicatio Christi. Notandum est hic quidam ambulant in tenebris et quidam sedent in umbra mortis. De quibus Crisostomus ad iudeos restituit ambulans in tenebris qui fuerunt sub lege in qua iustitia dei non fuerat manifesta. Tenebrae erant maxime secundum legem quae non ad manifestandam dei iustitiam data fuerat sed ad puniendum duritiam cordis eorum et omnis dicitur populus sedens in regione umbrae mortis. Sederunt gentiles, aut quia iniquitates mortificans aut quia colebant ydola et daemones quorum cultura ducebat eos ad mortem aeternam. Vel aliter ambulans dicitur in tenebris qui est in poena ignorantiae sed non fixus in peccato. Sedens in tenebris qui in peccato est continuus. Et peccatum dicitur umbra mortis quia sicut umbra ducit ad corpus sic peccatum ad mortem aeternam. Vel sicut sine corpore non est umbra sic nec peccatum sine morte aeterna saltem quantum ad meritum. Item umbra reddit putridum ita peccatum, unde ps. putruerunt et corruptae sunt cicatrices meae. Sequitur Exinde coepit Jesus praedicare et dicere. Exinde i. postquam Johes [illegible]. Quia secundum Cris. cum Johe vivo et [illegible] captivatus fuerat post praedicasset sine dubio vilem Johem fecisset

glossa assignat causam iustitiae. Exinde i. [illegible] Johe quia lege deficiente sequitur evangelium ut aurora solem. Item similis magister qui doctrinam discipuli non impedit sed expectat donec cursum consummaverit. In quo docet ne quis ab inferiori persona sermonem contempnat. Unde apostolus: si [illegible] ad Cor. 14. Si cui revelatum fuerit sedenti prior taceat. Penitentiam agite appropinquabit regnum caelorum. Penitentiam agite, non tantum dicite sicut hypocritae qui dicunt et non faciunt. Non obmittite sicut negligentes. Non differte sicut recidivantes, sed agite penitentiam quasi medicinam ad sanandum morbum, quasi armaturam ad vincendum bellum, quasi clavem ad reserandum caelum. Et recte conformat praedicatio magistri et discipuli secundum glossam. Vel talis similis magister doctrinam discipuli non despexit. Quarto ut eadem praedicat quae Johes, secundum Cris. ut saltem doctrina confirmet ut eum testem verum fuisse demonstret. Secundum Jo. dicitur eadem praedicat quae Johes ne ostendat se emulum dei filii cuius ille propheta fuit. Item glossa dicitur eadem quae prius praedicavit ut ostendat non alium quam qui in voce clamavit. Regnum. Appropinquabit regnum caelorum secundum glossam i. Christus qui dat vel [illegible] cum promissa [illegible] patria est vel vita beata in qua consistit regnum caelorum. Sed quare non dicit appropinquat? Quod ut significaret quod non debent penitentiam agere propter praemium [illegible] sed [illegible].

Ambulans autem Jesus iuxta mare Galilaeae. Post doctrinam [illegible] subditur doctrina profectorum seu iustitiae. Ubi ponitur discipulorum vocatio qui sunt capaces doctrinae perfectionis. 2o personalis Christi praedicatio in synagogis ibi Et circuibat Jesus totam Galilaeam. Vocatio apostolorum duplex tangitur. Primo Petri et Andreae. 2o Jacobi et Johannis ibi Et procedens inde vidit. Prima

vocatus fuit perfectus in relinquendo sua / 2° per-
fectior in relinquendo sua et suos / In 3a vocatione
ponitur primo vocatio duorum / 2° obediencia
vocatorum ibi et illi continuo / de vocante
secundo dicitur tamen secundum quod ambulavit / quia vidit /
et vocavit / In primo unde laborem / in secundo
amorem / In 3° dignitatem / dicit ergo Am-
bulans autem Jhesus. Ecce iste nobilis ho-
mo ambulavit sine corporis vestibus ad consum-
Math. 12 / Abiit Jhesus per sata discipuli autem
eius esurientes ceperunt vellere spicas
ambulavit sine equis usque ad lassitudinem
Jo. iiij. Jhesus fatigatus ex itinere / Ambu-
lans autem Jhesus. i. salvator quia omnia opera
sua operatus est propter nostram salutem / am-
bulabat ut discipulos suos doceret ambu-
lare. iuxta mare galilee / dicit mare hic
dulces aquas habet / et iuxta consuetudinem
hebreorum qui congregationem omnium aquarum
vocant maria, unde Gen. primo Congrega-
tiones aquarum vocavit maria / et sic mul-
ta nomina habet hoc mare / vocatur enim tab-
in scriptura / mare galilee / stagnum ge-
nesareth / mare tyberiadis / et lacus
salinarum / habet latitudinem ut dicit Beda 140
stadiis in longitudine et 40 in latitudine
extenditur / per istum lacum transit Jordanis
Sequitur / Vidit duos fratres non tam
corporaliter quam spiritualiter / Crisostomus ad
corda quam ad facies respiciens / Symonem
qui vocatur petrus et sic cognominatus ||
/ quando vero hoc nomen petrus fuit ei impo-
situm dubium est / an infra 16 / quando confessus
est dei filium et dictum est ei Tu es pe-
trus / vel in electione xij apostolorum ubi dicitur
et imposuit Symoni nomen petrus Marci
3° / et luce 6 / quidam cognominavit petrum
/ vel Jo. primo quando Andreas adduxit petrum
ad Jhesum, et dominus dixit ei Tu es Tu
vocaberis cephas quod interpretatur petrus / et
potest dici quod totiens fuit sibi hoc nomen
promissum / et ideo dicit Tu vocaberis in futuro
cephas quod interpretatur petrus / Marci 3° / et luce

6 fuit ei hoc nomen impositum / Math. 16 fuit
confirmatum / prius vocabatur Symon. postea dominus
imposuit sibi nomen petrus In signum autem /
unde cum dominus dixisset Math. 16. Tu es
petrus addidit Et tibi dabo claves regni
celorum / Sic in omnium virtutis Jacob appel-
latus fuit Israel / Gen. 32. Nequaquam ultra voca-
beris Jacob sed Israel erit nomen tuum. Et addit
enim si contra deum fortis fuisti quanto magis
contra homines prevalebis / Nota quod hoc nomen ||
petrus est nomen grecum et latinum et non
hebreum unde Jo. hebrea lingua per literas eius
non ponas / hebrei hoc nomen non cognoverunt
sed cephas est nomen hebreum / Sequitur Et
andream fratrem eius / hic innuitur forma di-
lectionis / sive quod nullus modo sine predicatoris
admittitur secundum gloriam / Primus Symon inter
obediens / petrus agnoscens / Andreas vi-
rilis / quia quanto plus agnoscis / tanto plus
debes esse obediens / Obedientiam ei sequitur
intelligentia / ubi in ps. Amadalis tunc intelligi
/ sed virilitas operis virtutis sequitur / Item quando
fuit primo Symon qui vocatur petrus / vocatus fuit /
deinde andreas / quia primo oportet esse obedientem
2° sapientem / et 3° virilitatem / quia sine obedien-
tia nullus ad paradisum intrat / sine sapientia nullus conti-
nuat / sine virilitate nullus confirmat / Sequitur
mittentes rethe in mare / ad piscandum ad quod
victum erant enim piscatores / hoc officium com-
petebat eis / quia futuri erant piscatores spiritua-
les / Unde Crisostomus piscatores eliguntur / quia erant
futuri dignitatis gratiam / sui artificij opere
prophetantes / Nota quod dominus elegit simplices
et pauperes / ut confunderet mundana sapientia /
et superba potentia / unde beatus Augustinus in sermone
de kal. Januarij / non enim elegit reges /
aut senatores / aut philosophos / aut oratores /
immo elegit plebeios pauperes indoctos
piscatores / Item Augustinus super epistola ad Ro.
Si enim doctus eligeretur / fortasse ideo se
diceret electum / quia doctrina eius eligi meruit
Dominus autem noster Jhesus Christus volens superborum
frangere cervices / non quesivit oratorem sed

de pastore factus est imperatorem / Sequitur At illis venite post me / Ecce vocacio venite post me / non tam pedibus quam imitacione et affectu faciam vos fieri piscatores hominum Et loquitur prophetice dicens / faciam q. d. non erit ex vobis / glossa Inutiliter frustra doctor laborat / nisi deus faciat ut piscetur / Item dicit fieri et non esse / timens quod hoc laborare ut sciat predicare / Item dicit piscatores hominum / non honorum / non diviciarum sed animarum Unde ieremia 16 de istis piscatoribus loquitur dicens / mittam in vos piscatores meos et piscabunt vos / Set nunc non est contempnendum ubi tantus dominus qui ait venite / non est timendum ubi talis dux / qui ait post me / non est pigritandum ubi tantus fructus / quia faciam vos fieri piscatores hominum / Item Ieronimus piscatores illiterati mittuntur ad predicandum / ne fides credencium non in virtute dei / sed in eloquencia sive doctrina hominum putaretur / Secundum glossam nomen non quod hic mutatur intencio / non piscacio / quia piscatores manserunt / sed alia intencione piscari debuerunt / qui prius pro lucro temporali / tunc vero pro lucro spirituali / Unde glossa / mutatur intencio non piscacio / mutatur rethia / in doctrinas scripturarum / in amore animarum / fit mare seculum / naves ecclesia / pisces boni et mali homines / glossa movet hic dubium / quia marcus et hic dicit de petro et andrea / de piscacione vocatos in galilea / Johannes vero ewangelista dicit ipsos vocatos iuxta jordanem ad testimonium Johannis baptiste / qui dixit Ecce agnus dei Jo. primo / Ubi dicitur andrea secutus cum alio discipulo dominum / cuius nomen tacetur / et creditur quod fuit Johannes ewangelista / deinde petrus et 3o philippum. Item lucas quinto dicit quod petrus et andreas Jacobus et Johannes sedentes in magna captura piscium fuerunt vocati / Hec non dicit quod bini et bini sunt vocati / Ad cuius evidenciam est sciendum quod isti apostoli leguntur ter vocati a xpo / primo vocati fuerunt immediate post baptismum xpi ut habetur Jo primo ubi duo discipuli Johannis audierunt Johannem dicentem de xpo Ecce agnus dei et secuti sunt ihesum et ibi dicitur quod andreas frater simonis

petri erat unus ex duobus qui secuti fuerant dominum ibi subditur quod vocavit fratrem suum Simonem ad ihesum / Secundo vocati fuerunt in captura piscium quam describit lucas 5o capitulo dicens / quod xpus propter turbas irruentes ascendit in navem petri ad predicandum / et finita predicacione iussit laxare rethia in capturam piscium / et visa multitudine piscium captorum / sciens quod non potuerat se virtute humana / procidit ad genua ihesu / et dominus dixit sibi Ex hoc eris homines capiens / sed ille due vocaciones ipsi non erant ad apostolatum sed ad quandam familiaritatem / Tercia autem vocacio erat ista quam describit matheus quando relictis omnibus secuti sunt dominum et numquam ad propria negocia non reversuri sed intendentes doctrine xpi / Et hoc est quod dicit hic matheus / venite post me faciam vos fieri piscatores hominum / Sequitur At illi relictis rethibus / Ubi magis pensatur affectus quam census / Continuo i. immediate secuti sunt eum non tam pedum incessu sed magis obediencia et affectu / amplius ad propria non reversuri / Aliquis diceret parum dimiserunt / et ergo non multum sunt apostoli commendandi / quia rethia modici valoris reliquerunt Sed quod non modicum dimiserunt quia omnia que habere potuerunt reliquerunt / Non est quantum dimittitur pensandum est / sed ex quanto / quia ergo affectum omnia dimittendi habuerunt ideo multum dimiserunt / licet parum habuerunt / Sequitur Et procedens inde vidit etc. 2a vocacio et pertinet ad secundam partem principalem dicti capituli Et procedens inde a loco scilicet illo ad aliud vidit duos fratres alios a prioribus / binos enim vocavit / et duos misit luce 10 / primo propter duos preceptos ostendendos [illegible] et [illegible] / 2o propter salutem duplicem operandam s. corporis et anime / 3o propter duplicem mandatum caritatis s. dei et proximi / 4o propter societatem xpo dic et emolimentum societatis / [illegible]

vel unus est ex duobus qui unum / ratio huius questio-
nis Aug. dyalog. 19. In area duorum nil unum
stat omne verbum. Significans unum et unum vocantur /
quia caritas non nisi inter duos est. Secundo
aliquis potest diligere se ipsum. Solus est
inter duos tamen / non re / quia licet idem sit
tamen magis diligit et diligitur diversus sit. Secundo
Jacobum zebedei et filium quem [illegible] vocat
di et Johannem fratrem eius / Jacobus interpre-
tatur luctator / Johannes dei gratia. Vel in quo gratia / Vo-
luntas lucte et gratie / Illa per lucta sit
supplantatur vicia / per gratiam plantantur vir-
tutes. Sequitur In navi cum zebedeo patre
eorum reficientes retia sua, id est reparantes et
componentes retia vetera / quia maxime paupertatis
indicium erat quia nova unde emerent
non habebant / Et vocavit eos. At illi sta-
tim relictis retibus et patre / In quo addiscimus
/ In quibus tamen sequentur que relinquere
debent discipuli Christi / Actus mundiales
qui per retia piscationis / Res temporales
que per navem / parentes carnales / qui per
patrem / et presertim quando habent impedimentum dilectionis
dei et proximi / Crisostomus dicit / Christi religiosos
tria docuerunt nos / quia nemo potest terrena
possidere / et ad celestia pervenire / hoc est
sane intelligendum / per amorem proprium divitiarum
vel hominum / nam possessio et opus temporalium
non reprobatur sed abusus / nam temporalia
sicut sunt bonis bona / sic sunt malis ma-
la quia sunt eis in mortem / his vero in
vita eterna. Sequitur Secuti sunt eum. Crisostomus
Zacharias qui precepit esse [illegible] gratiam
apud deum [illegible] / Ista [illegible]
[illegible] gloriam sequi dominum /
Eccl. 23. Gloria magna est sequi dominum
Sed queritur quod isti fratres relicto patre
et scilicet alii duo relictis omnibus ita [illegible]
[illegible] dominum. Respondeo quia in domino erat [illegible]
divinitatis / et ideo sicut poterat exterius
vocare per vocem ita poterat interius
attrahere per voluntatem suam per inspirationem

Vult quod simplices homines primo vocavit ad
predicationem ewangelii / Respondeo quia sicut a principio ali-
quos simplices vocavit et ut patet in istis apostolis
predictis / Ita scilicet aliquos litteratos vocavit
a principio / ut nathanaelem, et nicodemum ut
habetur Jo. primo et tercio / Causa si solos simplices
vocasset credi potuisset quod fuisset ex sim-
plicitate decepti. Respondeo simplices magis
convenit apostolos et predicatores ewangelii quam
litteratos / ut fides ewangelii magis attribueretur
sapientie divine quam humane. Mistice per mare de
signatur iste mundus / propter amaritudinem et fluc-
tuacionem. Galilea enim que interpretatur volubilis
sive rota significat mundi volubilitatem et instabilitatem
Ambulavit ergo ihesus dominus ad nos per incarnationem
venit secus mare quia non carnem peccati sed
similitudinem carnis peccati ex virgine suscepit
per duos fratres duo populi designantur qui ab eo
deo patre creati sunt quos vidit qui eos in
misericordie respexit / per petrum enim qui interpretatur
agnoscens / et dicitur symon id est obediens / designatur
iudaicus populus qui per legem deum agnovit
et preceptis eius aliqualiter obedivit / per andream
qui interpretatur virilis sive decorus intelligitur gentilis
populus qui post agnitionem dei viriliter in fide
permansit. Hos populos vocavit quando predicatores
in mundum misit dicens Venite post me id est re-
linquite deceptorem et sequimini creatorem. Deinde
iterum et populos facit esse homines piscatores id est predi-
catores. Relictis autem navibus id est carnalibus
desideriis / et retibus id est scilicet cupiditatibus
secuti sunt ipsum / per Jacobum et intelligitur iudai-
cus populus qui per cognitionem dei diaboli supplan-
tavit / per Johannem gentilis populus qui sola
gratia salvatus est. Zebedeus autem qui interpretatur
interpretatur fugitivus sive labens, significat
mundum qui transit et diabolum qui de celo lapsus
est / Tum quatuor vocaciones ponuntur / per quos predi-
catores dei in quatuor mundi partibus
predicationi designabantur.
Et circuibat ihesus totam galileam. Respicit apostolorum
vocacionem. Hic ewangelium subdit Christi predicacionem
predicationem et introducitur primo ut doctor / Secundo

tota galilea de / cens i synagogis

2° ut predicator quia predicans 3° ut medicus
quia sanans. Doctor presertim predicator pre-
miorum medicus languorum. Dicit ergo Et circuibat
Ihesus. In quo ostenditur sollicitudo. Sed veniebat
Christus pro salvatore doctores instruit, quam
solliciti et studiosi et benigni esse debent
qui voluerint alios instruere. Et quia circuibat
dominus excludit doctor pigriciam. Quia dicit
totam excludit personarum accepcionem. Quia dicit
galileam excludit delicatam peruacionem.
Erat enim galilea villa et pauper provincia. Quia dicit
docens in synagogis, ubi plures doctores conve-
niebant, excludit doctrine suspicionem. Et predicans
ewangelium regni i. evangelium quod docet venire ad regnum
non errores non fabulas. De quibus post. Narra-
verunt mihi iniqui fabulaciones sed non ut lex
tua. Sic instruuntur predicatores ut salutaria
predicent non levia non frivola et inutilia.
Vel sic predicans ewangelium regni i. apercionem regni
celestis quia non fiebat doctrina mosaica.
Nota differentia est inter docere et predicare. Doctor
est de presentibus mandatis. Predicator de futuris
promissis. Unde Remigius distinguit inter docens
et predicans. Docebat enim de presentibus mandatis
predicabat de futuris promissis. Glosa dicit hic
docens. scilicet naturales iusticias castitatem et
humilitatem et similia. Predicans ewangelium regni
ad quod pertinet beatitudo promissa. peccatorum re-
missio adoptio resurrectio celestis hereditas
angelorum societas. Et est glosa dicit quod dominus
docebat naturales iusticias puta castitatem
humilitatem etc. Et hijs que lex per scripturam intel-
ligit non est nova doctrina sed naturales iusti-
cias per scripturam intelligit glosa etc. Et solucio
naturalis iusticia non docetur per manifestacionem
sed per cordis excitacionem. Sermo dei vivus est
et efficax non solum est nova doctrina simplici-
bus sed et perfectis. Et hijs autem per manifesta-
cionem. Et hijs vero per mentis ad deum elevacionem.
Non erubescant ergo sapientes audire verbum
dei. sermo sic stans quo ad intellectum inflammat
enim quantum ad affectum. Quia eloquium domini ignitum
est vehementer. Et sanans omnem languorem

vicium quantum ad passiones corporales. Et omnem
infirmitatem quantum ad passiones que ut
ostenditur necessario in exterior. Vel languorem
quantum ad morbos inveteratos secundum glosam.
Infirmitatem quantum ad morbos alios ad
huc non radicatos. i. populo i. in turba
pauperum. Predicabat ergo dominus diligenter quia
circuibat. generaliter quia totam galileam. Evidenter
quia in synagogis. Utiliter quia ewangelium regni.
mirabiliter quia sanans. Seneca dicit hic. Signa
signa fecit quia legem novam introducere
voluit. Nam ubicumque legis cuiusdam intro-
ductio fit, signa facere deus assuevit.
Sic quando filijs israel legem dare voluit,
signa premisit. Glosa dicit hic curare in-
firmitatem et languorem non erat magnum
quia postea erant morituri. Sed ideo
factum est ut erigerentur ad regnum. Contra
magnum est quod miraculose fit. Solucio
non erat magnum respectu curatis. Sed
magnum tamen respectu curati. Vel non erat
magnum absolute quia si curabantur tamen
morituri erant. Et fortassis per opere sed tamen
magnum erat respectu egrotantis. Vel
non erat magnum respectu eius quod predicabat
regnum dei. hic resuscitati et curati
morituri erant in regno glorie non. Et
abiit opinio. Post ea commendatur opus Christi
quantum ad vitam. 2° ad quo ad doctrinam.
Hic 3° subditur eius commendacio quantum ad fa-
mam ut sic doceat nos exemplis verbis et
miraculis. Commendatur autem eius fama
duo. primo per multitudine miraculorum. 2° per
frequenciam populorum ibi. Et secuti sunt eum.
Dicit ergo sic Et abiit opinio eius i. fama
per totam syriam quia non solum in iudea
sed et in provincijs vicinis abiit eius opinio
per orbem miracula. Unde et rex abgarus
qui regnabat ultra eufratem fluvium
magnum scripsit salvatori epistolam ut
habetur in ecclesiastica historia. Et abiit
opinio eius per totam syriam secundum glosam.
predicatores debent habere bonum testimonium de hijs
qui foris sunt ne sic vita despiciatur predicacio.

Sanans omnem
languorem

gerimperat. Item glo(sa) fama propter eos qui forte sunt querendi est, non cum amanda. Syria. Et hic Syria est omnis regio ab Eufrate usque ad mare magnum a capadocia usque ad egiptum in qua est provincia palestina in qua iudei habitant et illa est Syria generalis. Alia est Syria specialis in qua damascus est caput sive metropolis ut hec ysa. 7. primo capitur hic Syria. Et obtulerunt ei omnes male habentes varijs i. diversis secundum glosam langworibus et tormentis i. diversis morbis et acutis infirmitatibus comprehensos et qui demonia habebant i. qui vexabantur a demonijs et lunaticos quorum dolor in crescente luna crescebat et paraliticos i. habentes corpora et membra dissoluta. Et curavit eos s. propter ipsos ad fidem alliciendos. Hic notandum quod circa quatuor differencias infirmitatum a domino sanatas declinat. Infirmitas enim aut affligit spiritum sic est paralisis aut non affligit spiritum et tunc vel ledit ab extrinseco et sic vel a spiritu sic demoniaci vel a corpore sic lunatici quorum dolor renovatur ex impressione corporum celestium et in novilunio. Aut ledit ab intrinseco et hoc dupliciter aut ex qualitate materie sic est langwor aut ex qualitate sic est tormentum. Secundum respicit durationem tertium intensionem. Per has signantur quidam genera peccatorum. Per langwidos in peccatis consueti, per oppressos tormentis magnis peccatis gravati quos torquet vermis consciencie. Per lunaticos inconstantes et fatui. Per demoniacos ex certa malicia peccantes vel prelati vel per paraliticos dissoluti et lubrici. Galilea hic Syria interpretatur elata. Galilea volubilis ut rota et per istam signatur mundus qui et superbus et ad modum rotatur. Et quia fama Christi innotuit per predicationem apostolorum per quos sanati sunt demoniaci i. ydolatre, lunatici i. instabiles, paralitici i. remissi et torpentes, paralisis vel latenter dissoluti. Hic notandum secundum glosam et est Syria ... et Raba lunaticos dicit

illos quorum morbus in crescente luna crescit non quod hec infirmia sit a luna sed dyabolus qui insidiis facit per lunaria sinat ut infamet creaturam creatori blasphemiam. Et secute sunt eum turbe multe. Et specificantur quatuor de galilea. et decapoli. Decapolis est regio decem urbium sita in terra decem tribuum trans jordanem ad orientem. Et de ierosolimis quantum ad civitatem et de iudea quantum ad regionem sive quantum ad alios de tribu iuda. Et de trans jordanem i. de duabus tribubus et dimidia. Hic notandum secundum glosam quatuor de causis homines de turbis sequebantur dominum. Alii propter celeste magisterium ut discipuli. Alii ob curationes infirmitatum. Alii sola fama et curiositate experiri volentes si verum esset quod dicebatur. Alii per invidiam volentes eum accusare et malignare. Et additur ab aliquibus quinta tamen s. propter refectionem. De hoc sunt duo versus: Morbus, sitibus, blasphemia, dogma fuere / causa cur dominum turba secuta fuit. Mistice aliquam ponentem dominum de galilea i. de volubilitate et decapoli que est regio decem urbium et signat decalogi transgressores. Et de ierosolima qui sunt prius in vera pace decubabant. Et de iudea i. confessione dyabolica. Et de trans jordanem qui prius erant in paganismo constituti sed transierunt per aquam baptismi venerunt ad Christum. Vel per ista quinque loca signantur quinque status hominum qui sequuntur Christum. Per galileam i. transmigrationem status penitentium. Per decapolim i. decalogi operatione status activorum. Per ierosolima i. pacis visionem status contemplativorum. Per iudea i. confessionem status prelatorum qui pertinet ad statum bonorum prelatorum confitentium nomen Christi et aliis predicare. Per trans jordanem status innocentium propter restitutionem sanitatis per baptismum quam susceperant in jordane. Hic queritur cum johannes baptista non fecit miracula ulla. Dicendum secundum Crisostomum signum aliquod non fecit johannes ut ex hoc multitudinem populi traheret ipsius quia et ad ipsum signorum admiratione confluxerunt. Capitulum V.

Videns aut(em) ihc turbas etc. Post
commendacione(m) legislatoris hic subditur legis-
lacio nove legis. Ubi ponit(ur) p(rim)o legislacio
g(e)n(er)alis. 2o legis late p(ro)mulgacio sp(eci)alis inf(ra)
capitulo x. P(ri)ma ponit(ur) legis edicio p(er) verba. 2o
legis edite approbacio p(er) miracula capitulo viii
in fine ibi Et f(a)ctum est cum consumasset ihc. P(ri)ma
p(ar)s dividit(ur) in exordium narracionem et conclusionem.
Narracio incipit ibi Beati pauperes sp(irit)u.
Conclusio incipit inf(ra) ca(pitulo) 7o ibi Omnis qui
audit verba hec. In exordio continet(ur) intencio.
In narracione ostendit(ur) legis edicio. In conclusione
legis edite confirmacio. Erat aut(em) ad no-
vam legem p(er)tinencia(?) q(uod) ostendit distinct(ionem) nove
legis et veteris. P(ri)mo q(uantu)m ad lacionem q(uia) lacione
veteris legis descendit d(omin)us in montem Exo-
di xix. Hic ascendit. Descensus ad infima
signat comminacionem terrorum. Ascensus signat pro-
missiones celestium statum in nova lege. 2o
q(uia) illa data est terribiliter Exo. xix. Ceperunt
audiri tonitrua etc. Ista amicabiliter ibi
Et cum sedisset accesserunt ad eum discipuli.
3o q(uia) illa obscure et sub figuris que signabat(ur)
in fumigacione et caligine montis. Ista
plane et evidenter. Unde Et aperiens os
suum. Triplex ergo distinct(i)o nove et veteris legis
notatur. Una q(uan)tum ad affectum scilicet timor et amor.
Alia q(uan)tum ad intellectum scilicet occultacio et ma-
nifestacio. Tertia q(uan)tum ad effectum scilicet promissio
terrestris(?) celeste et terrenum. Vel sic. In ascensione
montis notatur nove legis sublimitas. In
sessione doctoris auctoritas. In apercione oris
eiusdem legis p(ro)funditas. Dicit ergo sic Vi-
dens ihc turbas. Glo. Iudei(?) videbat(ur) volens
multitudinem vel solis discipulis loquitur. Ascen-
dit in montem scilicet Thabor qui est in Galilea
s(ecundu)m ... Io. Ascendit in montem ad predicand(um)
ut impleret p(ro)phetiam Ysa. xl. Sup(er) montem
excelsum ascende tu qui evangelisas Syon.
2o ascendit in montem in signum q(uod) in alti-
tudine status consistere d(e)b(et) qui iusticiam
dei docet. Unde ergo(?) q(uod) in terra est anima-
libus(?) ut quid de celo loquitur. Et cum sedisset

tam magister tam iudex placans(?). Unde glo.
Iudici(?). Cum sedisset dignitas magisterii notat(ur).
Accesserunt ad eum discipuli eius p(ro)ximi(?)
merito virtutis(?) accesserunt ad eum tam magis
devoti tam familiarius dilecti tamquam
specialiter vocati. Mistice sessio d(omi)ni incar-
nacio eius est q(ui)a nisi d(omin)us natus esset humanum
genus ad eum accedere non potuisset. Et
aperiens os suum tamq(uam) magna et profun-
da dicturus. Sic(?) ... legit(ur)
d(omin)us aperuisse os inspicientibus(?) e(st) q(uia)
magna sunt que sequuntur. Ad idem glo.
Apercio oris profunditatem signat sapiencie q(uia)
abyssum et thezaurus et flumina paradisi
aperuit. Docebat eos s(ecundu)m Cris(ostomum) ut
procul dubio discipulos qui non cum loquitur
solum sed etiam tacens docet. Unde glo. Et
aperiens os suum docebat eos non tantum
verbo sed intus in corde scribendo ut deus
mirum ut bene hoc qui aperuit ora p(ro)phetarum.
Notandum est hic et ipse passus incipiendo
ab isto quinto capitulo usque ad finem septimi
capituli vocatur sermo domini in monte. Et Au-
gustinus in libellis de sermone domini in monte
dicit sic. Si quis pie et sobrie consideraverit
inveniet in hoc sermone q(uan)tum ad mores
optimos p(er)tinet summum vivendi modum
vite christiane. Unde sic ipse sermo concluditur
dicens qui audit verba mea hec et facit
ea similabo eum viro sapienti. Dubitat(ur)
hic circa litteram. Utrum iste sermo sit idem
cum illo quem Lucas describit vi. capitulo.
Et dicunt aliqui q(uod) sic q(uia) hic et ibi sermo
eodem modo incipitur cum dicitur Beati pauperes
sp(irit)u etc. Et eodem modo t(er)minatur cum dicitur
Omnis qui audit sermones meos usque
finem septimi capituli. Item illa que ponuntur
hic ibi ponuntur. Aliis aut(em) videtur oppositum
q(uia) hic dicitur q(uod) sermo sit factus in monte. Luce
vi. q(uod) sit factus in loco campestri. Ibi Luce
dicitur q(uod) dominus fecit sermonem stando, hic seden-
do. Item q(uia) multa hic ponuntur que ibi
obmittuntur ut patet intuenti. Glo. concordat hic
cum opinione q(uod) sunt diversi sermones.

Videns ihc

a pro facie / diversis temporibus nec est inconveniens
quod diversi sermones eodem modo incipiunt et
eodem modo finiuntur et tandem materiis valde
pro magna parte discrepant / In sermone in monte
dominus proposuit octo beatitudines et multa que
ad perfectionem pertinent quia istum sermonem fecit
ad discipulos / In alio sermone Luce vi ponit
quatuor beatitudines quia illum fecit ad plu
res et ad minus perfectos sicut dicit glossa super Luce
turba que sequebatur non ascendit / unde
alius sermo fit eis in loco campestri /
non enim omnis omnia potest quia visus ... paratur
omnes idem verum simul possit videri
sicut sequitur Beati pauperes spiritu / In ista
parte subditur textus sive narratio ubi de
scribitur modus vivendi secundum duas regulas
primam docet primo virtus purgativa ut scilicet beati
tudo que est in anima perfecte / 2o virtus purgatoria
que est in ista generalis perfecte ibi vos
estis sal terre / sic est notandum quod a salva
tore hic ponuntur octo beatitudines / quarum
septem sunt perfectionis / octava perfectionem declarat
et perfectum probat ibi Beati qui persecutionem pa
tiuntur / vel septem perfectionem in statu perficientis /
octava in statu adepti / Sed contra multe
alie beatitudines que istis octo ponuntur in
scriptura / sicut Beatus qui intelligit super
egenum et pauperem / Beatus vir qui timet
dominum / et Beati qui audiunt verbum dei / er
go iste octo non sufficiunt / Respondetur
quod duplex est beatitudo / [superscript: perfecta et vera] uno modo in re
alio modo in spe / In re consistit in eterna
dei visione, Jo. xvii hec est vita eterna
ut cognoscant te etc. / Alia est in spe et
illa dicitur duplex / uno modo quia / et illa
consistit in operatione virtuosa secundum quam
vitam humanam virtuosam / et de illa bea
titudine scribitur Beatus vir qui timet
dominum / et Beatus qui intelligit super
egenum et pauperem / et vocatur talis
operatio virtuosa beatitudo / Alio modo quia
facit dignum eterna beatitudine / Alio modo

dicitur beatitudo in spe quia / et illa consistit in opere
virtutum secundum excellentiam / et primo modo quia
vivendi humanum / et illa habetur in via in virtutibus
excellentibus in virtute que propter excellentiam
virtus videtur excedere humana excellentia et ad vi
tam eternam quodammodo comprehendere / Et de ista
beatitudine loquitur Salvator hic in evangelio / Et
non est / quia quidam fuerunt ita virtuosi politice
quod propter excellentiam virtutum dii dicebantur / sicut
ponit philosophus exemplum in viio ethicorum de Hectore
qui propter excellentiam virtutis dicebatur quod esset
filius dei non hominis mortalis / Et quia hec vita
est perfectissima / ideo dominus describit docet virtutes
secundum excellentissimum gradum ut videbitur / sufficientia
beatitudinum sic capitur / quia per beatitudines homo perfecte
ordinatur ad inferiora / ad parem / et superiorem /
per tres primas ordinatur ad inferiora / per duas
sequentes ad parem / per duas ultimas quod ad
superiorem / ordo ad inferiora est duplex vel
ad bona vel ad mala / et ad bona inferiora tempora
lia perfectissime ordinat prima scilicet paupertas / ad
mala duo sequentes / sed duplex est malum
scilicet pene et culpe ad malum pene tollerando
ordinat perfectissime mititas / ad malum culpe
delendo ordinat perfectissime luctus / Secundo
ordinatio ad parem est duplex [superscript: actio] ordinatio
ad proximum secundum quod dicit Ber. / Scilicet innocentiam
et secundum illam prohibicionem iuris naturalis quod non fa
cias alteri etc. / ad hanc ordinat quarta beatitudo
esuries et sitis iusticie / Est ordo ad proximum
secundum beneficentiam secundum illud preceptum iuris naturalis
omnia quecumque vultis ut faciant vobis homines
et ad hoc ordinat misericordia / Sunt enim perfecte
vi et vii ordinant ad superiorem scilicet ad deum
duplex autem est ordo ad deum secundum [superscript: primum] deum ap
prehensiva in summa veritatem / et ad hoc or
dinat perfectissime mundicia cordis / et secundum
ad deum motiva in summa bonitatem / et ad
hanc ordinat vii beatitudo scilicet pax que in pa
ce factus est locus eius / Octava beatitudo in tra
est perfectionis ostensio et probatio / quia per hoc quod
patitur vel moritur propter iusticiam est perfectionis

corpore et probo quia per hoc comparatur ipsum habere. huius bea-
titudines / dicit ergo beati pauperes spiritu felix doctrina
que incipit a beatitudine / vide ergo doctrine
nomitatem in beatitudine promittatur / id est spiritu
humilitatem / In possessione regni utilitatem /
Et beati dicit pauperes non simpliciter sed spiritu / quia non
omnes paupertas beatificat / est enim paupertas
triplex scilicet voluntaria / necessaria / et simulatoria / prima
laudabilis / secunda tollerabilis / tercia detestabilis
prima pauperum xpi / secunda pauperum mundi / tercia pauperum
dyaboli / prima cum merito / secunda sine merito / tercia cum de-
merito / Et in istis qui fingunt et simulant
se pauperes / de prima paupertate dicit hic beati
pauperes spiritu quod explicite exponit pauperes
spiritu primo glosa melius id est voluntate / qui voluntate
renunciat omnibus que possidet ut liberius pos-
sit xpm sequi / ut de paupere spiritu / vel glosa
pauperes spiritu scilicet qui omnia habent / et nichil pos-
sident / omnia habent quo ad dominum / et non possi-
dent quo ad comparandum / ... omnibus delecta-
cionibus et honoribus mundi / quos ut stercora re-
putant / Et tales sunt beati / ... ad divicias et
honores ... sic habent ... et cum ...
non querunt talia ulterius ... sui merita /
secundum ... status et persone / et hoc facit
virtus politica / que talibus utitur moderate /
/ secundum paupertas spiritus que beatitudo dicitur hoc
facit excellentissime / quia facit homines volun-
tarie ... et de se abiecte quantum possibile
est ut contemplacioni divine liberius possit
inherere / quia ut ... in libro de ecclesiasticis dog-
matibus dicitur / Bonum est facultates cum
dispensacione pauperibus erogare / sed melius
est intencione sequendi xpm totum simul donare /
et absolutum a sollicitudine cum xpo egere /
Secundo modo exponit sic pauperes spiritu id est corde
humiles se inutiles et ceteris inferiores reputan-
tes / unde glosa pauperes spiritu / est humilis corde pau-
perem spiritum habens unde ... est humilioris
tercio modo sic pauperes spiritu id est deum timentes
et nichil de se presumentes vel confidentes /

unde glosa pauperes spiritu deum timentes /
Et vere humiles et deum timentes sunt
pauperes spiritu / quia superbi et presumptuosi
dicuntur habere magnum spiritum / unde verus augustinus
presumpcio quidem spiritus audacia et super-
bia significatur. unde vulgo autem magnum spiritum super-
bi habere dicuntur / Et vere ita spiritus ventus vo-
catur / omnis ergo inflat superbos in-
flatos / tanquam vento distentos / quapropter
vere hic pauperes intelliguntur spiritu humiles
et timentes deum / et non habentes inflatum
spiritum / ... pauperes spiritu / ut humilitatem
intelligas / non penuriam / congruenter doctrina
sermonem a beatitudine incepit / unde
glosa ad ostendendum distanciam inter novam
legem et veterem / unde glosa In hoc monte
novum testamentum ... incipiens
incipiens a beatitudine / qui in monte
synai vetus testamentum in lapidibus
sermo dedit incipiens a terrore / Et
quaeritur quare paupertas inter beatitudines
primo loco ponitur / Ratio secundum glosam / Sicut
inicium sapiencie est timor domini / sic pau-
pertas spiritus id est humilitas est principium ...
bonum / Beati ergo pauperes spiritu / quia ipsorum
est regnum celorum in spe vel in merito
unde glosa ipsorum est regnum celorum id est spe
que beatos facit / Et convenienter pauperibus
in presenti / promittuntur divicie celestes / In
regno celorum est omnia sufficiencia et
excellencia / que vere reperiuntur in celis
qui talia contempserunt in terris / Sequitur
Beati mites quoniam ipsi possidebunt terram
post paupertatem sequitur mititas /
quia enim est pauper multis lacessitur
iniuriis / et ideo necesse est quod sit mitis
vel mansuetus / et quod idem est secundum ...
secundum dicunt secundum ... mitis est qui a nimis
non offendit / mansuetus qui se offen-
dentes tollerat / unde mansuetus quasi
manu assuetus cum facile est sustinere

non malo pro malo reddere / hic est nonus
quia circa passiones irascibiles se habet de
bito modo studiosus et cum sanum eas refrenat /
sed quia non nimis impetuose procedit
in aliqualem turbationem exterius prorumpit / cari
tas autem que est virtus facit hoc
excellentius / quia reddit hominem totaliter
tranquillum a motibus speciei irascibilis per
omnimodam subiectionem ad regulam rationis
et divine legis / et hoc est quod dicitur Beati mites
unde secundum casum super pro Requites sed quia
neminem offendere curat sed omnibus
benefacit mansuete tollerantes iniu
rias / sed Augustinus dicit mites sunt qui cedunt
improbitatibus et non reddunt pro malo ma
lum / secundum glossam mites hic exponuntur
primo mitis quem nec eius mansuetudo non
afficit / secundo mitis est quem rancor vel ma
lo dicitur sed ore ex animo sustinet / tertio
mitis est qui nec irritat nec irritatur /
nec nocet nec nocere cogitat / subditur autem
premium correspondens / cum dicitur quoniam ipsi posside
bunt terram / scilicet viventium quod dicitur terra propter
stabilitatem / et soliditatem / secundum glossam
sermonis ad hoc enim homines feroces movent
bella et lites propter motus irascibiles
ut quietam possideant terram de vitiis
inimicis / et ideo illis qui sunt totaliter quieti
a motibus potentie irascibilis / non solo
vero promittitur possessio pacifica terre viventium
vel mites possidebunt terram / hac male /
unde eccl. 10. sedes ducum superborum destruxit
deus / et sedere fecit mites pro eis / unde
in ps. mansueti autem hereditabunt terram
et ideo dicit crisostomus estimat quis mitis esse
omnia bona sua perdere / ideo deus ei promittit
scilicet quod stabilita sit ei que possidet /
vel mites possidebunt terram id est seipsos
et corpora sua / quia iracundi se non possident
secundum Bedam / regnum celorum pauperibus / et
terra mitibus promittitur / quid ergo superbis
et contemptoribus nisi infima relinquitur
Sequitur Beati qui lugent / quoniam ipsi con

scilicet propter tribulationem presentis miserie / et dilatationem celestis patrie /

solabuntur / hic ponitur tertia beatitudo / que recte statim
et secundam sequitur / quia post contemptum mundi per paup
ertatem / et post quietem mentis per mansuetudinem /
homo nichil invenit / nec in se / nec in aliis / nisi fle
bile / et ideo luget / crisostomus beati qui sua peccata / vel alie
na / qui aliena luget / quamvis aliena luget /
tamen est quasi sua non habeat / hic est status quia circa
delectationes cibi et potus et melodiarum odorum
et spectaculorum / ut se homo modo quo debet ha
bendo talibus moderate / et hoc fit per temperantiam
que est virtus politica / sed excellentius se
habet homo in talibus per beatitudinem luctus / omnia
talia a se penitus abdicando / et luctum
voluntarie in hac vita assumendo / tam pro trans
gressione culpe commisse / quam pro dilatione celestis
patrie / Itaque toto statu presentis vite / reputat
exilium respectu celestis patrie / sicut quod dicebat
apostolus ad Ro. 7 / Infelix homo quis me libe
rabit de corpore mortis huius / et ad philippenses
primo / desiderium habens dissolvi et esse cum christo / sin
gulariter ergo pro incolatu presentis miserie / et pro dila
tione future glorie est irriguum superius et inferius
quod petiit filia caleph / et quia sic luget pro
consolatione premiabitur / et hoc est quod dicitur quoniam
ipsi consolabuntur / consolari enim est simul so
latiari / conveniens autem est / ut illi qui in
presenti vita pro christo voluntario luctu crucia
ntur / cum deo et angelis eternaliter consolentur /
unde Jeremias convertam luctum eorum in gau
dium / et consolabor eos et letificabo eos a
dolore suo Jer. xxxi
Beati qui esuriunt etc. / In ista ponit
quartam beatitudinem / que respicit hominem magis
respectu proximi / hec autem perfectio consistit in
duobus / primo in hiis que habent rationem debiti / secundo
in hiis que habent rationem doni / ibi Beati miseri
cordes / circa primum advertendum / et in hiis que
habent rationem debiti respectu proximi bene se ha
bere / quod reddere unicuique quod sibi debetur
non nimis notabiliter per crastinando / hoc
facit per iustitiam que est virtus / sed
excellentius per beatitudinem que dicitur

esuries et sitis iusticie / qui sunt tamquam quodam spiritualiter
ti desiderio iusticie talia ex equitate sunt
esuriens et siciens fuerit comedit et bibit
secundum Vndn sermone 33 quod non sufficit velle iusticiam
nisi iusticie patiamur famem / ut nunquam nos
satis iustos sed semper esurire opera iusticie in
telligamus / Item Vndn secundum glossam quod iusticia
non solum est ad proximum / sed et ad deum / et ad
se ipsum / Vnde glossa Iusticia est sua cuique tri
buere deo et proximo et deo / Set iusticia non plene
in nobis impletur donec deus sit omnia in omnibus
Ideo hic possumus esurire / non saciari / glossa
dicit hic Iusticia est ut unicuique quod suum
est / deo proximo et sibi / deo tria debemus scilicet
amorem redemptori / timorem iudici / proximo
tria / obedienciam superiori / concordiam pari / benefi
cia inferiori / sibi tria / mundiciam cordis /
custodiam oris / disciplinam carnis / sed beati
qui esuriunt et siciunt iusticiam / non pecuniam
sicut cupidi / sicut multi divites egerunt
et esurierunt / non voluptatem carnalem
sicut voluptuosi quemadmodum filius prodi
gus Luce 15 / non potenciam seculi sicut
superbi / proverbiorum 28 leo rugiens et ursus e
suriens princeps impius super populum pau
perem / isti esurientes non sunt beati sed miseri
quia semper esuriunt et numquam saciabuntur / ysaie 65
ecce servi mei comedent et vos esurietis
/ Isti beati qui cum magno fervore iusticiam
faciunt / addit premium quoniam ipsi sa
turabuntur adepto quod desiderant
[illegible] secundum glossam / sacietas in tempore glorie
que consistit in impletione quam desidera
vit beata virgo in cantico suo / Esurientes
implevit bonis Luce primo / Et in psalmo saciabor
cum apparuerit gloria tua / quia cum gloria dei
apparuerit in patria / tunc saciabitur potencia visione
clara dei visione / incorruptibile dilectione / inmu
tabile fruicione / corpus glorificacione / et ysaie
tunc videbis quo ad potenciam racionalem / et afflu
es quo ad concupiscibilem / et mirabitur quo

ad irascibilem / et dilatabitur cor tuum
quo ad corporis gloriam / quia non solum consistet
gloria in anima sed diffundetur et dilatabitur
inde ad corpus ut totum homo renovetur
Et sequitur Beati misericordes / hic agitur
laudando perfectos homines respectu proximi
in quibus quinque virtutes non dominantur / In talibus
autem virtus scilicet homo / ms / humano / liberalitate
liberalitate in mediocribus et paruis donis /
et per magnificenciam in excellentibus et mag
nis donis / sed excellentius sicut homo per vir
tudinem que vocatur misericordia / quia destinat al
terius sicut homo nolit accipit quod suum / se
dicit misericorde quia venus cor miseri / qui se
accipit cordi destinat alterius quasi suum / sed
merciter post iusticiam ponitur misericordia /
quia misericordia sine iusticia descendit ad re
missionem / iusticia sine misericordia descendit ad
crudelitatem / Vna cum alia incedit secundum
equitatem / Vnde glossa Iusticie limen est
misericordia scilicet in iudicando ne iusticia nimis proce
dat / et iusticia est limes misericordie eam mode
rando ne nimis dilatat / addit autem misericordia
super iusticiam / quia per iusticiam redduntur debita
per misericordiam dantur gratis / Est enim misericordia cordis
miseria super malo / sed inordinata est quoniam prima
misericordia sit super se ipso ut sit misericordia primo ad
se ipsum per penitenciam / Ecclesiastici 30 miserere anime tue
placens deo / secundo sit ad proximum per beneficia
Luce 10 / videns eum samaritanus misericordia
motus est et approprians alligavit vulnera
eius / Ideo dicit glossa ordo est misericordi
ut unusquisque incipiat a se / sicut christus
insinuat cum quatuor prioribus mentibus est communi
cata est dare et dimittere / addit premium
quoniam ipsi misericordiam consequentur / sicut celesti cum
pria quibus misericordiam consequentur / quia ultra condignum
retribuuntur secundum quod dicit ad Romanos 8 non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam que
revelabitur in nobis / Beati ergo misericordes quoniam
misericordiam consequentur / quo contra dicit Jacobi 2 iu
dicium sine misericordia fiet illi qui non fecit

vij^t v

manifestatur. Beati mundo corde / hic ordi-
natur homo respectu dei / quia primo quantum ad intellectum per
speculacionem / secundo quantum ad affectum ipsum amando
ibi. Beati pacifici. Sciendum est adtendendum
quod in speculacione divina / hic se habet intellectus(?)
2 quantum per virtutes intellectuales que sunt scientie
speculative / et potissime per metaphisicam que docet
proprietates divinas cognoscere et considerare ut
patet 12 metaphisice / Ubi plenius ostenditur unum
deum esse eternum actum purum vivere vita no-
bilissima perpetua et optima / Sed hoc est solum
considerando deum ex proprietatibus creaturarum
secundum quod dicit apostolus ad Romanos primo. Invisibilia dei
per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Secundo
excellentissime hic habet fieri per beatitudinem que est
mundicia cordis / Et mundi corde sunt
omnes qui non augent contra peccatorum sordes(?)
et bonum sensum(?) / tales sunt invisibiles dei
inspiraciones / et quandam specialem illustra-
cionem de occultis dei / sicut fuerunt apostoli
et multi alii sancti qui aliquando contemplativo stu-
dio fuerunt de divinis illustrati / Et hoc est
quod dicit Beati mundo corde. Addit autem pre-
mium cum dicit quoniam ipsi deum videbunt in
presenti actione(?) hominibus familiaris / et in fu-
turo gloriose / quia quanto est mundicia
maior / tanto visus potencior / Vel quoniam
ipsi deum videbunt facie ad faciem prima
ad Corinthios 13. Videmus nunc per speculum et in
enigmate tunc autem facie ad faciem
Beati pacifici etc. / hic ponit septimam
beatitudinem / que est pacis et tranquillitatis / et
convenienter septimo loco ponitur / quia in sabbato
septime etatis plenarie dabitur pax /
singulis beatitudinibus supradictis / Unde et post
mundiciam ponitur pax / quia ad gaudium
pacis quod purgatis et mundatis est
dirigitur et non nisi in bona voluntate pax
invenitur Luce 2. Et in terra pax hominibus
bone voluntatis / dicit ergo Beati pacifici non
dicit pacati (quietati) / quia hoc pertinet ad secundam
beatitudinem que est mititas / Sed dicit pa-
cifici qui sunt pacem facientes reformando

conservando sive in se sive in aliis inveniatur
sed paci autem contrariantur quatuor / bella / lites / tumul-
tus / inquietudines / et molestie / Pacifi-
ci ergo sunt qui bellis sopiendis / litibus dirimen-
dis / tumultibus sedandis / inquietudinibus
inquietandis et molestiis mitigandis in-
sistunt / Hec autem sunt officia filii dei / secundum
illud Psalmi. Ibi confregit potencias arcuum
scutum gladium et bellum / Et ideo subdit
quoniam filii dei vocabuntur quia qui sic se et alios
pacificant / filium dei imitantur / et sic filii
dei imitacione dici merentur / Vel filii dei
vocabuntur vel conformitate / quia ipse est pax
nostra ad Ephesios 2 / et per pacem facienda
finis est ... / Unde eciam pacifici dicuntur qui
non litigant nec odiunt ad invicem sed et discor-
dantes litigantes / reconciliant. filii dei vocantur
quia Unigeniti hoc est opus congregare dispersa
... / et pacificare que sunt prophanata / Vel
secundum glosam pacifici sunt qui omnes motus
animi componunt / et rationi subiciunt / quod sunt pro-
prie sunt / qui est summa quies / hanc pacem
mundus dare non potest / Et ideo Christus ait
pacem meam do vobis etc. / Vel sic paci-
fici sunt qui voluntatem per affectum [illegible] deo con-
iungunt sicut summe bonitati et nichil
contra ipsum querunt sed in ipso quietantur et
pacificantur / Addit autem premium isti conve-
niens cum dicit quoniam filii dei vocabuntur
Sequitur Beati qui persecucionem paciuntur propter
iusticiam / Octava et districta beatitudo /
penes actus / hic octavam ponit pati / nam
sicut beatitudines priores distinguuntur penes auream
et aureolam / Sic beatitudo que est proxima
ergo quedam et similitudo illius / nam beatitudines
que consistunt in perfectione actionis / correspondet
premium auree / Sed hanc que consistit in
perfectione passionis non solum correspondet premium
auree sed et aureole / Ponit autem circa
hanc beatitudinem primam generalem / secundo specialem

quitens ad apostolos Simonem ibi beati estis cum
maledixerint vobis / primo ponitur duo que
faciunt martirem. scilicet pena in passione et causa
in iustitia / dicit ergo beati non solum qui bene
11 operantur sed etiam beati qui persecutionem patiuntur
non solum propter scelera vel maleficia / contenciones
et litigationes / prima Petri 4. nemo vestrum patiatur
sicut homicida / aut fur / aut maledicus sed
propter iustitiam defendendam / aut annunciandam
Notandum est secundum glossam quod in beatitudinibus
septem predictis est perfectio / in octava per
fectionis probatio et ostensio / quia qui predictas
beatitudines habent / pati possunt persecutionem
Item notandum quod ista beatitudo perficit hominem ad
bonum patiendum / et in hoc sunt beati homo tali modo
et humano / qui propter tribulationem imminentem
non recedit a virtute / licet hoc sustine
at cum aliqua angustia et dolore / et hoc
fit per fortitudinem que est virtus sed ex
cellentius hoc fit per beatitudinem que potest
dici quedam fortitudo divina qui talia susti
net non solum patienter sed et letanter / sicut
martires quanto acerbioribus tormentis
cruciabantur / tanto magis in domino letabantur /
Sequitur quoniam ipsorum est regnum
celorum secundum glossam generaliter omnium beatitudinum
merces est regnum celorum / hic et alibi et alibi
per diversa merita notetur / hic quoniam
que idem premium promittitur pauperibus et per
secutionem patientibus scilicet quoniam ipsorum est regnum
celorum ~~persecutionem ad divicias~~ qui divi
tiis temporalibus abrenunciat propter Christum in futuro
gaudebit. Secundo [?] persecutionem patientibus
per respectum ad divina quia qui per Christum sustinuerunt
in futuro cum Christo assessoribus iudicabunt Sap.
5. Stabunt iusti in magna constantia adversus
eos qui se angustiaverunt et sic accipient
regnum decoris et diadema speciei de manu
domini / Item quia paupertas spiritus et persecutio
propter iustitiam maiorem conveniunt in merito

(left margin: qui ipsorum est regnum celorum; Dicit [illegible]; [illegible] ... dicitur; 2a ca)

quia voluntaria paupertas est quoddam
genus martirii secundum Bedam / verbi gratia cum
aspicit vincere cum quo ad delectabilia
3 mundi sunt secundum beatum Ambrosium. pauperibus
spiritu repromittitur regnum celorum quantum ad
gloriam anime / sed passis persecutionem et anime
quantum ad gloriam corporis / Item quia iste due
4 beatitudines maiorem conveniunt in ambi
tione honoris / paupertas enim spiritus ambu
lat nec optiones et cum a proposito volunta
persecutionis aut corporis et cum quod est in tribu
latione vincere et supponere / et ideo eis
promittuntur honores et divicie que notantur
in regno / Notandum est secundum glossam regnum
quod septem sunt beatitudines que perfectio
octava clarificat / et quod perfectum est
demonstrat / hiis septem beatitudinibus
conveniunt septiformis operacio spiritus sancti
quam Ysaias describit capitulo 12. Sed ille a
summo hic ab ymo / quia ibi docetur
filius dei descensurus ad yma hic
homo de ymis ad similitudinem dei ascen
surus ad docenda / In donis primum
infimum est timor / qui convenit humilibus
de quibus dicitur beati pauperes spiritu non
inflati non alta sapientes sed timentes
Secundum est pietas / que convenit mitibus / qui
enim pie querit honorare sacra
non reprehendit non resistit quod est mite
fieri / Tercium donum est scientia / quod convenit
lugentibus qui didicerunt quibus malis
nunc vincti sunt quod quasi bona petierunt / Quartum
fortitudo / que convenit esurientibus
et sitientibus iustitiam / quia desiderantes
gaudium laborant per vera bona a
terrenis cupientes avertere / Quintum consilium
quod convenit misericordibus / quia unicum re
medium est de tantis malis evadere
dimittere aliis et commodare sicut nobis
volumus fieri / Sextum intellectus quod convenit
mundis corde / qui purgato oculo

put vide q oculus videt. A.ⁿ supra
congruenti pacificis in quib[us] nullus
motus est rebellis s[ed] o[mn]ia obtemperant
sp[irit]ui. Hec glo. Sequitur Beati estis cum
maledixerint vobis homines. Hic post
generalem s[ententi]am subdit specialem p[er]sua-
sionem. P[er]suadet aut[em] duo, prima me-
dio ut ferveat ad passiones. p[rim]o ex pas-
sionis causa, cum d[icit] propter me. 2º ex pre-
mio cum subdit, q[uonia]m merces v[est]ra co-
piosa e[st]. 3º ex alior[um] exemplo, cum ad-
dit Sic enim persecuti s[unt] prophetas. Hic
circa istam beatitudinem hec declarat ad
modo specialis s[ententi]a[m] sup[er] generalem q[ui]a
in aliis beatitudinib[us] non fecit. R[ati]o q[ui]a h[oc]
facit p[ro]pter maiorem istius beatitudinis
difficultatem, p[ro]pter q[uo]d specialis p[er]suasione
indiget, q[ui]a difficillimum est persecut[ione]s
et mortem pati pro Christo. Vel s[ecundu]m b[eatu]m
Aug. et glo[ssa]m q[ui]a sicut Moyses x
precepta p[ro]ponens post a latere exponendo ex-
plicat, sic Christus s[ecundu]m virtutem g[ene]ra[liter] octo
p[ro]ponit deinde exponit latius et
prosequitur. D[icit] ergo Beati estis cum maledixe-
rint vobis homines. Hic ponit tres
differentias malorum, q[ui]a malum aut infertur
p[rese]nti aut absenti. Si p[rese]nti aut verbis
et sic d[icit] maledixerint vobis. Glo. Interli[nearis]:
maledixerint, i[d est] ex odio in faciem contume-
lias dixerint. Aut malum infertur factis
et sic subiungit persecuti vos fuerint. Interli[nearis]:
persequi est vim inferre vel insidiari. Si
non malum infertur absenti, sic fit accusan-
do vel infamando. Unde subdit dixerint
omne malum. Glo. Interli[nearis]: i[d est] omne genus verbor[um]
malignantium contra famam absentium le-
sur[um]. Notandum est hic et alia translacio
h[abe]t Beati estis cum vos oderint homines et
dixerint omne malum et expulerint vos.
In quo tangitur persecutores, que ibi cum vos
oderint verbo et dixerint malum et expu-
lerint, p[ro]pter me, veritatem et iusticiam.

Apoc. 6. Vidi subtus altare dei animas interfec-
torum propter verbum dominum. Vel p[ro]pter veritatem sic legitur p[ro]-
dixit de persecutione in genere, hic exprimit ea-
rum partes. Persecutio aut[em] duplex est, in dictis
et factis. In dictis duplex, q[ui]a p[rese]ntib[us] et h[ec] est ma-
ledictio, vel absentib[us] et h[ec] est detractio.
In medio aut[em] ponit persecutionem factorum ibi et
persecuti vos fuerint. Et notandus ordo rei
geste, primo maledixerint p[rese]ntib[us], 2º perse-
cute primo maledixerunt fugando de loco ad locum, 3º de-
tra[cta]verunt absentib[us]. Glo. d[icit] hic q[uod] verbis
maledicit persecutor odio cordis verbis et
factis. Sic ergo in ex[em]p[lo] non ponitur illa que
sunt cordis, sed ponit illas que nocent proximo,
persecutor aut[em] odii cordis dum est in corde
non nocet alteri. Vel sic persecutio que est
ex odio cordis satis includitur, i[d est] male-
dicere q[ui]a maledicta solent ex odio cordis
fieri, q[ui]a non cum sufficientia persecutionis
reddit conveniens. Ideo addit mentientes
p[ro]pter me, non q[uod] ista duo s[unt] necessaria, addit
ut necessarium est omnib[us] ut mentiatur perse-
cutores, q[ui]a si verum est n[on] valet. Unde glo.
hoc mentientes addit, ne glorietur de
quo vere mala dicuntur. Et q[uo]d h[oc] fiat propter
Christum, non alia de causa. Unde glo. addit propter
me, q[ui]a aliqua falsa dicuntur, q[ui]a accidit ve-
mentate hominum non tamen hoc p[ro]pter Christum patitur
que non peccavit. Item glo. contra mediatur
blasphemat et propter dominum, verum est si fit al-
terius dicitur, non merces est virtutis. Glo.
d[icit] hic sup[er] illo verbo propter me, ecce enim
testem h[abe]t in celo, sic ab hominib[us] male
dicitur non timet. Secundum Aug. d[icit] crudelis
est qui famam suam negligit. Unde q[uod] h[oc]
d[ebe]t curare de fama inter illos qui p[ro]p[ter] p[ro]ficere
p[ro]ficiunt p[ro]pter famam eius, s[ed] inter persecutores
eius qui volunt eam extirpare non est
curandum, et maxime cum hoc fit propter iusticiam
et veritatem. Sequitur Gaudete et exultate
etc. Primo allicitur ad patiendum, d[icit] ergo gau-
dete, s[cilicet] in mente. Unde Act. 5. Ibant apostoli

Persecutio est 2x
mentientes p[ro]pter me
Gaudete

nondum

vita eterna
[illegible]

gaudentes a conspectu concilii / Et exultate scilicet
corpore unde ps. benedicens autem benedicet cum
exultatione In illa die scilicet in premio est
recepturi quoniam merces vestra id est que sufficientie
copiosa est in quo affluentia in celis in quo
indeficientia / Gen. xv Ego ero merces tua
magna nimis / et hec ista merces erit copio
sa et magna nimis / ubi deus dabit se ipsum
in premium secundum quod vita eterna / aliquando dicitur
merces / aliquando corona / aliquando fructus / aliquando
regnum / et hoc merita / merces debetur
negotianti et laboranti Matth. 20. Voca operarios
et redde illis mercedem suam / Corona
pugnanti ii ad Cor. 9. Et illi quidem ut corruptibilem
coronam accipiant / fructus seminanti Matth.
triplicem scilicet tricesimum sexagesimum centesimum
ad Gal. vi. qui seminat in spiritu de
spiritu metet / Regnum heredi Jac. ii. Nonne deus
elegit pauperes in hoc mundo divites in fide
secundum locum angeli. Decimo. Item audistis [margin: [illegible]]
quia dictum est antiquis. Ordinat vi-
rtus irascibilis concupiscibilis et irascibilis
quoad passiones suas. Hic ordinat
rationalem et primo in verbis, 2o in bonis ibi
audistis quia dictum est oculum pro oculo.
In prima parte prohibetur ordinatio iurandi respectu
veritatis in mente que in verbum accipitur
cum iuratur. 2o precipitur ordinatio iurandi respectu
reverentie creatoris, quod sit per eam vel in
temptatione ibi. Sit autem sermo vester: est
est, non non. Primo prohibet iurare per crea-
torem, 2o per creaturam quam non sumus ibi
neque per celum, 3o per ea que sumus vel
quibus unita est, ibi neque per caput tuum.
In primo per creaturam naturalem, 2o per artifi-
cialem ibi neque per Ierosolimam. Creaturam
naturalem tangit duplicem superiorem
scilicet duplicem celum et inferiorem scilicet terram.
Dicit ergo primo comparans legis preceptum
deinde complens et supplens ipsum [margin: Item]
Iterum audistis quia dictum est antiquis. Sensus est: igitur
non periurabis. Et est sensus illi manda-
to non falsum testimonium dices. Reddes
autem domino iuramenta tua, quasi dicat non ydolo
non creature. Reddes autem id est hoc
verbum reddes importat debitum, ergo te-
neris iurare et hoc dicit Deut. 6.
Iurabis in nomine dei tui. Ergo videtur
quod sit preceptum. Est preceptum cum iura-
sub conditione, id est si iuras, iurabis in
nomine dei tui. Deut. 6. Iurabis per
nomen dei tui non per creaturas. Unde
glossa: Reddes autem domino iuramenta
tua id est si iurare contigerit per creaturam
non iurabis, sed per creatorem. Quia sicut dicit
Crisostomus qui iurat per creaturas dupliciter
peccat, quia non veneratur eum qui fecit. 2o quia
deificat illud per quod iurat. Unde glossa

per hoc per quod quis iurat hoc veneratur. Non dicit
quod lex precipit non nisi per deum iurare. Iudei enim
per angelos et elementa iurantes creaturas
venerabantur ipsas, ipsis honorem dei attribuentes.
Et ita eis tamquam parvulis fuit concessum iurare
per deum, non quod recte hoc fiebat, sed quod melius
est hoc deo exhiberi quam creature. Ego
Ego autem dico vobis qui non solum legem [margin: Ego autem dico vobis]
sed supplendo illam impositionem tollit. Non omnino
iurare. Iuxta ad Heb. 6. Omnis controversie finis
est iuramentum. Et in psalmo laudabuntur omnes
qui iurant in eo. Unde prohibet hic iurare
1 omnino id est assidue, ut notatur Ecclesiastici 23. Eccli.
23. Iurare non assuescat os tuum. Vel
2 omnino id est quacumque causa, sed per necessaria ut notatur Ecclesiastico
causa. Unde nemo qui frequenter iurat quin non
periuret. Eccli. 23. Vir multum iurans implebitur
iniquitate et non discedet de domo eius
3 plaga scilicet periurii. Vel non iurare omnino id est super-
fluenter sine necessitate, propter cum in generalitate
Et non quod non iurare pessimus esset docentes
quod omnia necessaria iurare indulgetur. Iurare
sine causa tamquam malum prohibetur. Vel non iurare
4 omnino id est non iurare in omni casu, quia in aliquo casu
iurandum est, in aliquo non. Et ideo dominus non
dixit omnino non iurare. Hoc tamen valet in nullo
casu est licitum iurare, quia negatio preposita
signo universali facit equipollere suo contrario. Sed dicit
non iurare omnino id est in aliquo non est iurandum, tamen
videlicet sine necessitate et sine causa, quia
negatio postposita signo universali facit equipollere
suo subcontrario. [interlinear: illegible] Et hoc notant aliqui doctores
Hic ex isto textu Waldenses sunt errores
capiunt scilicet quod iurare sit peccatum, et in canone
cum. Et sic ... Salvator non
prohibuit iurare simpliciter et ex causa necessaria
et utili, sed prohibuit assiduitatem iurandi
que est occasio labendi in periurium. Unde
glossa ... omnino iurare prohibet
id est nequaquam quasi bonum appetatis iurandum,
et assiduitate iurandi labatur in periurium.
Et quia iurare assidue est occasio

mali / ideo prohibuit omnino iurare .i. assidue
et sine causa iurare // Item glossa dicit Nec non per-
tus iurare prohibuit / sed occasione periurii
sunt vitandi quod peius est diuitis. Dicit
neque per celum quia thronus dei est / Sic prohi-
bet iurare per creaturas / Dicit glossa sic neque per
celum / per duo prima genera glossarum non est iurandum per
creaturas ne venerentur ut condigni /
Secundum per eas iuramus non iurare putemus /
Primum est contra ydolatras qui putant ibi ad
numinis esse / Secundum contra fraudulentos qui fre-
quenter iurant per creaturas / quia non credunt peie-
rare / Et ideo dicit neque per celum / quod non reputa-
tis quia thronus dei est vel quod deum puta-
tis quia thronus dei est non deus / Et sic ex-
ponendum est neque per terram quia scabellum pe-
dum eius est / Dicitur celum thronus dei propter subli-
mitatem / propinquitatem / terra scabellum propter infi-
mitatem / abstinuitatem ysaie ultimo quasi
celum sedes mea / terra scabellum pedum meorum
Secundum Augustinum contra Faustum qui iurat per creaturam
periurus est / Unde dicit sic Augustinus / Hoc dicit veri-
tati vere et qui per lapidem iurat falsum / per-
iurus est / qui non lapidem qui non audit /
sed eius auctorem adhibet testem / Hoc est
iurare per quasdam creaturas / creatorem cor-
testem adhibere // Item si quis per sanctos de-
os iurat / et fidem non seruauit / non tibi
videtur bis peccasse / bis utique peccauit / quia
iurat per quos non debuit / et quia pallia
fidem facit quam non debuit / Sequitur neque
per ierosolimam / quia ciuitas magni regis
est / id est iniuria facit magno regi / quia
quodam cultui dei deputata / Loquitur
enim consuetudine hebreorum / qui iurabant
per ciuitatem et templum / Neque per caput tuum
iuraueris / quia licet sit caput tuum / non
tamen opus tuum / ideo facis iniuriam opifici /
Et probat hoc quia non potes vnum ca-
pillum / qui minimum est in capite album facere
aut nigrum / loquendo de colore naturali / Et ergo
non potes obpignorare / cum non sit tuum
/ Hic queritur utrum liceat per creaturas iurare

et videtur quod non / ex textu / Contra genesis
42 / Joseph iurauit per salutem pharaonis
Item cotidie iuratur per sanctos / per beatam
virginem / et per beatum petrum / Et vniuersaliter
fidelium communiter iurat per euangelia / Unde
prohibitum est iurare per creaturas ex
duplici causa / propter ydolatriam ne credamus
aliquod numinis esse in eis / et propter frau-
dem / ne contempnentes creaturas possimus
defraudemus / Et hoc est quod dicit glossa
non iuremus per creaturas ne venerem-
ur eas / vel quod debemus non iuremus per
eas ut vilia existimemus / sed tamen per eas
iuremus nichil iurare putemus / Tamen ergo
hoc non est / ut qui in creatura non numinis
credit / nec fraude mollitur / licite per
creaturam iurabit / Et sciendum quod qui sic
iurat per creaturam / dicitur vere respectum habitu-
alem uel actu ad creatorem / cuius veritatis
vestigium relucet in creatura / Et tunc non
veneratur quid creatura sed creatorem /
Unde sicut honor qui exhibetur ymagini
refertur ad prothotipum id est ad exemplar secundum
Johannem Damascenum / Ita in creatis hoc modo
facta refertur ad creature auctorem / Et hoc
est quod dicit 22 q. 1. Sciendum quod si non
simpliciter tamen per creaturas / sed per creaturarum auc-
torem iurabat / nec in creatura aliud
quam ipsum creatorem venerabatur / Sicut
yoseph qui per salutem pharaonis in-
rauit / hoc ipso venerabatur quod dei indi-
cio prelatus erat / Et quia in omni creatura
relucet deus / licite potest per omnem crea-
turam sic iurari / Et quia precipue relucet
in sanctis / et maxime in libris euangeli-
orum / per que diuina veritas nobis illustrata
est / ideo quod per sanctos et maxime per euangelia
communiter consueuit frequentare iurantium
Sequitur Sit sermo vester est est / non
non / Dicit glossa qui iurare prohibuit do-
cet loqui / Sit sermo vester est est / non
non / simpliciter affirmando veritatem / et
negando falsitatem / Et patet quod salua

dat doctrina in quo modo loquendi / intelligendo / per hoc quod dicit Sit sermo vester etc. /
Sermo autem est in ore ubi requiritur
veritas a superiori per iuramentum / Sit dicitur
bis est est / non non / secundum glossam / Et quia
ore dicitis / operibus comprobetis / et ubi ne-
gatis / factis non repugnetis vel confirmetis / Quod autem
his amplius est / a malo est / quia semper vel est
malo / vel culpe iurantis qui iurat sine
necessitate / ut dictum est / ~~vel est malorum~~
~~culpe~~ / Si autem iurat in necessitate requi-
situs et ibi est malum pene / ex parte
requirentis / quia haec est infirmitas humana /
que est quedam pena quod humano iusti-
tia / quod homines non credunt sibi mutuo
simplici verbo / absque iuramento / Unde glossa
quod autem amplius est / a malo / est non tuo sed illius
a quo cogeris iurare / id est ab infirmitate
~~illius que malum fit~~ ex parte requirentis
Aliquando est ibi malum culpe quando non requirit
iuramentum sine necessitate / Unde secundum glossam /
Dominus hic quod prius est docuit / quando
iurare prohibuit / quod infirmitatis est in-
dulsit / quam cogente infirmitate cogit /
tamen dicit quod amplius est a malo est / Et quod
supra dictum est reseramus / cum dicit neque
per celum neque per terram / Ceterum hic non de-
lectatur recipere iuramentum / et videtur
quod non ex toto / Quod autem amplius est a malo
est / Non iurantis sed non credentis / Sed non
credens appellatur ipse recipiens /
Contra quod Augustinus de verbis apostoli / Sicut iu-
rare secundum peccatum non est / ita iuramentum
ab alio recipere / malum non est / Respondeo hic
distinguendum est / quia sicut duplex est iustitia
scilicet publica et privata / ita duplex est
iuramentum scilicet publicum quod respicit iustitiam
publicam / et privatum / quod respicit iustitiam
privatam / De iuramento privato distinguendum
est secundum Augustinum in glossa super id ad Ro-
manos testis est mihi deus / Prima recipiens

iuramentum aut scit illum iurare falsum / aut nescit
et tamen non scit illum iurare verum / Si scit illum iura-
re falsum secundum Augustinum homicida est / quoniam recipit /
Si nescit ipsum iurare falsum / et tamen scit ipsum iu-
rare verum / dicit Augustinus quod humana temptatio id est quod
veniale peccatum est / Et quod dicit non audeo dicere /
ipsum non esse peccatum / contra dicit non audeo dicere
ipsum non esse peccatum de illo qui nescit / quia
recipiens iuramentum se exponit periculo de veritate
proximi / Unde sicut iudicium suspicionis de occul-
to veniale peccatum est / sic et illud peccatum est
Si autem iuramentum est publicum id est ratione publice
iustitie / sic iudicis est recipere iuramentum
et cogere ordine iudiciario / Sic recipere iura-
mentum sine peccato / ymo ad hoc quod recipiat
tenetur / quia bonum publicum debet preponi bono private /
Si tamen sciat ipsum iurare falsum / debet ipsum repellere
secundum suum posse / Si tamen cogitur ordine iudiciario /
ita quod si non reciperet obmitteret de hiis
que ad ordinem iudiciarium pertinent / dico quod
tenetur recipere / et sine peccato recipit / Et ex hoc
hic iudex quod possit recipere iuramentum / Ergo
secundum illud apostoli / ad Romanos 2° Et tunc quod
iudicium dei est / ex quo verbo intendit apostolus
quod iudex in iudicando vicem dei gerit / Et ideo
mediante veritate que deus est / potest cognitionem
veritatis / Ad illud quod obicitur quod autem amplius est
a malo est / Dicendum quod est duplex malum generale / et hoc
est malum nature / et est malum persone / hoc quidem
non est a malo persone iudicis / ymo hoc est
a malo generali / de quo dicetur in psalmo Omnis
homo mendax id est pronus ad mendacium / hoc enim
est malum generale / Sed a malo generali est
illud / quod iudex non tenet ibi locum persone
sed locum persone publice communitatis
Audistis quia dictum est oculum pro oculo etc.
Ordinata caritas postquam in bonis hic ordinatur
ea in bonis Et primo quantum ad peccatum in remissione
iniuriarum / 2° quantum ad benivolentiam in relaxa-
tione ...ibi Qui petit a te da ei
3° quantum ad caritatem in dilectione inimicorum
ibi Audistis quia dictum est diliges proximum

In primo per se subdit patientiam respectu iniurie corporis / primo respectu lesionis corporis / 2° respectu ablationis
rei ibi Et ei qui vult tecum in iudicio contendere /
3° respectu angariacionis operis ibi Et qui te angariaverit / Unde glossa malo temporali tribus modis fit
iniuria corporis de quo dicit Si quis te percusserit /
dampno rei / unde ait Et ei qui vult tecum contendere / angariacionis operis / unde ait Et qui
cumque te angariaverit / ponens ergo legis rigorem et moderando addens evangelii perfectionem dicit Audistis quia dictum est Exodi 21 et
Deuteronomii 19. quando loquitur de moralibus addit antiquis quia illa sunt iuris antiqui / legis scilicet
naturalis ab initio impresse mentibus hominum / Non
sic quando de iudicialibus loquitur ut hic Oculum pro oculo / dentem pro dente / et illa est
lex talionis / Est autem lex talionis dicta
similia in similibus quia dictat lex naturalis / que
consona est evangelio iusticie / Et quecumque vultis
ut faciant vobis homines / Aliam iniuriam quam
concedit lex moysi pena quadam cautela / propter temeritatem ledentium et lesorum / ne
nimis magnam vindictam sumerent / Unde
glossa quod dicit oculum pro oculo / non aliquid vult
tollere sed iram temperare / dum minatur talionem
/ hic est notandum / quod iudei credebant quod vindicta esset propter se appetenda / sed est falsum / quia
pena alterius / absolute non potest habere rationem
boni / sed solum in quantum appetitur propter aliud scilicet propter
ordinem iusticie servandum / vel propter illius
correctionem qui delinquit / vel propter terrorem
aliorum / Et videtis talem penam conservantem / vel propter aliquid huiusmodi / Ubi ergo nullum
bonum tale ex pena alterius estimetur
evenire / sed magis timetur de scandalo / vel
de maiori malo subsecuturo / tenetur
homo desistere a vindicta quadam / et hoc est
necessitatis / Si autem citra talem casum desistat a vindicta quadam / est supererogationis Et quantum ad utrumque dicit / Ego
autem dico vobis non resistere malo / sed
ne hoc aliquis intelligeret de malo culpe
/ addit subdit Si quis te percusserit ut
ostendat hoc intelligi de malo pene
illate / et iniungit patientiam respectu triplicis
iniurie scilicet respectu lesionis corporis / ablationis rei / et angarie operis / non est
sic contendere ad parem / primus est non plus
reddere / unde oculum pro oculo / hoc est pax
inchoata / 2us minus reddere / et hic est reddere ad edicionem phariseorum qui dabant
xl plagas minus una / 3us est malum
non reddere / 4us est paratum esse amplius
tollerare / primi duo modi fiunt in lege
sed in 3° incipit evangelium / cum dicit non resistere
malo / videlicet per vindictam / vel per repulsionem / Sequitur Et si quis te percusserit
in dexteram maxillam / prebe ei et alteram
i. non tantum non repercucias / sed si vult alteram
ferire patienter feras / Et dicit alteram
et non sinistram / glossa alteram dicit non sinistram quia iustus totus dexter est /
/ Hic incipit evangelium videlicet nullam velle
vindictam / sed et amplius patienter sustinere
si necesse est / Unde glossa perfecta pax est nullam
velle vindictam / quam facit gratia evangelii
/ que iubet non tantum ne equale malum reddi
sed nec resisti / ut sustinendo malum et
bonum reddatur / Crisostomus dicit hic / Qui repercutit legis implet mandatum / sed non Christi
/ Si dicas dignus est repercuti / sed tu non es
dignus repercutere / quia discipulus illius
es / qui ad maledicentem non maledicebat / primo Petri 2° / Si alterius oculum
eruis / numquid tuum recuperasti / non sed
cum meliori est patientiam perdidisti / Aliter
exponitur sic Si quis percusserit te in
dexteram maxillam i. imperaverit tibi
quod Christianus quod religiosus / quod pauper / quod devotus / quod medicus / prebe te in dexteram
prebe ei alteram non sinistram i. paratus
patiaris libenter pro bono opere quod pater sit
passus sit / Contra dictum illud Ego autem
dico vobis non resistere malo / Sed videtur

cum iniuria sit propulsanda / Et sic quod non pro
hoc quod dicit hic / dico vobis non resistere malo
Item ad Ro. 12. Non vosmetipsos defen-
dentes karissimi / Secundo quia ipse dominus percussus ala-
pa percussorem reprehendit Jo. 18. nec alteram
maxillam prebuit percutiendam. Item paulus
petiit milites a tribuno ut illesus ab in-
iuria servaretur Act. 23. Ergo licitum est re-
pellere iniuriam a se vel vindicare / repellere iniu-
riam contingit dupliciter / aut ex libidine
vindicte / et sic non licet / et sic intelligitur istud
ad Ro. 12. Non vosmetipsos defendentes /
unde statim subditur sed date locum ire
scriptum est enim mihi vindictam et ego retri-
buam / Talionis zelo iustitie / et tunc aut
sit impediendo / aut persuadendo verbis / et
hoc licet omnibus christianis / et sic paulus restitit
iudeis qui petiunt milites a tribuno
/ aut sit repugnando et cum violentia aut
sic est publica iniuria vel hostilis / tunc
de iussu principis et tunc militis est repug-
nare et sic non loquitur hic de resistentia
publica sed solum personali. Unde apostolus ad Ro.
13. non sine causa gladium portat / Dei enim minister
est dicitur de principe / Si est personalis iniu-
ria et privata / et tunc si necessitas est ine-
vitabilis scilicet quia non posset vitari nec per verba
nec per fugam / nec per aliud impedimentum
tunc licet clericis et laicis iniuriam repellere
incontinenti / et cum moderamine inculpate
tutele / quia non esset moderamen si sine
armis impeteretur et cum armis repug-
naret et sic est illa lex canonizata vim
vi repellere licet / Semper tamen et magis
expediens est in omnibus privatis iniuriis
non resistere / nisi humiliter impediendo / ulterius
ergo licet repellere iniuriam / vel resistere
malo / vel respondendi libidine / licet zelo
iustitie liceat sic repellere / et incontinenti
cum non posset cum a deo / sed in consilio tamen est pa-
tienter tollerare iniurias / et sic resistere /
impediendo vel arguendo verbis ambobus

concessum est ut paulus et dominus fecerunt /
Unde glossa Jo. 18. super id dedit ei alapam
audiens precepta patiencie non ostentatione corporis /
sed preparatione cordis facienda / Potest enim quis
maxillam visibiliter prebere irato / melius ergo
videtur veritatem placitis et ad ferenda graviora
animus tranquillus / Queritur propter hic quomodo lex
talionis hic vetatur / in eo quod dicitur non
resistere malo / Si vetatur / ergo peccant iudi-
ces servantes qui oculum pro oculo eruunt / et
manum pro manu incidunt / Si non vetatur
quomodo lex ergo ad implendum quia si dicatur quod
sic quod superadditur hic prohibitionis illius
quod prohibebatur in lege levit. 19. non
queras ultionem nec memor eris iniurie civium
tuorum / Respondeo lex talionis vetatur quantum ad pri-
vatam personam / sed non quantum ad iudicem / privata enim
persona si vindictam appetens malum pro malo
redderet ut dicit augustinus / Judex vero non / sed amore
iustitie iustum redderet pro iniusto / quod est bonum
pro malo quod et deus iudex facit / Et non
sicut augustinus quod vindicta non cum dicitur / nisi ei cui
potestas ordine data est / et sine ira ut pro
in filio iudex putatur sed posse ulcisci / et
animales xpianum / hic instruimur

Et ei qui vult tecum in iudicio contendere et tu-
nicam ... patientia in ablatione rerum et dicitur sic
Et ei qui vult tecum in iudicio contendere i.
contentiose agere / Certe difficile est rem dimittere /
sed difficilius est de iudicio super pace cogere / Et
tunicam tuam tollere i. vestes interiores
sive sit materia contentionis dimitte ei et pal-
lium / Ad literam autem contentiose et cum iracun-
dia agas / Augustinus Ei de rebus sic imperatum
est / quanto magis de superfluis contendere
iustitie exponitur sic / Cum vult tunicam tuam
tollere i. minora / vel inferiora bona / dimitte
ei et pallium / i. exteriora bona / vel corporis
et anime exponas / Unde glossa tunica est anima /
quam si quis per dolum voluit / dimitte pallium /
i. corpus ad martirium expone / Vel

spiritualis doctor tunicam tollit / cum interiora vi-
cia facit conteri / ut est invidia superbia et
huiusmodi / Ille addit pallium / qui et exteriora ut
furtum et fornicacionem non erubescit conteri /
hec sunt quod non liceat sua repetere / Ad idem luce
6. omni autem qui aufert que tua sunt non repetas
/ et qui aufert tibi vestimentum tuum et tunicam noli
prohibere / Item primo Cor. 6. Iam delictum est
in vobis quia iudicia habetis inter vos quare
non magis iniuriam accipitis / Augustinus exponit
patet quod peccatum est hic quod alibi / Contra primo Cor.
6. omnia mihi licent etc. glosa exponit patet quod
licebat apostolo repetere sumptus / sed non expe-
diebat. Et eadem glosa omnia mea mihi licet
repetere / Respondeo quod contingit repetere sua / aut
cum contencione et fraude / aut cum caritate
et zelo iusticie / primo modo nulli licet / et secundum
hoc intelligitur. Si quis voluit tecum conten-
dere / glosa Augustini contendas i. contenciose repe-
tas / sicut ante iudicium irritando cordis /
sed in iudicium ingressus fueris / iam non cogi-
tes ut victus causa appareat / sed cum quibus
modo ut victor consistas // 2o modo s. repe-
tendo ex amore iusticie sic licet infirmis et imper-
fectis repetere sua / sed monendo eum ante
iudicium non contenciose non fraudulenter /
perfectis non non licet / Et hoc est quod dicit glosa
primo Cor. 6. Sed perfectis licet sua repetere
simpliciter i. sine causa sine lite sine iudicio /
non enim inveniet eis monere eum an iudi-
cium / infirmis non licet monere eum et sic
repetere / unde non repetere consilium est imper-
fectis / perfectis non preceptum / Sed quidam qui
dicunt perfecti sunt dicuntur quod illi qui renuncia-
verunt omnibus sicut religiosi / sicut dicitur Matth.
19. Si vis perfectus esse vade et vende omnia
que habes et da pauperibus / consequenter mo-
nachi religiosi sua repetant / Item cum
omnibus renunciaverint non habent sua / quod non
possunt repetere / Unde et supposito quod perfecti dican-
tur per abrenunciacionem proprietatis / distinguendum

est quod repetere sua est secundum duos modos
aliquis enim repetit sua ut sua et
propter se / aliquis repetit sua ut aliquid
non propter se / Dico ergo quod perfectus non licet re-
petere sua ut sua et propter se / Sed sua ut
communia et ut congregacionis / et ad utilitatem
communem / unde Gregorius non solum cura debet
esse ne nostra subtrahant sed ut rapien-
tes non sua seipsos perimant / Si
ergo repetit perfectus debet attendere
bonum non proprium sed commune quod est triplex
primum est refrenacio malorum secundum quam
est consulendum malis. Si enim aufferent
non repetendi / daretur malis occasio
rapiendi / Job 29. conterebam molas
iniqui et dentibus eius auferebam predam
2m bonum / est unitas et pax ecclesie /
que dissiparetur si non liceret repetere /
3m bonum est consolacio infirmorum / quibus
data sunt temporalia / sed non ad sustentacionem
sed et ad consolacionem Cant. 2o. leva eius
sub capite meo et dextera illius am-
plexabitur me / Sed contra obicitur primo ad Cor.
13. caritas non querit que sua sunt / glosa
caritas non repetit ablata ergo nullus
habens caritatem potest repetere / Item glosa
est patiencia ne / pax a corde eum
proximo studiet / appetens quod plus nos quam
proximus amat / Respondeo est repetere
ex cupiditate / et est repetere zelo iusticie
et ex timore casus / primo modo non est
repetere ex caritate / caritas enim non
repetit ablata quia ipsa non est amatrix
proprii propter se / Repetere non zelo iusticie
licet perfectis secundum illum modum quod dictum
est / Repetere non timore casus / ne sit
propter penuriam et indigenciam ruat
in peccatum licet infirmis ne egestate
compulsi furentur et periurent nomen dei
sui Prov. 30. Et sic patet de prima instancia

quo ad deum glo. i. ad corpus 13. Ad 2m
dicendum quod contingit repetere duobus modis
contentiose et pacifice. Contentiose nulli licet
et sic intelligitur auctoritas Gregorii. Per contentionem
cum pax a corde scinditur. Item quantum-
cumque liceat repetere superfluum, an necessarium
tamen. dicitur quod non, Augustinus in glo. De necessariis
si perdideris benivolentiam sine causa relinquam. Ad
igitur de superfluis. Item superfluum alicuius
est quod est indigentis. Ergo cum alicui
non liceat repetere neque superfluum. Responsio
tam de superfluo quam de necessario competit
repetitio secundum modum quem dictum est
Et in hac est differentia, quod post repetitionem
non tenetur necessarium dispensare indigenti
sed superfluum tenetur. Potest ergo superfluum repe-
ti ad dispensandum, sed non ad retinendum
tamen ad dispensandum. Sequitur Et quicumque
te angariaverit. Hic docet patientiam quantum
ad iniuriam in exactione operum, que dicitur
angaria. Angaria dicitur indebiti servitii
exigentia in propria persona, ut contingit eo ac-
cedere ministra. Et dicitur ab ango angis. Un-
de angariare autem est in iuste tribulare
et sine ratione vexare. Est ergo sensus: quicumque
te angariaverit, i. in servicio indebi-
to sive precio tecum servire coegerit, supple 26
Angariaverunt Symonem Cyreneum mille
passus. Secundum glo. hoc est iter sabbati
i. d. Sicut hoc non est contra sabbatum legis
sic in hiis que non sunt contra sabbatum pectoris
angariam sustine. Vel in millenario
significatur perfectio spiritualis quam in impletione
decem preceptorum ostendit. Vade cum illo alia duo
milia, i. paciencior feras si amplius te ire
compellat. Unde glo. Ut sic paratus non tantum
pedibus quam animo. Et vere hunc millenarium
addit alia duo. Secundum Augustinum est perfectio in
tribus consistit, corpore voluntate et ve-
lut si arte(?) alicui impedire aliud ab-

scientiam quod intelligitur per angariam mille pas-
suum. Sit volubile et voluntarium. Unde glo. Va-
dit et alia duo, qui dum corpore tamen i. servi-
tute redigitur, spiritu et anima i. ratione et voluntate
redigi est paratus quicumque fuerit cum hoc preceptum
sit ad literam observandum. Unde Augustinus et habetur
in glo. hunc in istis non in sensibus invenitur
hoc contra sententiam. Unde exponit Vade non tantum
pedibus quam paratus animo, et si quis cogit te
servire et placandum sibi impedire compassionis af-
fectu, paratus esto multo plus impedire. Ita dog-
matis medicus illos quos ad salutem eorum
corporis dirigit, mansuete tollerare quod illi
intulerunt ex infirmitate. Nota secundum beatum Augustinum
ex duobus exemplis illius exemplis patientiam summam
dominus insinuavit, quod hoc modo impletur per-
fectio. Et in hoc tamen exemplo simplo duplum
addit, ut triplo compleatur. Unde glo. tantum
ponit quod in hoc modo notatur perfectio ut qui
hec impleverit perfectam iustitiam sit habiturus
nomine. Subdit in hiis videtur pertinere
que sunt ad oracionem, que et ipsa pertinet
ad vitam, nec impedit quantum mansuetudo.
Sed hoc non creditur nisi tamen presens ordine
data est et sine ira, ut patet de filio eius
dum servivit. Item nota secundum Augustinum in epistola
ad Marcellinum: et inde oblivionem quod licet ...
doctrina vere publice nulla contra rem conveniat
Unde erit ista precepta paciencie semper in cordis
preparatione retinenda, ipsa benivolentia ne
redditur malum pro malo semper in voluntate com-
plendo est. Contra quod sicut credo quod omnia dicta
de iniuriis pacienter sustinendis et in
corpore et in rebus, dicta sunt maxime perfectis
tempore ecclesie primitive. Dominus enim ad apostolos
loquebatur, quos in universum mundum missu-
rus erat spirituales medicos, ab infirmis
furentes multa passuros, quod erant in
sanguine suo plantandi et debebant primos
impetus persecutorum sustinere. Cognitum
erat ut in bono simpliciter vinceret

rabiem tyrannorum vt videtur eorum inmutabilem
uestrae mansuetudine auertebatur ad fidem. Et propter
hoc dictum est apostolis Ita consulendum et aliis quod ad
similitudinem primum sectus est de iniuria conuiciatorum non
sed patientiam maxime frangitur ira aduersarii.
Unde Ambrosius scribit quod tam inimicus quam percutienti
maxillam prebet nouae eius impetus indignationis
frangitur. ira sedatur et per patientiam ille qui
iniuriatur ad penitentiam reuocatur. Et quod
hec dicta sunt apostolis et aliis aptis viris
premittit glosa dicens. Ita docet verus me-
dicus. quos ad salutem egrotorum dirigit
iniusserat tollerare. quod illi inuiderunt ex
infirmitate. Et quod secundum glosam pacem est omnia
tollerare nisi deo iniustum. Ideo sequitur

lectio Omni petenti a te tribue. Dominus ordinauit
venialem quo ad patientiam in perfectione
iniuriarum. hic ordinat eos quo ad benefi-
cium in releuatione egenorum. Ubi monet
ad duo in quibus debet esse beneficentia. quo
ad dandum. 2a quo ad accomodandum. ibi.
Et volenti mutuari ne auertaris. Dicit ergo
sic Omni petenti a te da ei. Etiam si sit
ciuitas assit Lucas xi. Quod superest da-
te. Vel da correctionem si indiget petit.
Unde glosa da rem uel correctionem. Ita enim omni
potenti dabis. Et si non id quod petit. sed melius
tamen iniuste petentem correxeris. Da quod etiam
da lectionem corrigendo. orando. consulendo.
da cogitationem comparando. iniuriam dimitte-
re. Hic quaeritur de quibus intelligitur illud quod
hic dicitur Omni petenti a te da ei. Aut intel-
ligitur de necessariis. aut de non necessariis superfluis.
Uidetur quod de necessariis. quia hic dicitur Omni petenti a
te da ei. Et Lucas 6. Omni petenti te
tribue. Si autem multo magis tua. Contra necessaria.
Et in psalmo dispersit dedit pauperibus. de quo
iusto sed non intelligitur de superfluis. Contra dimittes
qui habent superflua multa. Si non dedit pauperibus
petentibus peccant. 1 Jo. 3o. Qui habuerit substantiam mun-
di huius et viderit fratrem suum habere necessitatem. et
clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas ma-
net in illo. Contra cuius quaeritur quia dimittes

dicitur peccare. Si non dederit etiam indigenti.
Item quaeritur de eo qui non habet. Videtur obligari
ad illud preceptum. Ad primum Respondeo quod preceptum
illud intelligitur de omnibus tam necessariis quam
superfluis. que honeste. et iuste. dari possunt
sicut dicit glosa. Honeste dico. quia res possunt
esse ita necessaria pro statu persone. vel pro
persone. quod non posset honeste dari. Iuste
dico quia res aliena non potest dari iuste.
nec res superflua potest retineri iuste.
Ubi autem omnia superflua debent dari. Et ubi
nulla iniuste possessa possunt dari. necessaria
non quibus carere non possumus non tenemur
dare quia non possunt dari honeste. necessaria
quibus carere possumus. in casu tenemur
dare. Vel potest sic distingui. Quoddam est
superfluum necessarium et persone. Aliquod superfluum
necessarium. tamen necessarium persone pro statu suo. et con-
suetudine viuendi. Aliquod necessarium. necessarium
de primo debent etiam si. De 2o potest sic. De 3o non
debet si. De 3o in quo casu. Dimittes non
dando. peccat mortaliter. Ex hoc Hydrolius
capitulo. Primum est indigentem positum in extrema
necessitate. Et si hic dicitur 6 contra. Et si non
dat peccat mortaliter. Unde Jo. super illud Ro.
6. Si esurierit inimicus tuus ciba illum. Quoniam si
in extrema necessitate moritur et succurrere potest
si non fecerit occidit. 2us est valde
indigentem. sed non in extrema necessitate. Et
si dimittes habet multa superflua. Si non proponit
melius dispensare. vel expense volens. et si non
non dat peccat mortaliter. Et potest intelligi
illud 1 Jo. 3o. Qui habuerit substantiam huius mundi et
etc. Et Eccl. x. Etiam pauperis non despicias
dedisti. redde ei debitum suum. Unde
Ambrosius. Quia non minus est crimen habenti tollere
quam cum possis et habundas, sed indigentibus
denegare. esurientium panis est quem tu
detines. nudorum indumentum quod tu re-
cludis. miserorum redemptio et absolutio pe-
cunia quam tu in terram fodis. Tot ergo bona

sias invadit / quod est posse usurare et ad
3m dicitur ad istud preceptum obligentur pauperes
dicendum quod multiplex est donum / Primum est
Deut. 15 Precipio tibi ut aperias manum
tuam fratri tuo egeno et pauperi / Secundum est donum
compassionis ysa 58 Cum effuderis animam
tuam / 3m est donum verbi dulcis / et consolatorii
latorii ... / Eccl. 28 Nonne ardorem
refrigerabit ros / Sic verbum melius quam
datum / 4m est donum obsequii in opere / Exo.
23 Si videris asinum inimici tui sub onere
non pertransibis sed sublevabis cum eo / Ad primum
non obligantur pauperes / sed ad tria ultima pro
tempore et loco / Unde glossa: Cui dare est facul-
tas / da affectum verbo vel obsequiosis operibus
/ Et volenti mutuari ne avertaris / volenti
ante mutuari id est ad sub mutuo recipere
ne avertaris secundum glossam id est ne alienes volun-
tatem / quia ... qui misceretur et
commodat ... in glossa duo genera ... ...
... ... / vel
redditur commodatum. De donatione
Luc. 6 Omni petenti te tribue / De accommo-
datione Deut. 23 / Fratri absque usura id
quo indiget accommodabis / et Eccl. 4
Rogationem contribulati ne abicias / et ne aver-
tas faciem tuam ab egeno / et ad Ro. 12
Necessitatibus sanctorum communicantes / Contra hoc
Dominus vult mutuum dare / non tamen sub usuris /
qui dat sub usura / videtur quasi facie dare /
sed vera non dat sua / sed aliena tollit /
videtur pacem ... / sed in maiorem mit-
tit / similis ... uno ... / sed pluribus
ligat / Talis est pecunia usuraria mor-
sui aspidis / percussus ab aspide delectatus
vadit in soporem / et per suavitatem
sopori moritur / venenum latens per omnia
membra diffunditur / Sic qui sub usura accipit /
...tempore est ... sentit / sed usura per
omnes facultates eius diffunditur / et totum
in debitum convertit / et sicut fermentum totam
massam corrumpit et convertit ad se / sic usura

eum donum illius ... / totam substantiam convertit
in debitum.

Audistis quia dictum est antiquis etc.
Supra dominus ordinavit nos ... ... quo
ad patientiam in ... iniuriarum / 2o
quo ad beneficientiam in ... egenorum
Hic vero quo ad caritatem in dilectione inimicorum
Ubi notantur 4 primo repetitio ... mandati
legis / 2o explanatio ... ... ibi
Ego autem dico vobis / 3o persuasio cum dicit
ut sitis filii / 4o promissa ... ...
ibi Estote ergo perfecti / Secundum glossam hic ponitur
adimpletio precepti de dilectione quae ultimo
ponitur sicut dicit ... / quia caritas est cumulus
... / et ideo ultimo ponitur ad Gal. 5 Omnis
lex in uno sermone impletur. Diliges proximum
tuum sicut te ipsum / et ad Ro. 13 Plenitudo
legis est dilectio / Dictum quod est antiquis
Levitici 19 Diliges proximum tuum / affectu ... sic
ligat omnes / et effectu sed non ... ...
... pro loco et tempore / Et odio habebis inimicum
tuum / Hoc non invenitur scriptum / et ideo expo-
nendum est secundum opinionem vel traditionem phariseorum /
... / Unde hoc colligerunt pharisei / Vel forte
ex eo quod habetur 1 Reg. 15 / Saul pepercit
Agag regi Amalech qui erat inimicus Israel
amisit regnum / Ex quo hoc putabant quod odiendi
sunt inimici / sed pharisei decepti erant / Non enim
Saul quia pepercit Agag / amisit regnum sed propter
inobedientiam / Ex quo non fuit ... ...
Vel sic exponitur / Diliges amicum tuum sicut te
ipsum / pharisei arguebant a contrario sensu / ergo odio
habebis inimicum tuum / Et videbantur hoc sumere
ex textu Exod. 23 / Ubi dicitur Inimicus ero
inimicis tuis / Et sequitur Non facies cum
eis ... sed destrues eos / Et Deut. 7 Non inibis
cum eis fedus nec misereberis eorum / Exis-
timans ... intelligendi de inimicis rei publice /
et non ... ... / sed ... ... sunt odiendi
Et quod pharisei arguebant a contrario sensu / dico
quod argumentum a contrario non valet ... quia ... ...
... / ... non sequitur album est visibile ergo

nigrum non est visibile / sed habet nigrum secundum
quod contrario opponitur / ut album est disgregativum
visus / ergo nigrum congregativum visus / Et quia
amicus et inimicus conveniunt in ratione dili-
gibilitatis / quia sunt conforme naturam / sequitur non
sequitur amicus est diligendus / ergo inimicus
non est diligendus / vel est odiendus / sed
verum sequitur amicus est diligendus quia bonus /
ergo inimicus est odiendus quia malus vel vitiosus

lra Sequitur Ego autem dico vobis / Hic sub-
ditur explanatio christiane perfectionis / in qua
docet inimicos diligere / Et ad triplicem contra
triplicem iniuriam / primo affectu cordis tu dicit
Diligite / 2o affectu operis tu subdit Benefaci-
te / 3o verbo oris tu addit Et orate / In
hac triplici perfectione completur omne genus
dilectionis (benefaciendi) / non enim potest fieri nisi tribus modis
scilicet corde ore et opere / Dicit ergo Diligite inimi-
cos vestros / affectu cordis / Benefacite / effectu
operis / Orate / verbo oris / glossa / Hec est
latitudo consummate caritatis / Diligendi sunt
inimici / et benefaciendum est eis / Et hoc propter nature
conformitatem ysaie 58 Carnem tuam ne despexe-
ris / Secundo propter utilitatem propriam / Crisostomus Si
benefeceris inimicos tuos tibi amplius benefecisti
Tertio propter divinam imitationem / Ideo noli negare
quod deus nulli negat / Quarto quia ipsi sunt lima
sive mallei quibus removetur rubigo et pol-
itur debita peccatorum / Nonus Crisostomus ponit
ix gradus secundum accessum ad perfectionem scandens ma-
datum / primus est neque ad ledendum prorsum ve-
nire / 2us est ut non amplius inferat quam a
ledente sustinuit / 3us ne tantum faciat
illa que passus est sed quiescat / 4us
est ut semper ad iniuriam sustinendam preb-
eat / 5us est ut et ad maiora se prebeat
quam alius inferat / 6us non odisse eum a quo
patitur / 7us diligere ledentem / 8us beneficium
ledenti libenter impendere / 9us deum pro
adversariis orare / Unde sequitur Et orate
pro persequentibus in persona et calumniantibus
in rebus vel pro persequentibus pro manifesta iniuria

(margin: nonus sunt gradus accedendi ad perfectionem)
(margin: lra / Et orate pro persequentibus)

et calumniantibus pro apparentem iustitiam
vel pro persequentibus fortis / et calumniantibus vos
Sequitur Ut sitis filii / post perfectionem enumera-
tam subditur persuasio / Et ponitur duplex
medium ad persuadendum / primo premium / 2o
exemplum / Exemplum ponitur ibi Qui solem suum / Dicit
ergo diligite / benefacite / et orate persequentibus
Ut sitis filii patris vestri qui in celis est
scilicet per imitationem nobilitatis paterne quasi dicit
ut sitis filii id est ut non degeneretis a nobili-
tate paterna sed ita faciendo appareat quod sitis
filii dei / nam filii carnales frequenter sunt
similes patribus in facie / in loquela et visu / vel
filii autem spirituales in spiritu et imitatione
Et nota summus amor filii dei maxime
regnantis per gratiam Jo. primo dedit eis po-
testatem filios dei fieri / Et ad Ro. 8
accepistis spiritum adoptionis filiorum / Sed dum
consummus filii per creationem / et per regnationem (fideles)
et per gratiam sed non per gloriam nisi in spe
Et ergo dicit patris vestri qui est in celis ut illos
angelorum vel patrem terrenum / Et sic dicitur
patrem vestrum esse in celis ad sic [illegible]
in ipso et ascendo in celum tu ille est [illegible]
Verbum unigenitus est deus / Et dicitur esse in celis
quia ibi magis relucet operacio eius potencia
in magnitudine sapientia in pulchritudine
bonitas in utilitate / Vel in celis secundum
gloriam id est in sanctis per gratiam vel per gloriam
Unde deus est in se ut absolutus et o-
mnis mundo ut auctor et rector / in angelis
ut sapor et decor / in celis ut liberator
et adiutor / in reprobis ut terror et horror

lra Sequitur Qui solem suum / hic subditur
exemplum / quod duplex est divinum et humanum
primum est perfectionis quod imitandum est / 2um
imperfectionis quod superandum est / ibi / exemplum ponitur
ibi Si enim diligitis eos / Dicit ergo ut sitis
Qui solem suum facit oriri super bo-
nos et malos et pluit super iustos et in-
iustos ad litteram propterea malis beneficia
prestantur / Ita solem et faciendum est a nobis

In glo. Solem suum etc. q.d. Solem quem
ipse fecit cuius ipse sunt omnia que de nichilo
creavit illum solem facit oriri super bo-
nos et malos / quid ergo nos faciemus de hiis que
de munere eius accepimus / Spiritualiter ipse facit
oriri solem quantum ad manifestacionem veritatis
Sap. v. Sol iusticie non illuxit nobis
et pluit quantum ad collacionem bonorum amoris
et pluit super unam civitatem super alteram
non pluit / Vel secundum Rab. Solem iusticie
et pluviam doctrine / Sed contra non dicitur super
bonos vel malos etc. R(espondeo) etc. ig(itur) Bona
bonis creata sunt ab initio permittit autem
deus ut pravi quod merito sunt bonis eius
fruantur sicut boni quod merito sunt frau-
dantur et secundum Cris. mali deo bona per-
cipiunt ad perpetuam suam perditionem / Hic
incidunt questiones / Utrum diligere inimicum sit con-
silium vel preceptum / Videtur quod sit preceptum
quia dicit Ambro. et Iero. in glo. super Luc.
6. non sufficit inimicos non odisse sed quod
vel [illegible] necessarium est preceptum diligere / ergo
diligere inimicos preceptum est / Item Aug.
super l(uc)(?) 22. diliges proximum tuum sicut teipsum
nomine proximi omnis homo intelligitur ergo inimicus
Contra. Videtur quod sit consilium Luc. 6. glo. Dili-
gite inimicos vestros hoc est perfectum et hoc per-
fectum est non impossibile ergo consilium non
preceptum / Item Ambrosius hic ecclesia non
lacte imbuitur sed validiori cibo caritatis
roboratur / Responsio est dilectio affectus et
effectus simul / et est dilectio affectus tantum /
dilectione affectus omnibus precipitur diligere
inimicum / dilectione effectus hoc est per benefi-
ciorum impensas et intimo est consilium
perfectis debitum est s(cilicet) [illegible] et secundum aliquos
debitum precepti / Vel sic diligere in affectu
omnibus est preceptum / hoc est quod faveat
et pronunciat ad bonum eius / In effectu
sit ex completo aut quandoque se offert
tempus oportunitas aut quando indiget neces-
sitas / Si loquimur de exhibicione operis

ex deo(?) generaliter qui se offert tempus oportunitatis
sic diligere inimicos effectu est cumulus perfectionis
Si autem loquimur de exhibicione operis quando neces-
sitas urget sic diligere inimicos in effectu
est generalis et necessarie obligacionis quia si quis
videt proximum suum sine cibo sicut inimicum neces-
sitatem et claudit viscera sua ab eo unde secundum
b(eatum) Iohannem iam amicus non est caritas dei in
eo et sic secundum intellectum iste auctoritas Exo.
22. Si videris asinum odientis te iacere sub
onere non pertransibis sed sublevabis cum eo Item
Pro. 25. Si esurierit inimicus tuus ciba
illum Sic ergo diligere inimicum effectu vero
necessitatis est aliquando perfectionis et supererogati-
onis / Ad illud Ambrosii quod dicit excepta
natura humanam est diligere inimicum Dicendum quod
sic dicit quia natura non movet nisi ad diligendum
amicum / tamen natura est susceptibilis gracie ad
quam potest diligere inimicum et ita non est impossibile

Item queritur utrum per orationem inimici sit orandum
et videtur quod sic quia dicit sicut excepcione orate
pro persequentibus et calumpniantibus vos / Sed contra
s. Io. v. Est peccatum ad mortem non pro illo
dico ut roget quis / Respondeo sunt aliqua bene-
ficia que exhibentur proximis ut cum puta-
tur quis orare pro omnibus fidelibus vel pro toto
populo / tales orationes exhibere inimicis est de
necessitate precepti / quia si non exhibent talia
signa dilectionis hoc pertinet ad livorem vindicte
Alie sunt orationes speciales et sic orare specialiter
pro inimicis perfectionis est et consilium Sed ad illud
quod dicitur Est peccatum ad mortem etc. Respondet
beatus Augustinus in libro retractacionum dicens
addendum est si tamen scelerata mente usque
finierit hanc vitam quia de quocumque pessimo
in hac vita constituto non est utique desperandum
nec pro illo imprudenter orat de quo non
desperatur / Item queritur utrum oportet
facere quod inimicos aliquando sit licitum quod
non quia dicitur orate pro persequentibus vos Item
ad Ro. 12. Benedicite et nolite maledicere

nulli malum pro malo reddentes. Econtra nos
legimus sanctos orasse contra inimicos non ut
corrigerentur sed ut destruerentur. Unde in ps.
disperge illos in virtute tua. Item Helias ro
gavit ut ignis descenderet de celo qui consu
meret duos principes quinquagenarios cum suis
l. Item Apoc. 6. martires orant contra inimi
cos dicentes usquequo domine non vindicas sangui
nem nostrum. Respondeo secundum Augustinum in sermone domini
in monte et sunt non contra ipsos homines orat
sed contra regnum peccati ut evitatur et quod orat
pro inimicis suis orant qui sanabiles sunt. Et quod
illos orat qui insanabiles erant volens et
sapiens quod deus puniendo illos non non
est malivolus tortor sed iustissimus ordina
tor et pro hoc solum orabant. Item queritur utrum
maledicere inimicis sit licitum. Et videtur quod sic
quia dominus maledixit civitatibus que noluerunt
recipere verbum suum infra xi. ve tibi corroza
ym ve tibi Bethsaida. Item maledixit
apostolus summo sacerdoti Act. 23. percutiet te
dominus paries dealbate. Item propheta legitur
maledixisse et optasse malum ut est illud
fiat mensa eorum in laqueum et illud fiant
filii eius orphani. Ex opposito dicitur hic salva
tor quia oratio et benefacere est inimicis.
Respondeo secundum beatum Augustinum in sermone domini in mon
te quod ista que sunt dicta in sacra scriptura per
modum imprecationis non sunt dicta optative
sed predictive unde dicit beatus Augustinus sunt ex illa
dicta sunt per imprecationem quid esset futurum non
optantis voto sed spiritu providentis. Et sequitur
verum in verbis domini et apostoli non invenitur quod
optaverint sed quod predixerint. Quod enim dominus
ait ve tibi corrozaym etc. non aliud so
nat quam aliquid mali ei venturum merito infi
delitatis quod futurum dominus non malivolentia
sed divinitate cernebat. Etiam dixit apostolus
percutiet te dominus paries dealbate non dixit
percutiat. Ex ad ista que videntur imprecationem
sonare et non predictionem ut est illud
fiat mensa eorum in laqueum et illud fiant
filii eius orphani. Videtur Augustinus quod ex
dicuntur per predictionem quomodo videantur dici
per imprecationem. Unde dicit in sermone domini in
monte solent prophete maxime figura im
precantis futura predicere sicut figura pre
teriti temporis ea que ventura erant cecine
runt sicut est illud quare fremuerunt
gentes non dixit quare fremunt gentes
cum contra istarum solum obiciunt. Vel quod talia
possunt imprecari non optantis quia nos de
bemus voluntatem nostram conformare volun
tati divine sed sicut dicitur Ecc. 12. altissimus odio
habet peccatores et impiis reddet vindictam
sed odio habere non aliud est quam malum optare
ergo et nos impiis possumus malum optare
et ita non optantis malum imprecari seu
dicere. Vel et dicit propheta iniquos odio
habui ergo malum eis optabat et non op
tantis dicebat fiat mensa eorum in laqueum.
Respondeo in peccatore considerandum sunt duo vi
tium et natura. Deus ergo odio habet in peccatoribus
vitium non naturam quam ipse naturam fecit non vitium
secundum quod dicitur Sap. 12. nichil odisti eorum
que fecisti. Ad ad secundum quod dicitur in glossa super
illud iniquos odio habui glossa natura quam deus
creavit in omnibus est diligenda et admira
da peccata autem odienda et dispiciendi
sunt ergo diligendi qui creati sunt ut homines
et odiendi quia mali. Sequitur textus.
Si enim diligitis eos qui vos diligunt
postquam salvator docuit quomodo divine perfectionis
quod est imitatio. Subdit quomodo humane in
perfectionis eius est addendum. Et primo quantum ad
actum interiorem. 2º quo ad exteriorem
ibi: Et si salutaveritis. Dicit salvator di
ligite inimicos et non tantum amicos vos dili
gentes. Si enim diligitis eos qui vos
diligunt, i. ea de causa quia vos diligunt
quam mercedem habebitis in celo aut secundum id
illam quia recepistis mercedem vestram. Quoniam
quia diligere diligentes est non sed quo in

diligere tantum non est miraculum / diligere non diligentes est gratie / non diligere diligentes est perversitatis maxime / non diligere diligentes improbitatis humane / Sequitur Nonne publicani i. peccatores hoc faciunt / glosa publicani sunt qui publica vectigalia exigunt / vel publica negocia sectantur vel lucra sectantur vel publicani exactores romanorum fuerunt quos iudei sic appellabant. Et secundum Ra. dicitur nomen traxisse a publio rege romanorum qui primus eos ordinavit. Et si salutaveritis fratres vestros tantum i. amicos consanguineos / vel cognatos vel affines vestros et non inimicos quid amplius facietis i. quid amplius habebitis beneficium bonum quam infideles / In hoc non plus facitis quam gentiles / Unde sequitur Nonne ethnici hoc faciunt. Ethnici i. gentiles / glosa ethnos grece latine gens dicitur / Hec triplex persuasio continens tres gradus / Una est quod dignum est benefacere inimicis / concludit / Ut sitis filii patris qui benefacit bonis et malis / Item est quod dignum est diligere inimicos / concludit Si diligitis eos qui vos diligunt / Item est quod est orare pro persequentibus / Concludit Et si salutaveritis / salutacio enim quedam species orationis est. Sic hic terminatur / prima ratio diligere amicum sit miraculum / Et videtur quod non ex textu Si diligitis eos qui vos diligunt etc. Sed quod ex caritate diligitur inimicus et amicus etc. Dicendum est diligere amicum ex sola causa temporali / vel quia diligit / vel quia beneficium erogavit / vel erogabit / sic non est miraculum / Et ita loquitur hic textus / Unde glosa Si diligitis eos qui vos diligunt i. ideo quia vos diligunt / Est enim diligere amicum non ex causa propter temporale sed ex causa dei sicut caritas diligit quecumque diligit propter deum et racionem boni Et hoc modo meritorium est diligere amicum / Item quare magis bonum est / diligere amicos quam inimicos / Dicendum

magis bonum dicitur duobus modis aut quia magis debitum aut quia magis meritum. Si quia magis debitum / sic magis bonum est diligere amicum. Si quia magis meritum / tunc magis bonum est diligere inimicum / Tamen si comparentur bonum debitum et bonum meritum absolute magis bonum est quod est magis meritum et ita absolute maioris virtutis est diligere inimicum quam diligere amicum / Sequitur Estote ergo perfecti / Terminata persuasione instructio sequitur d. Ergo perfectorum doctrinam exposui in patre celesti posui / Et que doctrina datur ut compleatur / Estote ergo perfecti inimicos diligendo / odientibus benefaciendo / et pro persequentibus orando / Sicut et pater vester celestis perfectus est q. d. estis filii / ideo debetis imitari patrem / Sed hoc videtur impossibile / Unde post dicitur sicut deus ut studeo secundum glosam ... virtutem imitacionem non equalitate / Et per hoc intelligitur quod caritas / Hic est notandum quod multiplex est perfectio / Est enim perfectio nature generis 2o igitur perfecti sic celi / Et est perfectio gratie Hebr. ix. In priori tabernaculo munera et hostie offeruntur / que non possunt iuxta conscientiam perfectum facere servientem / Est perfectio glorie Corinth. 13 Cum autem venerit omnis in loco perfectum in unum evacuabitur / Item est perfectio gratie secundum duos modos perfectio meriti et perfectio status / perfectio autem meriti multiplex est. Cordis Ysa. 38 memento quomodo ambulaverim coram te in veritate et corde perfecto / Oris Jac. 3 qui in verbo non offendit in lingua hic perfectus est vir / Operis Jac. 1o paciencia opus perfectum habet / Item perfectio status in tres modos / primus sufficiencie de quo hic Estote perfecti et hec perfectio caritatis. Unde glosa perfecti in caritate dei et proximi ad hanc tenemur / Secundus condicionis est ex parte Gen. 6 Noe vir iustus atque perfectus in generationibus suis / hec est perfectio iusticie sive vite ad quam tenentur clerici respectu laicorum / 3a est doctrine ... 2o ... sacerdos doctus atque perfectus ad quam tenentur in sacris ordinibus

sm gradu suo constituti. Et est prelacionis huius 6
pastus est ovis quia sicut magister eius hoc
est pastio in moriendo pro grege ad quam tenet
prelati Jo. x. Bonus pastor animam suam ponit
pro ovibus. Et est religionis. Inf. ig. Ecclesia
pastus de vade et vende omnia etc. Sextus
est tranquillitatis contemplative Jo. x. pastus autem
servus mittit totum hic est pastio seductionis
seu securitatis.

Attendite ne iusticiam vestram faciatis coram hominibus etc.
Supius docuit salvator iusticiam debitam
hic docet modum debitum. Et quia circumstancie
multe sunt ad hoc ut aliquid iuste fiat omnes
reducit ad bonum modum s. ad debitam
intencionem. Et hanc duplicem. primo quantum ad simplicitatem
in operando. 2o quantum ad prudenciam in distinguendo
Inf. 4o ca. Attendite a falsis prophetis. Primo removet
duplicitatem intencionis. 2o ponit sim
plicitatis regulam ibi petite et dabitur vobis
Inf. 7o. Primo removet duplicitatem intencionis
que est in ypocrisi 2o affectionis que est in munda
nis ibi Nemo potest duobus dominis servire. i. 6. ca.
3o cogitacionis que est in presumptuosis ibi Noli
te iudicare Inf. Primo removet duplicitatem
intencionis ab operibus iusticie ad que tenemur.
2o ab operibus nunc et super erogacionis ibi No
lite vobis thezaurizare. Opera iusticie sunt
satisfaccionis s. elemosina contra peccatum in proximum. oracio
contra peccatum in deum. Ieiunium contra peccatum in se ipsum
ieiunium contra peccatum in semet ipsum. Vel quia omne
quod est in mundo aut est concupiscencia carnis
aut concupiscencia oculorum aut superbia vite. i. Jo.
2o. Elemosina enervat concupiscenciam oculorum. Oracio
superbiam vite. Ieiunium concupiscenciam carnis.
Tamen ergo salvator duplicem respectum
operum iusticie generalis. 2o respectum dictorum trium
specialium. Et primo respectum elemosine ibi Cum facis
elemosinam. 2o respectum oracionis ca. 6. ibi Et
cum oratis. 3o respectum ieiunii ibi Et cum
oratis etc. 6. Dicit ergo sic Attendite atten
te et caute estote ne iusticiam vestram i.
opera iusticie faciatis coram hominibus ut videa

mini ab eis hoc est eo fine ut favorem
et laudem humanam appetatis. Unde apostolus
ad Gal. primo. Si hominibus placerem servus christi
non essem. Confusi sunt qui hominibus placent
quoniam deus sprevit eos. Nondum deus volens docere opera pietatis
quibus insisteret se habentibus vanam gloriam
ideo primo prohibet ne opera pietatis fiant
propter vanam gloriam. Unde Cris. Unde quem mi
serit a ianua i. elemosina oracione et ieiunio
quia vana gloria habentibus hiis inmorat.
Unde Luc. 18. Phariseus inanis gloriam
ait Ieiuno bis in sabbato. Sed nondum
quod deus non prohibet hic videri ab hominibus
in bonis operibus sed prohibet videri ab hominibus
ut propter bona opera laudemur. Unde glosa
non prohibet videri ut deus laudetur
sed videri ut ipsi laudentur. Alioquin mercedem non habebitis apud patrem
vestrum qui in celis est. Cuius amore non
fecistis nec iste debet mercedem dare
cuius mandato vel cuius amore moventur
operarius. Fuerit contra tuo dicit apud
deum sed apud patrem. Unde Cris. patris meo
ratur et celi ut non racionem sola agno
uet sed et memoria genitoris invitet quia
sibi remanebit. Sequitur Cum ergo facis
elemosinam post generalem prohibicionem duplicitatis
in operibus iusticie descendit specialiter
ad opus elemosine. Ubi primo excludit
modum indebitum. 2o instruit modum
debitum ibi Te autem faciente. Modus
indebitus faciendi elemosinam est cum fit
cum pompa et intencione laudis sicut
faciunt ypocrite. Dicit ergo sic Cum facis elemosi
nam tu noli tuba canere. sed gloriam i. noli
te velle innotescere ad gloriam tuam
hic est nondum figura glosa et Rab. dicit
tuba canit ante se qui ante alios vult
laudari ut appareat maior illis. Et hoc
prohibet deus. Vel tuba canere est sumptu
forsitam convocandi gratia hic fecerunt
ut omnes venirent ad spectaculum. Unde

sic et tuba est ad actum vel signo preconis
operis interius inositum / sequitur Sicut
ypocrite faciunt / ypocrita secundum glosam est qui
simulat quod non est et reputatur alius quam est
in synagogis / ut videantur a sapientibus
et in vicis / ut videantur a vilibus non ut
dent bonum exemplum videntibus / sed eo fine ut
honorificentur ab hominibus / Crisostomus Sicut lapis
accensa celari non potest / sic nec opus iustitie
abscondi / Non est ergo iniusta elemosina quia videtur /
sed que ideo fit ut videatur / quia tales princi-
paliter intendunt honorem vanum et cupidita-
tem / et ideo amittunt utrumque et eternum / Unde
sequitur Amen dico vobis receperunt mer-
cedem suam. scilicet pro dono elemosine / licet expec-
tant mercedem pro mala intentione glorie / in
eo sua vana humana quam appetunt /
Te autem faciente elemosinam / Christus nos
instruit quomodo elemosina non debet fieri / hic autem
modum debitum quomodo elemosina sit facienda /
et primo presupponit bonam operationem / 2o in-
ponit rectam intentionem ibi nesciat si-
nistra / 3o promittit remunerationem futuram
ibi Et pater tuus / Dicendum est secundum glosam
quod sunt aliqui qui favorem hominum querunt
in aliquo merito eterna in dando elemosinam
contra illos dicit hic salvator Te fa-
ciente autem elemosinam nesciat sinistra tua
secundum glosam i.e. non se immisceat laudis
appetitus vel vicium / quid faciat dex-
tera tua i.e. dum opus bonum facis
secundum glosam / Sinistra vicia / dextera virtu-
tes Et est sensus / Et 2o facit elemosinam
tiat clamor vel vana gloria / vel aliquod
vicium / Secundum Rab. sinistra intentio prava
scilicet amor laudis / dextera intentio secundum
implendi preceptum dei / nesciat ergo sinistra
i.e. non immisceat se appetitus laudis
quid faciat dextera hoc est dum precepta
dei implere contendis / Sequitur
Ut sit elemosina tua in abscondito. scilicet

secundum rectam intentionem / et sine secundum rectam operationem
Et pater tuus qui videt in abscondito quia
ipse secundum glosam est discretor intentionum Red-
det tibi retribuendo / Crisostomus Possibile dixit pe-
nam que illinc est scilicet receperunt mercedem
suam / hic dicit honorem qui hic est / Et pater
tuus qui videt etc. scilicet Non videt deus
in manifesto / Omnia enim sunt nuda et aperta oculis
eius Ad hebr. 4 Videre est videre simpliciter
notitie / et sic dicitur videre intentiones et operationes /
Et videt omnia / prov. 4. Respicit deus viam
hominis et omnes gressus illius considerat / Est
videre ad retributionem secundum opera ps. oculi domini
super iustos / et vultus domini super facientes ma-
la / Et secundum hoc dicitur videre in abscondito quia
retribuit homini secundum intentionem cordis / i. Reg.
16. Homo videt ea que apparent deus autem intue-
tur / Et est videre per approbationem Et secundum hoc
solum dicitur eos videre quos approbat ps. oculi
domini super metuentes eum et mt. 24 nescio
vos / Non debitas circumstancias elemosine
ostendit / prima est compassio cordis ysa. 58
Effunde esurienti animam tuam / 2a est dul-
cedo sermonis Eccl. 18 Nonne ardorem
refrigerabit ros sic verbum melius quam datum
3a celeritas facultatis thob. 4 Si multum
tibi fuerit habundanter tribue / 4a est aspectus
dantis prov. 3. Honora dominum de tua substantia
5a hilaritas dantis Eccl. 35. In omni dato
hilarem fac vultum / 6a velocitas exhibi-
tionis prov. 3. ne dicas amico tuo vade
et revertere et cras dabo tibi / 7a discretio
illius qui dat Eccl. 12 Si benefeceris scito
cui / 8a intentio bona sicut dicit Tu facis
elemosinam in secreto non quod pro Christo elemo-
sina retribuit / prima est remissio peccatorum
Eccl. 3. Elemosina patris non erit in oblivione
nam pro peccato patris restituetur tibi bonum / Et thob
4. Elemosina ab omni peccato et morte liberat / 2a
est mitigatio concupiscentie fomitis / Eccl. 3.
Ignem ardentem extinguit aqua et elemosina
resistit peccatis / 3a est absolutio a pena

Amen dico vobis

Tu autem facit

Et pater tuus qui videt etc

pcti temporalis / Dan. 4. peccata tua elemosinis redime / Sexto
est preservacio a pena eterna / Thob. 4. Elemosina non pa
cietur ire in tenebras / Septimo est remissio venialis
culpe / Luc. xi. Date elemosinam et ecce omnia munda
sunt vobis / Octavo est bonus acceptacionis / Eccli. 29. Super
scutum et lanceam adversus inimicum tuum pugnabit
/ Et sic videlicet elemosina valet contra omne malum / Eccli.
29. Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec pro
te orabit et ab omni malo liberabit / Item va
let ad omne bonum / primo ad bonum temporale et eternum
/ 1 ad Thim. 4. pietas ad omnia valet promis
sionem habens vite que nunc est et future / Secundo
ad impletionem gratie / quod figuratum est Actuum
ix. in Thabita que per partes vidua[rum] quibus
elemosinas erogaverat suscitata est et in Cor
nelio Actuum x. / Tertio ad conservacionem gratie / Eccli.
29. Elemosina viri quasi sacculus cum illo / sequitur
Et gratiam illius quasi pupillam oculi conservabit
/ Quarto ad multiplicacionem caritatis / Proverbiorum 12. Si
esurierit inimicus tuus ciba illum / hoc enim
faciens carbones congeres super caput eius
/ Quinto ad fiduciam salutis eterne / fiducia
magna erit coram deo elemosina omnibus
facientibus eam / Thob. 4. / Et Eccli. 29. Elemosina
retribuet retribucionem bonam super caput
illorum / Item elemosina est in duplici differentia / quedam
est corporalis / quedam spiritualis / Corporalis
dividitur in septem species scilicet pascere esurien
tem / potare sicientem / vestire nudum / col
ligere hospitem / visitare infirmum / redimere cap
tivum / sepelire mortuum / Et que in hoc versu
continentur / Visito / poto / cibo / redimo / te
go / colligo / condo / Et elemosina spiritualis similiter
est septem species scilicet docere ignorantem / consu
lere dubitanti / consolari tristem / corrigere pec
cantem / remittere offendenti / portare
onerosos / Et orare pro pravis / Et que in hoc
versu continentur / Consule / castiga / solare / re
mitte / fer / ora / Et sub eodem intelligitur
consilium et doctrina / Sequitur capitulum 6.

Et cum oratis non eritis sicut ypocrite / Istud est
capitulum 6. / Et continuatur sic / Supra

docuit debitum modum dandi / hic 2o
docet modum debitum orandi / Et ut
opposita / iuxta se posita magis elucescant
primo ponit duplicem modum indebitum
orandi / primus est iudeorum / 2us gentilium
primus est in ostentacione / 2us in multiloquio
procedit autem ostentacio ex amore vanitatis
quantum ad inordinacionem affectus / multiloquium
ex supersticione infidelitatis quantum ad errorem
intellectus / Secundo docet modum orandi
duplicem / primo ut sit oracio occulta
contra ostentacionem / 2o ut sit brevis in verbis
contra multiloquium / Secundum hoc dividitur
hec pars in duas partes / primo removet
indebitum modum ostentacionis / docens modum
ei oppositum / 2o indebitum modum multilo
quium docens modum ei oppositum ibi
Orantes autem nolite multum loqui / primo
dissuadet ostentacionem / 2o suadet occul
tacionem ibi Tu autem cum orabis / primo
tangit tria scilicet suppressionem boni ibi Cum
oratis / ypocrisim mali ibi eritis non
eritis / vindicacionem dampni ibi Amen
dico vobis / Dicit ergo Cum oratis non eritis
i. non esse debetis / sicut ypocrite qui
amant scilicet orare in synagogis i. in locis
publicis / in quibus erat concursus aspicien
cium et in signum religionis / Et in an
gulis platearum / in plateis ut videntur
in angulis quasi nolentes videri / ut
dupliciter laudarentur / quia orant
et quia absconse orant / Unde glossa / in
angulis quasi absconsi pro / et in
in plateis ut videantur / ut per hoc am
plior gloria eis attribuetur / Vel mistice
secundum glossam / In angulo orat qui ab
scondito se orare simulat / et tamen
in platea cum fama captat / Stantes
orare / iuxta modum
iudeorum / qui stantes orant / quia

stantes legem acceperunt / Exo. ig. Ste-
terunt ad radicem montis / et stantes
audierunt agunt Exo. 12. / Et ergo con-
formaret se legi stabat / sed phariseus
Luc. 18. Stans autem phariseus orabat. et
stantes amant orare / ut videantur
ab hominibus i. hoc fine orat / ut vi-
deantur ab hominibus / quia propter gloriam in hac
constituunt finem orationis / Unde Crisostomus non
intendunt exaudiri / sed videri / sed videri
absolute non est peccatum / sed appetere videri
Unde glosa est ne phariseus non est videri /
sed appetere videri / sequitur Amen dico
vobis / receperunt mercedem suam s. laudem
hominum / que transitoria est / De quo Job. 2.
Laus impiorum brevis sit / et
gaudium ypocrite ad instar puncti /
Receperunt ergo mercedem suam / non dei quia
simulatores et callidi provocant iram dei
Unde glosa non solum mercedes vanas / pena inter-
ne cruciatur / sed vicem simulationis
et irrisionis / quia deum emgerunt Circa
hoc occurrunt dubia primo queritur
Cum oratio sit ad deum / ieiunium ad se
ipsum / elemosina ad proximum / quare docet dominus
doctrinam de oratione / 2o de ieiunio sed
de elemosina Dico quod hic agitur de istis non
penes obiecta actuum / sed penes inten-
tiones agentium / elemosina non magis hic
sed in conspectu hominum / saltem illorum quibus
datur / Oratio non minus / ieiunium non mi-
nime / Ideo elemosina magis insidiatur favor
humanus / Ideo primo ei subvenit / Item
elemosina et ieiunium / sunt quasi due ale ora-
tionis / Thob. 12. Bona est oratio cum ieiunio
et elemosina / ideo ponitur in medio / Item queritur
quare dicit in singulari Cum facis elemosinam /
sed in plurali Cum oratis et ieiunatis / Respondeo
quia oratio et ieiunium sunt in potestate omni-
um / non sic facere elemosinam corporalem
Item queritur quare primo dicit Cum oratis plurali / deinde
singulariter / Tu autem cum oraveris

primo ad innuendum duplicem orationis speciem s. pu-
blicam et privatam / publica est communis s. que
fit in ecclesia a sacerdote / et ideo dicit pluraliter /
privata est specialis / et ideo dicit singulariter
Item queritur quare dicit / Prius amant orare / non dicit
orant / Et de elemosina dicit Cum facis elemosinam non
dicit quando amas facere / Respondeo quia ypocrite
revera non orant / quia oratio est pius affectus
mentis / tendens in deum / sed amant
videri orantes / Unde fructus talis ora-
tionis nullus est / sed fructus elemosine talis nec
est / quia facit egeni
orante pro suffragatione sit ei gratiam
impetrare / et sic potest ei valere / Item dicit in sy-
nagogis / Exponit glosa quod malum sit velle o-
rare in public. locis
in angulis / Primo propter Crisostomum non vetat
orare in conventu / sed eo proposito ut videa-
tur a conventu / Sequitur Tu autem cum oraveris / Tu oraveris
Superius salvator dissuasit modum inde-
bitum s. orandi s. ostentationem / hic suadet
modum debitum / primo ponens informationem /
2o promissionem ibi Et pater tuus / Informat autem
orantem quantum ad tria / primo quantum ad locum ut sit
secretus ibi Intra in cubiculum / 2o quantum ad statum
ut sit clausus ibi Et clauso / 3o quantum ad
affectum ut sit pius ibi Ora patrem tuum in
abscondito / Dicit ergo sic Tu autem cum oraveris tua
s. secreta et privata oratione / non facias sicut
ypocrite / sed intra in cubiculum tuum i. in locum
secretum ad horam / exemplum in Judith / Judith 8. /
In Sarra / Thob. 3o In Petro / Act. 11. / Et
clauso hostio / ora patrem tuum in abscondito
i. in corde intimo / Vel secundum glosam cu-
biculum est cordis secretum / hostium carnalis
sensus / per que hec exteriora in plebe se ingerunt
et turbe fantasmatum orantibus obstre-
punt / Et pater tuus qui videt in abscon-
dito reddet tibi fructum orationis et mer-
cedem fidei / Hec duo provocant et prestant
fiduciam ad orandum quia deus pater est /
quia omnium contemplator est / et quia remunerator
est / videt enim in abscondito sed reddet

p manifesto / Erat enim dominus gratis et de sua
benignitate debitorem se constituit / etc.
Orantes autem / Primus dissuasit modum
indebitum orationis / et suasit modum debitum
ei appositum / sic dissuadet modum indebitum
multiloquij / 2° suadet modum debitum ibi
Erat ergo orabitis / Orantes autem nolite
multum loqui / quia multiloquium ut sepe impe
dit devotionem mentis / Aug. ergo rogans
deum pietate opus est non verbositate /
Unde Joh. 4 veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu et veritate / nolite ergo multum
loqui sicut ethnici faciunt putant enim
multiloquio exaudiri / Ethnici i. gentiles /
sicut Crisostomus sic faciunt isti qui orant ydola
surda / putant enim quod in multiloquio suo
exaudiantur / glossa assignat causam multiloquij
istorum gentilium triplicem dicens / putant enim
quod per superfluitatem verbis deus instruatur / vel
si absens est vocetur / vel quod nesciat velle eorum
instructionibus doceatur / ista sunt mala / et
ideo ab oratione fidelium removenda / Infide
litas est credere / quod deo de novo possit
insinuari / et ideo Helias 3 Reg. 18 capitulo
deridet sacerdotes Baal dicens / Clama
te voce maiori / deus enim vester forsitan
in diversorio est aut in itinere aut certe
dormit ut excitetur / Sequitur nolite
ergo assimilari eis scilicet in multiloquio / et maxime
in intentione talis multiloquij / et in errore
eorum / et assignat racionem Scit enim pater vester
quid opus sit vobis antequam petatis / secundum glossam
Ideo non est opus narrare ut informetur /
sed per purificationem cordis eorum audiunt aut
tua / et ipsi peccatores [illegible] clamabunt ego ex
audiam eos / Contra litteram oriuntur dubia /
quia dicitur nolite multum loqui ergo multiloqui
in oratione est peccatum / Videtur quod sic Crisostomus dicit
quando diabolus te accusat / qui orationem
suam longo sermone protraxit / Contra prima ad
Thessalonicenses 5 / Sine intermissione orate

Et dominus Luc. 6 legitur in oratione pernoctas
se / et Matthei 26 / [illegible] prolixe legitur
prolixius orasse / Unde Aug. / et habetur
in glossa / salvator dampnat multiloquium nisi
debitum scilicet non multas [illegible] multas ob
secrationes in cordis puritate / quod sic fa
ciunt Et subditur in glossa / Et ihesus legitur
fecisse quia pernoctavit in oratione / et sic
fecit cum prolixius [illegible] / Opponit [illegible] / Di
monitione deus / cur sicut loquimur / Unde eo
multiplex est causa orationis verbis / prima est ut
obsequium debitum deo impendatur / Unde
Jo. Aliud est narrare ignoranti aliud
rogare scientem / quia illud indicium illud ob
sequium est / 2a ut homo deo serviat per
totum illud quod habet a deo i. non solum
mente sed et corpore / Unde ps. Propter hoc letatum
est cor meum et exultavit lingua mea
Tercia causa est ut devotio excitetur / Unde
glossa verbis cor accenditur / et in psalmis
servatur / Item quia deus oratur / ex quo
animus eius in nullo mutatur / ideo videtur
quod frustra oretur / Dicendum quod predestinatio di
vina / est preparatio gratie in presenti / et glorie in
futuro / Et ideo cum sit eterna sicut ab
eterno predestinavit aliquem ad beatitudinem
ita preordinavit modum per quem daret
sibi illam beatitudinem scilicet per merita sua
et orationem / Et ideo non frustra orat deum
quia oratio est illud medium per quod executioni mandatur ordinatio
divina / de consequi gratiam et gloriam / Et
eadem est ratio de omnibus aliis bonis
que cadunt sub ordine divine predestina
tionis / Nota quod multa per orationem homines re
cipiunt / Nam oratio deo multum placet /
quia per orationem homo se subdit deo / suam
infirmitatem recognoscendo / et dei ma
iestatem honorando / et eius pietatem
implorando / Primum est remissio peccati
2 Reg. 12. David postquam oravit au
divit / et dominus transtulit peccatum tuum
abs te / Et Matthei 18 Omne [illegible] omne
debitum dimisi tibi quia rogasti me / 2m

est vitiosa casus | ysa. 48 | laudem meam infre
nabo te ne peras | tercium est eductio a
prava consuetudine | Jo. 3. postquam oravit
Jonas eiciunt eum ceteris | quartum est miti
gatio ire dei | unde per orationem moysi pla
catus est dominus exo. 32 | et simile de fratribus
Jude machabei vitiis | ii. mach. 7. Socha
manerunt in oratione et castra timothei
fugerunt | quintum est victoria [illegible] de temp
tatione | mat. 26. orate ut non intretis
in temptationem | vi. amoto perplexitate | ii.
paralip. 20 | cum ignoramus quid agere de
beamus hoc solum habemus residui ut oculos
nostros ad te dirigamus | septimum est curatio
infirmitatis et cecitatis spiritualis | que est igno
rantia quantum ad intellectum et sterilitatis spiritua
lis id est bonorum operum quantum ad affectum | quorum
primum signatum est in thobia. Thob. 2.
quem per orationem a cecitate sanatus est
secundum signatum est in anna matre samuel
i. re. i. | et in ab. gen. 21 | curatio
est infirmitatis corporalium per orationem impet
tur Jac. ult. oratio fidei curabit infir
mum | vi. ergo oratio valet contra malum | [illegible] valet etiam oratio ad bonum | et primo ad bonum
gratie impetrandum | mat. 7. pater celestis dabit
bona petentibus se | et hoc est figuratum luce
i. in zach. | qui in oratione impetravit
Johannem. | secundo valet ad impetrandum bonum
sapientie | Jac. i. | si quis indiget sapientia
postulet in fide et dabitur ei | tertio ad
impetrandum bonum glorie | Johannis 16. pe
tite et accipietis ut gaudium vestrum
plenum sit | quarto ad impetrandum pacem
ecclesie | i. ad thimo. ii. | obsecro primum
omnium fieri obsecrationes orationes postu
lationes pro omnibus | et sequitur ut quie
tam et tranquillam vitam agamus | quinto
ad prolongationem vite | iiii. reg. 20. de
Ezechia cui facta oratione | additi sunt vite eius
15. anni | sexto ad multiplicationem fructus
terre | Jac. ult. | helias et cetera oravit

et celum dedit pluviam | septimo ad impetrandum vitam
contemplativam gen. 32. Jacob post orationem
et luctam cum angelo obtinuit benedictionem et
vocatum est nomen eius israel

Sic autem orabitis pater noster et cetera | Exclusio
modo orandi indebito | quo utuntur ethnici |
hic docet modum debitum et brevem | et primum
quo debent uti catholici | ubi primo docet brevem
orationem | secundo subdit causam ibi parti vero
ibi Si enim dimiseritis | oratio autem dividitur
in exordium | tractatum et conclusionem | In exordio bene
volentia captatur | cum dicitur pater noster | In tractatu
petitiones ordinantur | cum subditur sanctificetur
nomen tuum | In conclusione confirmatio petitionum
optatur cum addit amen | captatur ergo primo
benivolentia cum dicit pater noster | unde glossa. Brevis
captatio benivolentie premittitur pater noster et cetera
Sed obicitur | in hac voce pater captatur benivo
lentia | sed benivolentia captatur per reverentiam
ergo magis debuit dicere domine | quia pater | tu domine
magis sonat in reverentiam | Dicendum est
quod domine dicit reverentiam sed sic cui debetur timor
pater non dicit reverentiam amicabilem cui de
betur amor | In hoc ergo quod dicit pater et non
domine dat fiduciam impetrandi | quia filius citius
impetrat quam servus | unde Cris. non dicit domine
sed pater ut confidamus ut filii non ut timeamus
ut servi | ad ro. 8. non accepistis spiritum servi
tutis in timore sed adoptionis filiorum in quo clamamus
abba pater | pater meus | dicit nostri | pater generaliter quia
ad eum pertinet cura habere de omnibus unde
ys. 63. et nunc pater noster es tu nos vero lutum
et cetera Sap. 6. equaliter cura est ei de omnibus
sed specialiter est pater nostrorum per adoptionem | ro. 8.
non accepistis spiritum servitutis in timore sed ad
optionis filiorum in quo clamamus abba
pater | Et singulis pater christus per gratiam | ephes. iii.
flecto genua mea ad deum patrem domini
nostri ihesu christi | et Jo. 20. ascendo ad patrem
meum | In hoc ergo quod dicit pater nostri vitatur adula
tionem ut nemo sibi applaudat de nobili
genere | Mal. 2. numquid non unus pater omnium nostrum

Et ideo dicit glossa: monet nobiles et divites non
superbire contra inferiores, nec enim bene potest dicere pa-
ter noster nisi fratres sint. Item invitatur ad mutuam
dilectionem. Genesis 13. dicit Abraham ad Loth: ne quaeso
sit iurgium inter me et te, et inter pastores
tuos et meos, fratres enim sumus. Item invitatur
ad mutuum auxilium. Proverbiorum 18: frater adiuvatur a fratre
vel sic dicit ergo pater noster. Et una communi nobilitatem
ondat, ut habeant inter se concordiam habeant,
et ut sibi mutuo auxilium exhibeant. Sed
queritur an peccator possit dicere pater noster. Videtur quod non
sit. Et intelligendum est in spe, vel in re, per
creationem vel permissionem. Qui es in celis, in celestibus et
corporalibus propter notabilium effectuum evidentiam,
vel qui es in celis, scilicet in gloria, id est in sanctis per
gratiam, et in beatis per gloriam. Iusta quod dicit
qui es in celis docemur celestia desiderare ut
sic illuc spem nostram erigamus ubi premium habemus
vel glossa in celis in quibus habitat festinare ut distat
et celestia abeo querimus. Et ergo in hoc quod di-
citur qui es in celis monet et excitat orantes
ad celestia. Vel sic per celos intelligantur
sancti, sicut monet nos salvator ut per statum
eorum laboremus, ut mereamur fieri habitaculum et celum
dei. Queritur ex quo deus est ubique, quare
magis dicitur esse in celis quam in aliis locis.
Respondeo sicut anima est in qualibet parte corporis
totaliter, tamen in alia magis, in alia minus et
remissius operatur. Ita deus existit et omni
loco, tamen magis dicitur esse in celo, quia ibi magis
relucet bonitatis potentie eius effectus quam in
alio loco. Ibi ergo principaliter locus et de
operatur. Hic erit ubi operatio eius magis
apparet. Sicut sedes anime dicitur cerebrum vel cor
secundum alios, a filii celi dicuntur propter perpetuam visum.
In celis autem dicitur, ne in celo quia in uno, quia
in celo stellato evidentior est eius operatio
temporalis. Ita in celo empyreo manifestior
est eius actus perpetuus et habundantior effec-
tus in celo trinitatis, sicut sanctorum intelligentie
semper diligentie, secundum dicit Augustinus 12 confessionum. Secundum
Sanctificetur nomen tuum. In ista petitione ordi-
natur petitiones omne petibile continentes.
Unde beatus Augustinus ad Probam: Si recte et con-
venienter oramus, nihil dicere possumus
quam quod in ista oratione dominica positum est.
Nam in hac oratione continentur omnia que
desideramus et que fugimus. Inter omnia
desiderabilia illud precipue desideratur
quod plus amatur, hoc est deus, et ideo
primo petimus gloriam dei cum dicimus: Sancti-
ficetur nomen tuum. De deo autem sunt desider-
abilia tria, que pertinent ad nos. Primum est
quod perveniamus ad vitam eternam, et hoc
petimus cum dicimus: Adveniat regnum tuum.
Secundum est quod faciamus voluntatem dei et insti-
tiam, et hoc petimus cum dicimus: Fiat volun-
tas tua. Tertium est ut habeamus necessaria ad
vitam, et hoc petimus cum dicimus: Panem
nostrum supersubstantialem, vel sicut Lucas continetur.
Et de hiis dicitur Matthei eodem capitulo primum:
Querite regnum dei, quo ad primum, et iusti-
ciam eius quo ad primum, et hec omnia adicientur
vobis quo ad tertium. Que autem fugienda
sunt et vitanda, sunt ea que contrariantur bono.
Bonum autem quod ponitur desiderabile est
quadruplex ut dictum est. Primum est gloria
dei, et huic nullum malum est contrarium sive
per se, quia et de bono et de malo resultat
gloria dei, de bono in quo remuneratur, de
malo in quo punit. Unde Job: quis non
celabit eum si noster peccaverit. Secundum bonum est
vita eterna, et huic contrariatur peccatum, quia per
peccatum perditur. Et ideo ad removendum
hoc dicimus: Dimitte nobis debita nostra.
Tertium bonum est iusticia et bona opera, et
huic contrariatur temptatio, quia temptationes
nos impediunt et retrahunt a bonis et
iustis operibus. Et ad hoc removendum
petimus: Et ne nos inducas etc. Quartum
bonum est corporalis vite necessitas, et huic
contrariantur adversitates tribulationes, in-
digentia huius vite, et ista sunt mala
pene, et ad hoc removendum petimus:
Sed libera nos a malo. Petitur ergo sic
ut non dei sanctificetur, id est ut stium ab
hominibus habeatur. Unde Augustinus in libro de

sermone domini in monte. Cum dicimus sanctificetur
nomen tuum, non hoc petimus quasi non sit sanctum
nomen eius, sed ut sanctum ab hominibus habeatur,
quod pertinet ad gloriam dei in hominibus propagan-
dam. Beda super Johannem: Sanctificetur nomen tuum
non in se, quia sanctum est et sanctum nomen eius,
sed sanctificetur in nobis subditur. Si enim
per pravos nomen dei blasphematur
in terris, ita per amplius iustos sanctifica-
bitur. Maiore et ardore cum omnia debemus deside-
rare et petere ut deus glorificetur. Unde
psalmista: non nobis domine non nobis sed nomini
tuo da gloriam. Sanctificetur nomen tuum
per amorem in corde, per reverentiam in ore,
per efficaciam in opere, per gloriam in remunera-
tione. Secundo petitur vita eterna cum dicitur:
Adveniat regnum tuum. Adveniat id est
ad nos veniat regnum tuum id est vita beata,
de hoc regno scribitur Matthei 25: Venite
benedicti patris mei percipite regnum. Et
merito vita beata regno comparatur, quia
sicut in regno temporali habentur omnes
sufficientie, sic in vita beata habebuntur omnium
bonorum habundantia. Et convenienter dicitur
Adveniat regnum tuum quia non possumus
ad deum venire ad gloriam nisi
ipse prius veniat ad nos. Unde Augustinus
super Johannem: Ille enim venit quem gratia dei
prevenit. Et Johannis 6: Nemo potest venire
ad me nisi pater qui misit me traxerit
eum. Adveniat ergo regnum tuum, non quod
de novo fiat quod semper fuit. Unde psalmista:
Regnum tuum regnum omnium seculorum. Adve-
niat nobis ut in eo regnemus. Unde Augustinus
ad Probam: desiderium nostrum ad illud
regnum excitamus ut nobis veniat
atque in eo regnemus. Et quia bonum glorie
datur per bonum gratie, ideo subditur 3 petitio:
Fiat voluntas tua, id est da nobis gratiam ut secundum
tuam voluntatem faciamus. Per gratiam enim
fit voluntas dei in nobis et a nobis. Unde
Idem: voluntas dei fit quando beneplacita

secundum illud Ysaie 46: omnis voluntas mea fiet.
Sed oramus ut libertas arbitrii nostri subiaceat per gratiam
sue voluntati. Vel oramus ut suis preceptis
obediatur, qui ergo obedit precepto dei facit
voluntatem dei, quia preceptum est voluntas dei
signi. Sicut in celo et in terra, id est sicut fit a
beatis sic fiat ab hominibus viventibus, unde per beatos
qui sunt in celo sunt confirmati in conformitate regule divine,
ideo non possunt desiderare vel declinare a divina vo-
luntate; et ideo nos qui sumus in via et non
sumus sic confirmati petimus ut divina gratia hoc
suppleat in nobis tenendo voluntatem nostram
in conformitate ad suam in operibus nostris sicut
conformantur illi qui sunt in celis. Hec petitio
fiat voluntas tua est multum efficax, quia
per hanc petitionem homo totaliter subdit se voluntati
divine. Unde salvator imminente sua benedicta
passione legitur dixisse: Pater mi si non potest transire
calix iste nisi bibam illum fiat voluntas
tua, Matthei 26. Sequitur: Panem nostrum supersubstantialem.
Hic ponitur 4 petitio in qua petitur vite neces-
sitas, non superfluitas, non voluptas, cum dicitur
panem. Panis enim importat non carnes, non
pisces, id est non aliquid superfluum, sed quod necesse est.
Unde Ecclesiastici 29: Initium vite hominis aqua et
panis. Hic ergo 4 loco petimus bonum temporale
ad sustentationem. Vita ergo non petit petimus
non vestes preciosas sed vite necessaria. Panem
nostrum. Addit nostrum secundum Crisostomum ut nemo sibi pro-
pria asseret. Unde Crisostomus: omnia que nobis dat deus,
sive orantibus sive militantibus, non solum nobis
dat sed et aliis per nos dat, ut de eo quod
accepimus propter impotentibus et pauperibus
demus. Panem nostrum supersubstantialem, id est ad sub-
stantiationem super addentem. Et quia quecumque
sustentatio corporalis potest dici panis
supersubstantialis. Dicitur quod cum adeo sit quod subsistimus
in vita et hoc iam ab eo accepimus, restat
ut ab eo petamus ut super addat sustentationem
qua in esse conservemur. Et ideo panis dicitur
supersubstantialis quia addit ad conservationem substantie.
Et in Luca dicitur cotidianum. Sequitur: Unde
prevenit hec dicta. Unde secundum Idem ap.

Sicut in celo

Vita
3
panem nostrum

grecos dicitur epyusion quod interpretatur supersubstantiale
apud hebreos segolla quod nos dicimus cottidianum
In aliis exemplaribus ponitur peculiare vel
precipuum / Et ideo beatus Jeronimus exponit supersubstantiale
i. precipuum / panem nostrum supersubstantialem vel cotti
dianum / Ideo dicitur cottidianum quia qui supersubstantiale
sumunt non comedunt cottidianum sed in textu
dicto / cottidianum i. cottidie necessarium / Da / ideo
dicit da quia nec minimum sine possumus nisi tu
des presertim deus dat escam omni carni / Da nobis
qui sumus filii / hodie i. in presenti vel hodie
quia nescimus si in crastinum perveniamus / Potest
etiam ista petitio intelligi de pane sacramentali
pro quo spiritualiter cottidie sustentamur / panem
scilicet eukaristia nostrum quia pro nobis oblatum supersub
stantialem dignitate / da participatione spirituali
hodie i. in vita presentis vite / Sed hic queritur utrum
homo possit licite orando temporalia bona petere / Et
videtur quod non / Sed non debet petere nisi bona et
utilia / sed quedam temporalia sunt nociva / non
solum spiritualia sed et temporalia / ergo non sunt adeo
in oratione petenda / Sed in contrarium est dominus sal
vator qui dicit panem nostrum etc. quod exponitur
de temporalibus bonis vite necessariis Et pro. 30.
dicitur / Tribue tantum victui meo necessaria / Respondeo Sicut
dicit Augustinus ad probam de orando deum / hoc
licet orare / quod licet desiderare / sed temporalia licet
desiderare / non quidem principaliter / sed sicut quedam
amminicula quibus adiuvamur ad tendendum
in beatitudinem / et in quantum deserviunt ad actus
virtutis / Et ideo non sunt petenda absolute / sed
in quantum promovent ad salutem / Sunt autem quibus
prosperantur / et quibus beatitudinem inveniunt sed pe
tunt absolute / secundum illud unde facie tua et
salui erimus Et secundum illud / Dona me domine
in semita mandatorum tuorum / Et quia temporalia sunt
quibusdam nociva / Ideo ipsa petimus ut nobis
concedantur secundum quod expediunt ad salutem / Sed
Et dimitte nobis debita nostra / Post petitiones
boni consequendi / subdit petitiones mali auferen
di / In ista quinta petitione / petit malum
auferri / quod contrariatur vite eterne / et hoc est peccatum

unde prima ad cor. 6. neque fornicarii neque
ydolis servientes etc. regnum dei possidebunt / Et ad hoc pertinet quod dicitur dimitte
nobis debita nostra i. peccata quibus anima obli
gatur ad penam / Addit sicut et nos
dimittimus debitoribus nostris hec est lex
nobis imposita / quod si volumus nobis dimitti
peccatum nostrum / tunc debemus dimittere proximis
peccatum in nos commissum / Ista tamen dimissio
potest intelligi duobus modis quantum ad offensam
et quantum ad rancorem / Et hoc est necessitatis
quia tenemur omnes diligere ex caritate / Eccli.
28. Remitte proximo tuo nocenti te
et tunc deprecanti tibi peccata solventur / Sed hoc non
fuerat iram / et ideo continet medela / Alio
quantum ad iniuriam / Et hoc non est necessitatis / sed
potest supererogationis / Sicut enim pecuniam
ablatam non tenemur quando auferentibus dimittere
sed petere potest / Sic de iniuria nobis illata potest
recompensationem vel emendam petere secundum ordinem
iustitie / Unde Augustinus tamen modeste agitur
ut sibi pecunia restituatur / non tam curans
de pecunia quam de correctione debitoris / vel
de nolentis quod potest reddere / non solum non
peccat / sed plurimum prodest ei qui exigit
ne dampnum fidei patiatur / Item queritur
utrum peccatores orando aliquid impetrent
et videtur quod non / Jo. 9. dicitur Scimus quia
deus peccatores non audit / Sed in contrarium dicitur
quod peccatores orant pro dimissione peccatorum
et frustra orarent / si non impetrarent / Et
beatus Augustinus super Joh. dicit / Si peccatores non
audiret deus / frustra publicanus dixisset
deus propicius esto mihi peccatori / Respondeo
in peccatore duo sunt consideranda / scilicet natura quam
deus diligit / et culpa quam odit / Si ergo
peccator ad petit in quantum peccator i. secundum desi
derium peccati / adeo non exauditur ex misericordia
sed quandoque auditur ad vindictam / dum deus
permittit peccatorem adhuc amplius ruere
in peccata / Deus enim quedam negat propicius

dicit
Utrum homo possit temporalia bona petere
[illegible]
Et dimitte
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

que accedit beatus ut Aug(ustinus) d(icit) / Oracionem
vero patris ex bono desiderio procedentem
deus audit / non q(uan)do ex iusticia / q(ui)a petitor
hic mereatur s(ed) ex pura m(isericord)ia / Observat(ur)
tamen quatuor condicionibus / ut s(cilicet) p(ro) se petat / ad
salute(m) nec(essari)a / pie / et perseveranter / Ad i(llu)d
Jo(hannis) 9 Scimus q(uia) deus peccatores non au-
dit / R(espon)d(et) beatus Aug(ustinus) sup(er) Jo(hannem) / Ille
cecus est ceci adhuc non uncti i(d est) non
p(er)fecte illuminati / et ideo non est ratum / q(ui)a
non possit verificari si intelligatur de pec-
catore m(ortali) q(ui)a est peccator / p(ro) quo c(on)cessus mod(us)
oro eius est exaudibilis / Sequitur Et ne
nos etc. / q(ui)a non sufficit ad salutem
dimissio peccatorum p(re)teritorum / si ho(mo) p(er)mittatur
recadinie / et succumbat temptacionibus futurorum
peccatorum / Et de hic sequitur s(e)c(un)da peticio
s(cilicet) amocio mali futuri / de quo d(icitu)r Et
ne nos inducas in temptacionem i(d est) in-
duci p(er)mittas / Non enim petimus ut non
temptemur / q(ui)a temptari non est malum
s(ed) magis est ad virtutis exercicium cui vi-
liter resistitur / p(ro)pter q(uo)d dicebat ps(almista) p(ro)ba
me d(omi)ne et tempta me / S(ed) petimus ne
in temptacionem inducamur i(d est) ne ab ipsa de-
vincamur / Sequitur septima Sed libera nos
a malo s(cilicet) p(er)ne q(uo)d est ad penam reducti
ini(qui)tas / a malo mundi / ne nos conburat p(er)
cupiditatem / q(ui)a totus mundus in maligno
positus est / p(rim)a Jo(hannis) v(ltim)o / a malo carnis
ne nos absorbeat p(er) voluptatem / quia
non habitat in me i(d est) in carne mea bonum
ad Ro(manos) 8 / Sequitur Amen / optacio
est adimplecionis omnium peticionum / Hic
accipitur mens peticionum / s(cilicet) q(uod) septe(m) viciis
p(ri)ma peticio est contra luxuriam que non
sanctificat nomen dei s(ed) contra in eam c(on)pol-
luit / S(ecund)a contra avariciam que non regnum
dei cupit s(ed) terre / t(erci)a contra accidiam que
non facit voluntatem dei / q(uar)ta contra gula(m)
cui panis non sufficiat / q(ui)nta contra iram
que iniuriam non dimittit / s(ext)a contra superbia(m)

que in temptacionem inducit / s(eptim)a contra invidiam
que malum alterius querit / Item beatus Aug(ustinus)
in libro de s(er)mone d(omi)ni in monte aptat istas
septem peticiones ad dona sp(irit)us s(an)c(t)i et ad
beatitudines / Ita q(uod) p(er) istas peticiones impetrantur
et dona sp(irit)us s(an)c(t)i et beatitudines / ibi vide
Hic queritur de oracione dominica / que tamen pau-
ca verba complectitur / Videtur q(uod) septem voces
sunt ut citius fiat / s(ecund)o ut melius retineatur /
t(erci)o ut frequentius dicatur / q(uar)to ut tedium in dicendo
removeatur / q(ui)nto ut de eius ignorancia nullus
excusetur / s(ext)o ut fiducia cito impetrandi
habeatur / s(eptim)o ut in devocione mentis / non in
multiplicacione verborum vis oracionis ostendatur
Item lucas ponit quinque peticiones tamen / iste
septem / q(uo)modo videtur iste sup(er)fluus vel ille dimi-
nutus / R(esponsio) matheus ponit magis explicite
et sic sunt vij / lucas magis implicite / Unde
sub s(e)c(un)da intelligitur tercia q(uia) qui petit gloria(m)
et implicite petit gra(tia)m / Et illa petitur in hoc
q(uo)d d(icitu)r fiat voluntas tua / Similiter illam
Sed libera nos a malo intelligit in illa
Et ne nos inducas in temptacionem ut sciat
unusquisque liberari a malo cum non inducitur
in temptacionem
Si enim dimiseritis hominibus peccata etc. / In ista
p(ar)te / subdit quandam in dicta oracione positi-
onem / Et enim condicio in q(uin)ta peticione posita /
difficilis est infirmitati humane / Ideo p(er)suadet
specialiter illam / et inducit ad dimittendum aliis /
Ubi ondit p(rim)o q(uo)modo dimittet / s(ecund)o q(uomod)o
retinet / ibi Si aut(em) non dimiseritis / Dicit ergo
sic Si enim dimiseritis / non rancorem retine(n)-
do / non appetendo vindictam hominibus peccata
eorum in vos commissa / dimittet et vobis pa-
ter celestis delicta vestra / Remittit enim non
dicit vos homines si dimiseritis hominibus etc.
Unde glo(sa) / Sicut hominibus d(icitu)r / q(ui)a in hoc q(uo)d
peccant / homines sunt / Gen(esis) 6 / Non p(er)manebit
sp(iritu)s meus in homine q(ui)a caro est / qui
aut(em) dimittunt magis homines / sunt sicut d(icitu)r
Luc(e) nichil enim ita deo assimulat
sicut iniusta facientibus ignoscere / Nota

pñe celestis meruit ut ondet nos deberi celestib3 conformi vbi nulla est int̃ fres ꝑturbacõ / Vel pñs celest̃ meruit ut ꝓuocaret auditores dimitte̅ / qꝛ pr̃ illos qui veniam nõ negat / in celis vult remunare / ⁊ in pn̄ti ꝑcta ꝑtã corꝑ 9donare / Vnde dn̄s de facili dimisit pctm̄ dauid / cũ veniã 9missiu̅ / 2ͥ Re̅. 12 / Jtmã dauid de facili dimisit Semey maledicēti sibi 2ͥ Re 19 / Et ad petitioñ abigail / iniurias passus a nabal p̄ͥ Re. 27 / Seqͥ Seqͥ Si aut̃ nõ dimiseritis hoĩb3 veniã petetib3 / nec pr̃ vr̃ dimittet nob ꝑctã vr̃a / Vnde Jac̃ 2ͦ Judicium sine mĩa fiet ei qui nõ fecit miãm / Et d̃ ꝑctã vr̃a / qꝛ ꝑctm̄ est solius / hoĩs / in malo enĩ pt̃ hõ ꝑ se nõ in bono / Nõ videt̃ q̄ ar̃ dn̄i nõ ꝑcedat / qꝛ ipse arguit a destructioe oñtis ꝑpriis 9dic̃oĩs ad destructionem 9ntis / ⁊ id ar̃ nõ habet / nõ sequit̃ Si sor ẽ sor mõ / go ſi sor nõ ẽ sor nõ mõ / Dicendum q̄ ar̃ a destructioe antis ad destructionem 9ntis tenet in 9uertibilibus / p3 go q̄ sunt 9uertibilia dimitte̅ peccãt̃ ⁊ dimitti a deo / Seqͥ Cũ aũt ieiunatis / Dnp̄us saluator remouit duplice̅ ypocrisim ab elia ⁊ orone / hic remouet ypocrisi a ieiunio / Et p̄ͦ remouet modum indebitum / 2ͦ ꝑsuadet modum debitum ibi Tu aũt cũ ieiunas / Jtem p̄ͦ ꝑcedit dehortando sic 3ͦ sic aufeendo / simulacõm / 2ͦ argu̅do ꝑuam intecõm ibi Exterminant enĩ / 3ͦ 9minando futurã 9dempnacõm ibi Amen dico vobis / Dt̃ go sic cũ ieiunatis qui ꝑpedit ꝑ te / nolite fi̅ nõ solum ꝑhibet dn̄s fac̃ s3 velle / cũ d̃ nolite / In volũtate enĩ est ꝓma radix merendi vel demerendi / Jtem fi̅ ꝑhibet / nõ ee s3 fieri / Docens dn̄s q̄ nõ pt̃ ee hilaris qui ieiunat nõ dixit nolite ee tristes / s3 nolite fi̅ / Aliud aũt est ee / aliud fi̅ / Assiduum aũt ieiunium naturalis facit ee tristem / qui aũtem ꝑ ypocrisim pallentes apparent / tristes nõ sunt / s3 fiunt sicud ypocrite in apparencia tristes /

ut ipsa vultus tristicia sit ostentacõ ieiunij / Ypocrita d̃r ab ypos q̄ est sub ⁊ crisis q̄ est aurum q̄ͥ subaurum ul̃ sub honestate exterioris 9uersacõnis / hic absconditur pluris falsitatis / Seqͥ Exterminant enĩ facies suas / demoliunt̃ ul̃ dissipant honestatẽ vultus / Exterminare ꝓprie est extra t̃mĩos eicẽ ut exulem face̅ ul̃ huiusmodi s3 hic capitur ꝑ deturpare / Vnde glõ Exterminant .i. extra t̃mios humane 9dicionis abducunt / Illi go facies exterminant qui quadam tristicia eo modo solito alios deturpant / ut religiosi ꝑfectis appareant / Vel alit̃ sc̃d̃ enĩ sunt aliqua vngenta ad decorandum faciem quib3 vtunt̃ mulieres ad simulandum pulchritudinem / Jta sunt quedam vngenta ad exterminandum ꝑ deturpando nõ facie / Et forte talibus vngentis vtebant̃ ypocrite ad simulandum ꝑniam / sicud ⁊ nc̃ quidam mendicantes talib3 vtunt̃ ad extorquendum pecuniam ꝑ questu / Exterminant enĩ facies suas / Et bñ d̃ facies q̄ nũq̃ appent q̄ͥ bracchia ul̃ pectus / ꝑcitur enĩ iactancia de nimio nitore ⁊ de nimio squalore vultus ⁊ vestium / Et ideo medium ẽ tenend̃ / Exterminant enĩ facies suas ut appareant hoĩb3 ieiunantes / glõ Sive nitore sive squalore reprehendit hic ut sup̃ / Jtem glõ / nõ ꝑhibet virtutem s3 fictã virtutis speciem / ut appareant hoĩb3 ieiunantes plus q̄ͥ alij hoĩes / luc̃ 18 / nõ sicud ceteri hoĩes etc̃ / Seqͥ Amen dico vob / hic ponit 9minacõm cũ assercõne Amen dico vob receperunt mercedem suam .i. laudem humanã q̄ voluerũt hic ꝑ ieiunio / s3 adhuc recipiet mercedem ꝑfectiõe ⁊ simulacõne .s. dampnacõm eternã / Et nota d̃ receperunt nõ recipiunt / qꝛ tã leue adeo vilis est q̄ q̄ͥ nichil h̃t de pn̄ti / Vn̄ gregorius nõ est tantum labis hoĩm 9mitte̅ glĩe sua / qꝛ 9mittit̃ citõ ẽ utiq̄ sic sera

z sine clamore | ita laus tua posita in ore meo non est in tua sed in mea potestate et tu
meo libito possum laudare vel derogare
Non tres ieiunandi que consistunt in hoc
usu | Abstinet eger / egenus / cupidus / gula
gula virtus | Si queratur quare dicit i
psi cum ieiunat | et statim subdit i sim'
tu aut cum ieiunas | Ubi supra | quod
christus ieiunium malorum quod sunt mixti | sed
postea suadet ieiunium bonorum quod sunt pau
ca sunt | Tu aut cum ieiunas | hic suadet
modum ieiunandi debitum | Ubi tangit tria
primo ieiunantis debitam operacionem / 2° operis
racionem ibi ne videaris | 3° sic operantis
remuneracionem ibi Et pater tuus | Dicit ergo Tu
aut cum ieiunas unge caput tuum sicut
dicit beati Benedicti erunt in ieiunio oleo
ad leticiam delibuti | Ideo sumitur Tab. hoc
methaphorice accipitur secundum glossam et est Tab.
palestinis mos erat in festis caput
ungere | ergo caput unge i festiva et hila
re te exhibe 2 ad cor 9 hilarem enim
datorem diligit deus | Et faciem tuam
lava ad literam ne sordidus appareas
deo dicit quod deo unge oleo leticie quod
est contra ypocritas | lava et aqua mundicie
quod est contra ostentacionem faciei | Item sumitur dupliciter
tres iusticie lava faciem a contraria ama
ritudine | unge caput i mentem bo
no gaudendo | et sic sanctificat ieiunium
Item unge caput i christum oleo misericordie
super pauperes reficiendo | Unde sic ne videaris
hominibus ieiunans | In hoc removet
intencionem pravam scilicet querere assum favoris
et laudis humane | Unde glossa hominibus
ieiunat qui favorem eorum captat
Suadet intencionem rectam cum addit
Set patri tuo pro racionem pro adopcionem pro
glorificacionem | Qui in est in abscondito secundum
glosam i qui est invisibilis | qui et ab
scondita manifestat, ys xi. Vere tu es
deus absconditus | qui est in abscondito cordis
pes. Scrutans corda et renes deus | In ab
scondito remuneracionis, ps. xxx. Quam magna multitudo
dulcedinis tue quam abscondisti timentibus te
Et pater tuus qui non obliviscitur gloriose sue | qui
videt in abscondito videt i approbat rectam
intencionem tuam In abscondito i in consciencia tua
ubi ipse est Reddet tibi talis ieiunii in
eodem cap. 10 Reddet deus mercedem
laborum suorum sanctorum | Non quod multa bona pro merito
ieiunii retribuit | Primum est evitacio supplicii
quod in Jone 3° | Ubi deus misertus est ninivitis
pro ieiunio | 2m est enervacio dyabolice potestatis
temptacionis | signatur Judith 13 de Judith
dicitur quod post ieiunium amputavit caput
holofernis | in quo suggestio demonum signatur
3m est eliminacio lascivie carnis | pro qua
dyabolus recedit | Mt. 9 hoc genus demoniorum
non potest eici nisi in oracione et ieiunio | Ideo
oracione sanantur pestes animarum ieiunio pestes
corporis | et sic valet contra malum amovendum
valet ad bonum adipiscendum | Et primum est corporis
sanitas | Eccl. 31 vigilia et colera et tortura
viro infrenito | sompnus sanitatis in homine
parco | 2m est impetracio sapiencie | Unde Dan
primo ipse abstinencia dedit deus intelligenciam
pueris | Et 10 eodem post ieiunium eloquio
mandatum tu scilicet et revelacio Dan | 3m est
impetracio doctrine | Exo. 38 legitur quod moy
ses ieiunavit xl diebus ut susciperet legem
quod doceret populum | 4m bonum est impetracio gracie
Unde de ieiunio quod debite sit cum aplicacione
misericordie dicitur ysa 58 Nonne hoc est ieiunium
quod elegi dissolve colligaciones impietatis
solve fasciculos deprimentes frange e
surienti panem tuum et Et sequitur tunc
erumpet quasi mane lumen tuum et sanitas
tua citius orietur | 5m est consumacio gracie
ysa 30 dabit tibi panem artum et aquam
brevem et non faciet ultra avolare a te
doctorem tuum i christum pro graciam | Ideo de

lia Nolite

pertinet ad bonum gloriae | quod scriptum in Ecclesiastico x.
xix. Sermo post Trinitatem quo dicens pervenit
ad mortem dum orabit i. ardor sequitur. Nolite
thesaurizare etc. Supremus salvator docuit sim-
plicitatem intentionis in operibus iustitiae cum
dixit | Attendite ne iustitiam vestram faciatis
Hic docet simplicitatem in operibus supererogationis
tionis et exemplificat in duobus in thesauro
et caelo. Docens primo preceptum contemptum terrenorum propter
preponit / qui in infinitum bonus est / et eternus /
Ideo in infinitum meretur puniri / Et
quia peccator non potest sustinere penam infinitam
intensive / ideo punitur in infinitum ex
tensive / Vel dicitur non actus temporalis sed
peccatum mortale eternaliter punitur / sed eternitatem
illius in quo peccatur / cum est sic etiam
implentibus macula / bona eterna promit
tit / peccantibus non minatur penam eternam
Vel dicitur quod licet actus peccati sit brevis
tamen reatus eternus / et ideo iuste punitur
eternaliter / Item peccator peccat in suo
eterno / et ideo debet puniri in dei eterno
vel dicitur quia eterna voluit hic peccati fruitione
eterna inerent videre felicitatem

Et insuper sicut dicit Hugo de sancto Victore
Sciare debes quod iustum sit ut culpa que
cum fine perpetrata est, sine fine puniatur.
Et videtur hoc recte dicetur, si districtus
iudex non corda hominum sed facta pensaret.
Iniqui enim ideo cum fine deliquerunt quia
cum fine vixerunt, qui voluissent utique si
potuissent sine fine vivere, ut potuissent
sine fine peccare. Ostendunt enim quod in peccato
semper vivere cupiunt qui nunquam desinunt pecca-
re dum vivunt. Ad magnam ergo iusticiam
iudicantis pertinet ut numquam careat sup-
plicio qui in hac vita nunquam voluit ca-
rere peccato. Idem dicit glosa super illud
ad Ro. 2. eternum reddet unicuique iuxta
opera sua. Idem quod peccator proponit in se
bonum quod posset esse eternum. Unde Augu-
stinus dignus est malo eterno qui in se
perimit illud bonum quod posset esse eternum.
Sed peccator semper portat maculam peccati
que non tollitur nisi per gratiam etc.

Quid autem vides

Quid autem vides festucam etc. Hic ar-
guitur iudicium presumptuosum quod est ex
indignitate vite. Primo arguit temeritatem
sive visionem. 2º severitatem seu mordina-
tam reprehensionem ibi aut quo dices. 3º
simulacionem ibi ypocrita eice primum. Primum
quod arguit iudicium cordis. 2um de
verbo oris. 3um facto operis. Dicit ergo sic
Quid autem vides festucam in oculo fratris
tui, id est quomodo presumis iudicare fratrem tuum
de parvo seu minimo peccato. Et trabem in
oculo tuo non vides, id est ex quo te ipsum
de magno crimine quod in te est non di-
iudicas, ac si diceret tale iudicium est
presumptuosum et ... iudicium de minimis etc.
Unde glosa ... meritur aliquis ab hoc iudicio
abstinens, quod quamvis quis sit sanctus, alie-
na facile reprehendit. Item glosa: eice modo
de animo iudicium ut parcens maioribus
alius non iudicet de minoribus. Trabs oculis
est intencio etc. id est posuit actum super

corda eorum dicitur de parvis peccatis. Festuca
que de facili consumitur culpa venialis que
fervore caritatis modico removetur. Job 13
Stipulam siccam persequeris. Trabs que solida
est et conspicua difficilius culpa mortalis. De qua
dicitur in alia methaphora Job 41. Cor eius
indurabitur quasi lapis. Unde Augustinus in libro de
sermone domini in monte: Quantum inter festucam
et trabem, tantum inter iram distat et odium.
Odium enim ira est inveterata, que vetustate
sua tantum robur accipit ut merito trabes
appelletur. Videns ergo fratrem suum irasci
aliquando ex humana infirmitate vel et necessitate,
ipsum odio vel invidia vel malicia dampnat.
Hic videt festucam in oculo fratris sui, id est iram
levem, trabem autem in oculo suo non videt, id est
odium vel invidiam. Sequitur aut quo dicis
fratri tuo. Hic saltem arguit malam rep-
rehensionem. Valde enim presumptuosum est quod ille
aliquid reprehendit in alio quod in se rep-
rehensibile invenerit. Ideo Ro. 2º. Qui predicas
non furandum furaris, qui
dicis non mechandum mecharis, et qui alium doces
te ipsum non doces. Dicit ergo sic aut quomodo
id est qua presumpcione audacia dicis fratri tuo minus pec-
canti vel innocenti. Sine, id est pacienter
sustine. Eiciam festucam de oculo tuo, id est
peccatum leve de corde, vel interiore tua cor-
rigendo te. Et ecce est in oculo tuo. Unde
aperte trabes, id est peccatum grave, quod omnibus patet
Crisostomus: Sicut ydropicus corrigens eum
cui digitus tumet, ipse suum ventrem inne-
mor est. Item Crisostomus: Videre festucam et ei-
cere non est omnium, sed doctorum et sanctorum. Sequitur
ypocrita eice primum. Hic docet redire ad
rationem ordinem. Dicit ergo ypocrita. Ypocrita
est omnis doctor qui non facit quod docet,
quia talis appetit videri quod non est. Ypocri-
ta eice primum trabem de oculo tuo. Et hoc
propter tria. Primum est quia magis cognoscit homo
que sua sunt quam que sunt alterius. 2um est quia plus
cognoscit maiora quam minora. 3um quia
plus diligit se quam alium. Et tunc videbis

Augustinus: Item nimia
peccata reprehendentem
et sua magis non vi-
dentem salvator
ypocritam appellat.
Ita reprehende vel
accusare vicia est
officium bonorum vi-
rorum, quod si mali
faciunt aliorum partes
agunt et personam dolorum
fingunt quod ipse ypo-
crite nominat

Et frequenter contingit quod homo attendit leve peccatum alterius et quam gravi peccato ipse sit involutus non considerat. Ut obiurga-
forte aliquis ira peccavit ex humana infirmitate vel necessitate. Tu vero peccasti odio. Ipsam in fratre reprehendis.
Et odium in te ipso non consideras. Tantum enim distat ira ab odio, tantum distat festuca a trabe. Omnes enim
qui reprehendendo magis curant vituperare quam emendare superbia vel invidia peccant, ut dicit Augustinus.

eice festucam de oculo fratris tui .i. postquam
te curaveris / poteris postea curare fratrem / Un-
-b. de greg. in omel. Sordes manus tergere non
valet / que lutum tenet / mundus enim apud
se debet esse / qui curat aliena / Et dicit salvator
nominatim Tunc videbis secundum glo. ante oculos
quia caligine peccati pressus. sed postquam se ipsum
et sua conscientiam purgavit tunc aptus erit
fratrem suum emundare / Hic queritur utrum peccator
possit corrigere peccatorem / videtur quod sic / quia
corrigere fratrem fraternaliter cadit sub precepto /
sed peccatum non absolvit a precepto / ergo peccator
potest et debet corrigere peccatorem / Ex in contrarium
videtur hic de textus quia dicitur hic quomodo dicis
fratri tuo sine etc. / Videtur quod peccator redditur
indignus / ut alium corrigat explicite / Respondeo
si magnum peccatum commisit / non est dignus
ut alium corrigat de minori peccato / Unde
super illud. Quid vides festucam etc. dicit Jo.
de hiis loquitur qui cum mortali crimine deti-
neantur obnoxii / minora peccata fratribus non conce-
dunt / 2o redditur indebita correctio propter scan-
dalum quod sequitur ex correctione / si peccatum cor-
ripientis sit manifestum / quia videtur quod ille qui
corrigit ex caritate / sed magis ad contrarium /
Unde super illud quo dicis fratri tuo dicit Cris-
ostomus non alios sanare sed per bona doctrinam
malos actus celare / et laudem ab hominibus
querere / 3o modo propter superbiam corripientis / magis
si peccatum propria preponderans / se ipsum peccatoribus pre-
fert in corde suo / Unde aug. in libro de
sermone domini in monte / accusare vicia officium
est bonorum / quod cum mali faciunt alienas
partes agunt / sed tamen est secundum bonum
aug. in eodem libro et habetur hic in glo:
Cogitemus cum aliquem reprehendere necessitas nos
cogit / utrum tale sit vicium quod numquam habuimus /
et tunc cogitemus nos homines esse / et habere potuisse
vel esse tale quod habuimus / et iam non habemus / et tunc
tangat memoriam communis fragilitas / ut
illam correctionem non odium / sed misericordia prece-
dat / Si autem invenimus nos in eodem

vicio esse / non obiurgemus sed congemiscamus
et ad pariter conandum pariter moneamus / Raro enim
et non nisi cum magna necessitate / obiur-
gationes adhibende sunt / Ex hiis igitur
patet / si peccator cum humilitate et gemitu
suorum peccatorum et aliorum / corripit delinquen-
tem non peccat / nec sibi novam dampna-
tionem acquirit / sed tamen pluribus modis
peccat qui non debitum modum servat et ita
doctrina salvatoris est intelligenda.
¶ Sequitur / Nolite sanctum dare canibus / postquam
salvator inhibuit iudicium temerarium / et presumptuo-
sum / quod est ex indignitate vite / hic dis-
suadet indiscretum quod est ex indiscretione
doctrine / seu ministrationis sacrorum / Et patet tractatus
data cum cautela et ordine et in docen-
do et in corripiendo / docet de cautela
servanda in docendo vel sacra ministrando / Ubi
primo ponit prohibicionem / 2o prohibicionis
rationem / ibi ne forte / Dicit ergo nolite sanctum
.i. eucharistiam sacramentum vel sacre scripture
misteria dare .i. ministrare vel predicando
publicare canibus .i. infidelibus obstinatis
qui contra veritatem latrant / et quorum in eis est
lacerant / Item non solum non licet dare / immo nec
vendere / neque mittatis margaritas .i. eu-
caristiam sacram / et sacre scripture mis-
teria ante porcos .i. contemptores et immun-
dos / licet sint fideles / Nota secundum glo. im
eadem res est sanctum / et margarita / secundum
evangelium / et sacra eucaristia / Et vo-
catur sanctum quia inviolabilia / et ideo alia
litera habet agyos .i. sine terra / quod enim e-
st sine terra non potest violari nec corrumpi / Et
vocatur margarita propter preciositatem
et ideo non debet contempni / margarita est
gemma preciosa / Vel secundum Cris. per sanctum
intelligimus eucharistiam sacram / quia sancti-
ficant / per margaritas sacre scripture mis-
teria / quia sicut margarita in concha
sic veritatis misteria latitant in sacra
scriptura / per canes intelligimus peccatores

Dubium utrum peccator possit corrigere

Ne forte

Nota

infideles / quia canis est animal quod solet inimi-
cum / quia non ungulam findit / nec ruminat /
sic peccatores infideles heretici / iudei vel
gentiles toto animo immundi sunt / Et porci
sunt fideles et derisores misticorum sacre
scripture et fideles / quia sunt verbo non est bis
immundus / quia licet non ruminat / tamen
ungulam findit / sic et isti quamvis fidem habent
mundi sunt quo ad hoc / tamen quia obstinati
sunt et contemptores veritatis / porci sunt

Ne forte — Sequitur Ne forte conculcent eas scilicet mar-
garitas ipsi porci / contempnendo et de-
ridendo / Unde Augustinus in libro de sermone
domini in monte / Calcari enim dicitur quicquid
contempnitur pedibus suis .i. intellectu
et affectu / Ecclesiastici 22. Audiet luxuriosus
et displicebit ei / et proiciet illud post
dorsum suum / Et dicit salvator homine
ne forte propter instabilitatem liberi arbitrii /
quia tales possunt ab immundicia sua resi-
piscere / Et conversi per canes (?) liberos quod
audierunt a vobis / Dirumpant vos
reprehendendo blasphemando / et fidei
simplicitatem impugnando / Vel secundum
alios conversi persecutionem / fingunt enim
mansuetudinem ut addiscant / deinde
cum didicerint destruunt / Unde primo (?)
qui enim audit derisorem ipse sibi ipsi in-
iuriam facit / Cremonensis (?) secundum beatum Augustinum
in libro de sermone domini in monte / Due
cause faciunt magna non recipi / con-
temptus / et odium / contemptus quo ad
porcos / odium quo ad canes / Item
Cassiodorus / Hoc genus peccati est
obstinate predicare / et amborum (?)
est sancta mistica indignis vulgare /
Et ideo dominus voluit ponere virtutes
secretas in hiis (?) ut homines humiliarentur
Item nondum (?) ... Nolite sanctum dare
canibus / Contra Matthei 10. Quod in aure
auditis predicate super tecta / Dico ipse

dominus predicavit [persequentibus et rebellibus] resistentibus et contempnentibus
verbum dei / ergo sanctum dedit canibus et porcis
Et Colossensis (?) Item Matthei 10. Dat libertatem predicandi omnibus
Dic quod hic aut inde est distinctio / Et ideo
simpliciter dictum est Nolite sanctum dare canibus et
ubi sunt tamen canes et porci / sed si fideles sunt
cum eis ubi licet / Prohibitio ergo ista inhibi-
tio quantum ad obstinatos in malicia vel in
errore / circa quos (?) est considerandum /
quia aut ipsi sunt soli / aut sunt alii fideles putans (?) /
~~[struck]~~ / Si soli tenendum est quod hic dicitur
dicitur / Si vero alii sunt putes (?) pro eis dominus
est ipso forma domini / qui licet sciret phari-
seos obstinatos / et scandalizari de verbis
suis / nichilominus eis predicavit propter turba
fidelium eis annexa / Unde Jeronimus hic non dicit
sanctum / eis qui capere non poterunt / sed eis qui
poterunt et simul accedunt quos propter aliorum
immundicias negligi non oportebat / Et propter
doctrinas inferiores et predicatores propter
fideles sunt / non propter reprobos et obstinatos

Petite et dabitur vobis — Sequitur petite et dabitur vobis / Supra
salvator docuit diligere inimicos / docuit
non male iudicare / et docuit hic discretionem
in instruendis (?) et imponendo verbum dei /
Et quia ista difficilia sunt / hic docet quod
ista obtineantur et impetrentur per orationem
Primo docet petere / secundo dat fiduciam impetrandi
ibi omnis enim qui petit accipit / tertio ondit im-
petitionis meritum / ibi Si ergo vos ...
Dicat ergo sic petite per gloriam fide / querite
spe / pulsate caritate / Item glossa petite
Christum qui est via / ut in ea ambuletis
querite Christum qui est veritas in promissionibus
pulsate ad Christum qui est vita / Et aperietur
vobis primum / Vel secundum Remigium petite
orando / querite recte vivendo / pulsate perseve-
rando / Et hic non dicitur quid petendum sit / Unde
ad signandum illud solum petendum quod in-
effabile est / Vel quod pertinet ad illud
ineffabile quod oculus non vidit nec auris

audiuit vel ipsa .6. Non in hoc quod dicit petite
vobis, inuenietis. Ex instancia notatur per hoc quod
dicit querite et pulsate. Item non sic vbi
sed omni petenti datur et querens inuenit et
pulsanti aperitur. ergo cui non datur et qui
non inuenit et cui non aperitur, argumentum quod non bene
peciit quesiuit et pulsauit. Sequitur
Omnis enim qui petit accipit. hic dat fidu
ciam impetrandi et primo ponit promissum. secundo
confirmat hoc per exemplum. Ibi Aut quis est ex vobis.
Prima salvator dixerat petite et accipi
etis. ne forte peccatores audientes dicerent
ad hoc deus dignos hortatur. nos autem
indigni sumus. Ideo ut tam iustis quam iniustis
[illegible] dei concedet, ideo dicit Omnis qui petit
et quod petit accipit || accipit. id est siue iustus siue peccator tamen petere
non dubitet. Augustinus super Johannem. peccatores
exaudit deus. Si enim peccatores non ex
audiret frustra publicanus dixisset. deus
propicius esto michi peccatori. Omnis ergo qui
petit accipit. prima Jo. 3o. fiduciam habemus
quod quidquid pecierimus accipiemus. Contra 2a
ad cor. 12. paulus peciit stimulum car
nis amoueri et tamen non fuit exauditus. ergo
non omnis qui petit accipit. Item Mat. 20. non
est filiis zebedei petentibus [illegible] quod
petant. Item Beda super illud Jo. 16. Si
quid pecieritis patrem in nomine meo dabit
vobis. glosa. Si peticio fuit sancta pie perse
uerante pro se et ad salutem. pie hoc
est ex fide. Et ideo anthiochus non fuit
exauditus quia non petiuit pie id est ex fide
2o machab. 9o. orauit scelestus ad dominum
et veniam non est consecutus. perseueranter
quia non interrumpat oracionem pro aliquo [illegible] (bona opera transit)
[illegible] quia non cessat orare. qui non cessat
benefacere. qui autem non cessant a peccatis illi
non perseuerant orantes. Item est quod oret
pro se quia licet aliquis pie et perseuerante

oret pro alio tamen effectus oracionis posset
impediri propter maliciam illius pro quo
orat. Samuel non fuit exauditus
orans pro saule. primo Re. 16. Item [illegible]
oret pro ipso quod est conferens ad salutem.
paulus autem peciit non conferens ad sa
lutem. Sic [illegible] mater filiorum zebedei
ergo non sunt exauditi. Iste 4or condiciones
s. quod pie perseueranter pro se et ad salutem
semper aliquis impetrat quod petit.
vnde Joh. 15. Si manseritis in me s.
per fidem spem et caritatem et hoc est
pie. Et verba mea in vobis manserint
per operacionem et hoc est perseueranter. quod
quid pecieritis petetis in nomine meo
et hoc est ad salutem. nomen eius salus
fiet vobis et hoc est pro se. Sequitur Et
qui querit inuenit. Sap. primo in sim
plicitate cordis querite illum. quoniam in
uenitur ab hiis qui non temptant illum.
Contra Sponsa Can. 3o. dicit quesiui et
non inueni illum. Beda. Sponsa que
siuit ibi non debuit s. in lectulo vicis
et plateis id est in hiis temporalibus delectan
do. sed cum preterisset ista temporalia ipa
derelinquendo inuenit eum. Et pulsan
ti aperietur s. regnum [illegible] quod hoc
patet quod dicit aperietur de futuro et non
sicut in aliis de presenti quia apercio est
plena manifestacio que
reseruatur in futuro. Sequitur hic
de iudicio. Et quia sicut dominus dicit [illegible]
de iudiciis. quidam enim iudicia non
sunt [illegible] tamen leue deliberacio
ut suspiciones. quedam [illegible] sunt
ut [illegible] de iudicio [illegible] dicendum est. de
iudicio autem non [illegible] ut dictum est
Sequitur ergo utrum suspicio sit peccatum
et arguitur quod non primo ad cor. 13. dicit

Temptacio vos non apprehendat nisi huma
na / ubi glosa. Et suspicantur quod est huma
na temptacio saltem non indiscrecius /
hec habet glosa. patet / quod suspicio est humana
temptacio / sed humana temptacio non est peccatum
quia eam concedit apostolus igitur etc. / Item
super illud psalmi. Amputa obprobrium meum
quod suspicatus sum / glosa. Maximum
vicium humanitatis est suspicio ergo est peccatum.
Solucio hic quod dicit gilbertus Suspicio
est opinio in alterutrum titubans magis
tamen in alteram declinans / Duo dicantur in
hac descripcione / Unum est titubare in
alterutrum / Aliud est vergere magis
in alterum / Ubi est in alteram partem declinacio
et non titubacio / sentencia est et firma indicium
et non suspicio / E contrario ubi est titu
bacio tantum et non declinacio magis
in unam partem quam in alteram ibi est
pure dubitacio et non suspicio / Ideo
suspicio est medium inter dubitacionem
et sentenciam / Est enim aliquid de utroque
de sentencia vel indicio habet quod declinat
magis in alteram partem / De dubitacione
autem quod non plene declinat sed titu
bat. Videtur ergo quod suspicio est pena
et culpa / Pena quantum ad titubacionem
que provenit ex ignorancia pena
est / quantum ad declinacionem in partem que
provenit ex concupiscibili leta et amore
infecto per coniecturam exteriorem culpa
est / Item quia nulla sciencia est vicium ergo
a simili nulla opinio est vicium / suspicio
est opinio igitur etc. Videtur dicendum simplex est
opinio / Est enim sciencia simplex et sciencia
affectiva / Unde verum est quod nulla sciencia simplex
est vicium / sed sciencia affectiva quandoque est
vicium / ut prudencia carnis vicium est
sic et opinio affectiva / Supposito ergo
quod suspicio sit vicium / utrum sit culpa venialis
vel mortalis / Et videtur quod sit mortalis per predictam
glosam psalmi. Amputa obprobrium meum quod suspi
catus sum / Videtur quod suspicio sit maximum
humanitatis vicium / Item quod omnis suspicio in re
suspicionis est venialis quia in suspicione est
levis declinacio / Item quod obicitur per glosam
maximum vicium humanitatis est suspicio / videtur
maxime dicendum quia in maioris est / possemus enim
suspicari de beato petro si pius esset / Item
hoc nichil est quia sic possemus ei invidere
ergo per racionem invidia debet dici maximum
vicium / propter hoc dicebatur ab aliis maximum
quia plures hoc peccato peccassent / Illud enim
nichil videtur quia primi motus sunt in omnibus
sive accipiamus primo primos sive secundo primos /
Suspicio autem non est in omnibus / quia forte in
perfectos non cadit / Unde bene dici potest hoc
esse sine suspicione sed non sine primis moti
bus / Potest ergo dici sine preiudicio maximum
dicitur humanitatis vicium quia maxime est contra huma
nitatem / humanitas sive humanum est boni
de alio estimari / Unde et si invidia sit
maior contra humanitatem / tamen suspicio est contra
humanitatem frequencius / et quantum ad plu
res / plures enim suspicantur quam invideant
Item quomodo dicit apostolus concedit suspicionem in hoc
quod dicit / Temptacio vos non apprehendit
nisi humana / videtur quod concedit in genere
sed non in speciali. quia sic non potest vitari sicut primi
motus non possunt vitari in speciali / prohibetur
tamen in particulari quia sic potest vitari Et ideo
non sequitur quod non sit peccatum.

Haec quis est ex nobis Hic Notatur hic per
primum verbum Augustini in libro de sermone domini in
monte sic / Sicut salvator superius egit
de voluptatibus oculi et liliis agri ut speciem
auimoribus ad maiora consurgeret / sic in
hoc agit de parte carnali / ut speciem ad
partem celestem consurgat / Et in hoc parat

fiduciam impetrandi | Posuit ergo superius per
missum | hic confirmat per exemplum | Et primo ponit exemplum
| 2° ex ipso arguit ibi Si ergo vos | exemplum
ponit in filio petente a patre | aut panem |
aut piscem | Luce xi addit tercium scilicet vel
ovum | Quo pater carnalis non dat filio
suo nisi decens et expediens | multo fortius
pater celestis | Et est et tota pene legi littera

Moraliter nota: Alio modo exponitur in glosa moraliter | per
panem intelligitur caritas | quia sicut panis
corporaliter confortat | iuxta illud ps. Et panis
cor hominis confirmet | sic caritas spiritualiter hominem
confortat | Et ideo in figura 3° Re 19 Heli
as in fortitudine panis pervenit usque ad
montem dei oreb | Item sicut sine pane omnis
mensa deficit | sic sine caritate omnis virtus
nichil est | prima ad cor 13 Si linguis hominum
loquar et angelorum / caritatem autem non
habeam nichil sum | Per piscem intelligitur fides /
quia sicut pisces latitant in aquis | sic fides
est de invisibilibus | Item sicut pisces non
frangitur fluctibus | sic nec fides frangitur
Ovum: tribulacionum ictibus | Per ovum intelligitur
spes | quia sicut in ovo non est fetus sed
speratur | sic spes non est de habitis sed futuris
In pane ergo donum dilectionis | In pisce gracia
cognicionis | In ovo donum expectacionis intel
ligitur | Hiis tribus tria opposita cor
respondent que patres filiis non largiuntur
scilicet lapis serpens et scorpio | In lapide du
ricia cordis | contraria caritati Job xi cor
eius indurabitur quasi lapis | In serpente ve
nenum perfidie seu erroris | contra fidem | 2°
ad cor xi Timeo ne sicut serpens evam
seduxit astucia sua ita sensus vestri corrumpantur
et excidant a simplicitate que est in christo
ihesu | In scorpione pravitas desperacionis
contraria fidei | quia sicut scorpio cauda pun
git | sic desperacio finaliter nocet | Hiis habitis
plana est littera | Lazarus ex nobis hic

1 panem numquid lapidem porriget ei
Aut si piscem pecierit numquid ser
pentem porriget ei

Moraliter | quem si pecierit filius suus 1
Iste homo nobilis | est christus | qui iste
nobilis homo qui abiit in regionem
longinquam accipere sibi regnum Luce 19
Ipse enim est pater noster Jo 13 Filioli mei
modicum vobiscum sum | Filius eius est
christianus per fidem Jo primo dedit eis
potestatem filios dei fieri hiis qui credunt
in eum | Si pecierit filius suus panem
id est caritatem numquid lapidem porriget
illi id est duriciam cordis | quasi diceret non Eze
xi Auferam cor lapideum de carne
vestra et dabo eis cor carneum Aut
si piscem pecierit id est fidem invisibilium
numquid serpentem porriget id est venenum
perfidie quasi diceret non In figura illorum dicitur
Jo 6 Accepit ihesus panem et dedit
discipulis suis | similiter et piscem | Si ergo
vos | hic arguit a minori | et procedit
sic argumentum | Nam liberalitas dei in
infinitum excedit liberalitatem humanam |
Si ergo vos cum sitis mali nostis bona data dare filiis vestris
| ergo multo magis pater celestis | Et ad ma
iorem confirmacionem addit Si vos cum
sitis mali quanto magis pater vester qui in celis
qui optimus est | Et nostis dare
multo magis ingenerabiliter dabit
et nostis dare bona per gloriam id est spiritum
sanctum | Vel bona scilicet eterna | que non dat
nisi filiis | Et ideo dicitur Luce xi dabit
spiritum bonum petentibus se | Ideo patet
concludi petite et accipietis | Jac. primo
dat omnibus affluenter et non improperat
Et per facilius ipsius et habundanter
et cito dandum dicitur. Cum enim manus
eius tornatiles | aureae plene ia
cinctis tornatiles quia faciliter largiuntur

auree quia sapiet plene vacinet(?)
qui affluenter. Sed obicitur hic quia
dicit Si ergo vos cum sitis mali. Contra
Gen. primo dicitur vidit deus cuncta que
fecerat et erant valde bona. Unde
homines dicuntur mali non propter naturam condicionis
sed propter naturam originis. Omnes enim
nascimur filii ire Ro. 2°. Vel non dicit
hoc detrahendo humane nature sed respectu
dei comparatione divine bonitatis
dicuntur homines mali. Job 25. Ecce luna
non splendet et stelle non sunt munde
in conspectu eius, quanto magis homo putredo
et vermis. Et ipsa lux omnis nostre
iusticie tamquam pannus menstruate. Unde Crisostomus
hoc dicit non vituperans naturam humanam
sed morbum generis mali comparatas(?)
sed ad comparacionem inter deum et homines propter
grandem distanciam distinctionis. Ideo ad
comparacionem benignitatis sue amore pro-
prium malignitatem hominis. Vel homines
dicuntur mali ratione originalis corrupcionis,
quia prompti sunt ad malum Gen. 8. prompti sunt
sensus hominis ad malum ab adolescentia sua
et ad Ro. 7. Ego carnalis sum venum-
datus sub peccato. Vel homines dicuntur mali
secundum glosam, id est amatores seculi. Sequitur
Omnia ergo quecumque vultis. Expletis da-
to mandato ordinis hic salvator ad-
dit meritum exaudicionis. Quod consistit
in duobus. Primum pertinet ad dilectionem proximi,
2um ad dilectionem dei ibi Intrate per angustam
portam. Vel primum est in agendo, 2um in
patiendo. Dicit ergo Omnia quecumque vultis etc.
q. d. Si vultis petita accipere, quesita
invenire, pulsantes intrare, Omnia ergo
quecumque vultis ut faciant vobis homines et vos
eadem facite illis. Unde summum consi-
lium est ei qui vult intrare invenire.

(margin: dicitur; bonum utile et honesta)

aliis se mensuram dein exhibere. Nota duplex
est preceptum legis nature. Unum negativum
de quo Thob. 4. Quod ab alio oderis
fieri vide ne aliquando alteri facias. Aliud af-
firmativum de quo hic. Et in affirmativo intelligitur
negativum. Hec est enim lex et prophete. Et est
sensus. Qui diligit proximum legem implevit
ad Ro. 13. Et qui diligit proximum diligit
deum, quia diligit proximum propter deum et in quantum est
ymago eius. Sed obicitur secundum beatum Augustinum
in libro de sermone domini in monte de illo
qui aliquid flagiciose erga se vult fieri,
utique ergo debet illi facere quod ipse sibi cupit. Respon-
deo. Hic intelligitur solum de illis que bonum
est facere. Unde Augustinus. Voluntas namque non
est nisi in bonis. Ita in malis flagiciosis
que sunt cupiditas proprie dicitur, non voluntas.
Unde ista intelligenda est. Omnia quecumque vultis
ut ad bonum verum faciant homines etc. et
vos facite illis. Hec est enim lex et prophete, id est lex
et prophete continentur in istis. Sequitur Intrate
per angustam portam. q. d. quamvis difficile
sit et angustum ut facias aliis quod tibi
vis fieri, tamen necessarium est, et porta et introitus
celi. Ideo dicit Intrate per angustam portam.
Intrate ad vitam per angustam portam,
id est per opera iusticie, que sunt ieiunare, orare,
diligere inimicos, propria non ambire, aliena
non tenere, omnia propter Christum relinquere etc.
que sunt nitencia spiritualia. Omnia. Vel talia
opera que opera iusticie sunt angusta por-
ta ~~id est ad capiendum~~ id est ad capiendum difficilia
secundum quod dicitur 2° Ethicorum. Difficile est attingere
medium, sed facile est declinare a medio,
sicut sagittantibus difficile est pertingere
signum, sed facile est deviare a signo.
Et sic est de bono virtutis, quia bonum
contingit uno modo, malum autem diversis.
Ad hoc enim quod actus sit virtuosus oportet

(margin: vel; id est in hoc mandato impletur lex et prophetia; Intrate; velut)

q̄ sit bonū de gn̄e ex omnib; circūstanciis q̄d
difficile est gn̄ere s; actus est vel efficit̄
malus ex singulis defectibus q̄ e facile
cōtingere / Arta g° est porta p̄ q̄m intrātur ad
vitam p̄ opa iusticie Et hec est porta
dn̄i iusti intrabūt p̄ eam ut dr̄ in ps°
Et lata est porta p̄ q̄m intrātur ad p̄dicōz
p̄ opa malicie / Vel arta porta e xp̄us

arta porta
et lata p̄

Jo. 10 Ego sū hostiū / In ewā porta p̄di
cōis est dyab' / porta iusticie siue vite (salutis)
est xp̄us / lata porta dyab' nō magistr̄
p̄ttuer̄ s; supbia effrenata dilatatus
Angusta porta xp̄us nō paruitate p̄tātis
s; ronē humilitatis / Iste ū latus dyab' quia
apud ipm sine lege et freno s̄t omnia /

lra

xp̄us angustus q2 apud ipm oīa s̄b
legis rone cōsistūt / Sequitur / q2 lata
est porta / hic ponit rō monitōis / p̄° p̄a
monet ex tirore / 2° monet ex amore
ibi Quā angusta / Dicit g° / Intrate p̄
angustam portam nō p̄ latam / quia
lata est porta que dici p̄t ianua mortis /
Job 38 Nūqd aperte s̄t tibi porte mor
tis et hostia tenebrosa / Et spaciosa via
s. voluptas delectacōis ad peccatū ducens
Cuiꝰ ianua que s̄t / vxor / filii / amici / ho
nores / et quedā in hoc s̄clo est q̄d mor
dinate delectat / est via p̄dicōis / Vnde
addit / Que ducit ad p̄dicōm / s. i inf̄
m̄ / vbi est p̄dicō / 3 n̄re / et gl̄e / et gre
n̄re q2 ineb' dr̄ p̄ditu quo ho nō p̄t
ire ad actū debitū / Eccl. 21 Via peccan
ciū complantata est lapidib; et sine
illorū infernus tenebr̄e et pene / Et multi
s̄t qui intrāt p̄ eam / Eccl. p° Stultoꝝ
infinitus est nūs / Quā angusta est
porta in ingressu / Et arta via i p̄gressu
Que ducit ad vitam in egressu / Et
pauci s̄t qui inueniunt eam / Mt. 21 /
multi eni s̄t vocati pauci vō electi /

Pauca eni s̄t qui querūt / pauciores
qui inueniūt / paucissimi q̄ puer
niūt / R° hec est / q2 magis respiciūt
via patentem / q̄ tm̄ s̄c̄p̄tem / Vnde q̄
Crisostomus Nec aspicias q̄ aspera est via
s; quo ducit / n° alia via / q2 lata
est s; vbi desinit / 2 q̄ pauci s̄t
qui inueniunt ea / De paucitate
cōqueritur dn̄s / Michee 6 Ve michi
q2 factus sum sicut qui colligit in
autūpno racemos vindemie / et
Ysa. 33 Quo si pauce oliue que
remāserūt excuciant̄ de oliua
et racemi cū fuit finita vindemia
Hic queritur q2 dr̄ hic / Quā angus
ta porta et arta via q̄ ducit ad
vitam / Contra in ps° dr̄ in psona
iusti Statuisti in loco spacioso
pedes meos / Item dilatasti gressus
meos subtus me / Et Mt. xi Iugū
meū suaue est et onus meū leue
R° introitus iusticie vel p̄ue vel
obedie / angustus est in p̄ncipio /
latus in medio / s; amplissimꝰ i fine
Prouerbiorum x ducā te p̄ semitas equitatis
quas cū ingressus fueris nō artabūtur
gressus mei tui / Et in eodem Iustoꝝ
semita q̄si lux splendens p̄cedit
et crescit usq; ad p̄fectū diem / Et q2
dr̄ Iugū meū suaue est et onus
meū leue / Crisostomus dr̄ in copa°
ad morem / licet sit g̃ne formalit
tū respectu glie future leue est vel
suaue / vel s; quietū amanti iugū
xp̄i est suaue s; parum diffiale
g̃ne / et insipidū / Item dr̄ q̄ lata
est porta et spaciosa est via que
ducit ad p̄dicōm / Contra Sap. v
Dicunt reprobi lassati sumꝰ in via
iniquitatis et p̄dicōis Ambulauimꝰ

+ nō dīt in
q̄ dīt in
vne

attēdu

vias difficiles / Et Prov. xv. Iter pigrorum
quasi sepes spinarum / via iustorum absque
offendiculo / Vel quo finalis et quantum ad
consummacionem viis difficilis est via que
ducit ad mortem / Secundo de primo et quantum
ad appetitum spiritualem lata et spaciosa
est / Unde Job 30. Esse sub sentibus
delicias computabant Et tunc dampnati
confitebuntur secundum iudicium veritatis
veritatem / Item dicit de primo sicut qui intrant
intrant eam / secundum illud Apoc. 7. Post hec
vidi turbam magnam quam nemo dinumerare
poterat Vel quo electi multi sunt in se
sed pauci in malorum comparacione.

Attendite a falsis prophetis / Et in prime
hic est instructa ecclesia in inicio
quantum ad simplicitatem columbinam in faciendo
bonum / Hic instruit quantum ad astuciam
serpentinam in cavendo malo / quod maxime
decipit sub specie pietatis / Contingit
autem hoc triplex secundum hoc instruit con-
tra deceptionem falsorum (doctorum) prophetarum / decipiunt
enim triplex / primo sub specie bonitatis / 2° sub
specie veritatis ibi / 3° sub specie pietatis ibi
Multi dicent mihi / Primo monet falsos
prophetas cavere / 2° docet eos cognoscere / de-
scribens eos triplex / primo quantum ad exterio-
rem conversacionem ibi qui veniunt ad
vos / 2° quantum ad intencionem affectionis
ibi intrinsecus autem / 3° quantum ad operacionem
consequentem ibi A fructibus eorum / Et quantum
ad illum sic continuatur ad precedentia / quia
pauci sunt intrantes arctam viam
ne forte se implicarent erroribus
pseudo prophetarum / adiecit Attendite
i. diligenter videte cavete a falsis
prophetis i. deceptoribus (doctoribus) hereticis (ypocritis) et falsis
fratribus / et similiter a doctoribus hereticis
Unde glosa / licet hoc de omnibus qui

aliud habitu et sermone aliud opere ostendunt
possit accipi / tamen specialiter de hereticis qui
quandam pietatis velamento venenato mo-
re et intencione nocendi lupi sunt rapaces
vel optime si copia detur procedendo / ut
interius corripere do / Non doctores heretici
sunt prophete dicuntur / quia nemo secundum Crisostomum potest
prophetas interpretari / nisi habeat spiritum prophetarum
qui ergo sunt interpretes prophetas et scripturas / sunt prophete
appellantur / Item non dixit aspicite falsos
prophetas / sed dixit attendite secundum Crisostomum ubi enim
res clara est aspicitur i. simpliciter videtur / ubi
autem incerta attenditur i. caute consideratur con-
sideratur / Fuerunt enim non solum monuit
attendere a carnibus et porcis / Iudeos quia illi
manifesti sunt / et ideo non studium contra
illos esse est necessarium sed solum separacionem / precepit
enim separari ab illis / A falsis prophetis i. hereticis
precepit considerari / quia occultat malicia
Notandum tres sunt prophete falsi / caro mundus vel
et dyabolus / Primus ergo est concupiscencia carnalis
promittens delectacionem et solvens eternam amari-
tudinem / Proverb. 5° favus distillans labia
meretricis / novissima illius amara quasi
absinthium / Hic significatur per Balaam qui do-
cuit mittere scandalum coram filiis Israel et ede-
re de sacrificiis ydolorum et fornicari Apoc.
22. Secundus est cupiditas mundialis promit-
tens sufficienciam / et solvens inopiam fina-
lem / Luc. 12. Anima mea multa bona habes re
Hic significatur per Semeiam de quo Ier. 29 pro eo
quod prophetavit vobis Semeias et fecit vos
confidere in mendacio Ideo hec dicit Dominus non
videbit bonum quod ego faciam populo meo / 3us est
dyabolus sive superbia secularis promittens exalta-
cionem et solvens eternam abiectionem / quia qui se ex-
altat humiliabitur / Unde figuratus est per Sede-
chiam 3 Reg. ult. Fecit sibi cornua
ferrea et prophetavit Achab ut ascenderet in Ra-
moth Galaad / et ivit propheta / cui tamen postea

+ non omnis qui dicit mihi Domine

attendite

tres sunt falsi prophete

reimma eleosine aroncs sub verbis ypocrite et prius homines se demonstrant ut tales

A fructibus eorum cognoscetis eos

sunt mestue vrunati aut inter contestu et
sigt contestentiam honoris / Veniunt ad
vos s. ex capido / In vestimentis ovium .i. sub
specie religionis et pietatis / 2a ad textu 3o
habentes speciem pietatis / virtutem autem eius ab
negantes / Aug. vestimenta ovium sunt / blandi
verba simulata certaque religionis signa / Ad
vos venit per dulces sermones et benedictiones
seducunt corda / Intrinsecus autem sunt lupi
rapaces / quia rapiunt veritatem ab intellectu /
caritatem ab affectu / sanitatem ab effectu / unde
Act. 20. Ego scio quod post discessionem meam
intrabunt ad vos lupi rapaces non par
centes gregi / A fructibus eorum cognoscetis
eos / Hic describit eos quantum ad operationem
ubi ponit primo modum cognoscendi / 2o con
firmat hoc exemplo duplici / primo particulari ibi
Numquid colligunt / 2a generali ibi Sic omnis
arbor / dicit ergo sic / A fructibus eorum .i. ab operibus
cognoscetis eos s. finaliter / Unde Seneca /
nemo potest diu ferre personam fictam cito in naturam
suam incidunt / quibus veritas non subest / Secundum
quod cognoscuntur a fructibus propria sua si
sunt bona opera non cognoscuntur per ea / quia
bona opera non sunt signa mali / Si autem sunt
mala, nunc per ea adhuc cognoscuntur quia opera
eorum mala sunt occulta / Unde a fruc
tibus eorum cognoscuntur non sunt si aliqui / scilicet
qui non promoventur et desinunt operari
vel qui promoventur ad dignitates tunc
apparent quales prius extiterunt / quia honores
non solum mutant mores sed et monstrant /
mores / vel et qui dignitates acquisite ab
eis subtrahuntur / vel qui ad dignitates de
sideratas non admittuntur. tunc fiunt in
patientes / Unde glo. magne per impatientiam
desiliunt / Unde Aug. hic cum ceperint aliquibus
temptationibus ea subtrahi vel negari que
isto velamine secuti sunt vel consequi ce
perunt etiam necesse est apparere, vel per sit lup

in pelle ovina vel ovis in sua vel
dicere loquitur hic apostolus et per quos alios
spiritualibus et prudentibus personis i. prophetis
apostolorum quod patet per hoc quod dicit cognoscetis
non dicit cognoscemini quia spiritualis homo
diiudicat omnia. Et prov. 27. Quomodo in
aquis resplendent vultus prospicientium
sic corda hominum manifesta sunt pruden
tibus / Sequitur / Numquid colligunt etc.
Hic probat quod dixit exemplo particulari dicens
Numquid colligunt de spinis uvas aut
de tribulis ficus. q.d. non spina
non facit uvas / nec tribulus ficum
primum verbum Aug. / Significato sermone
per spinas et tribulos significat hereticos
Spine dicuntur per multiplices punctiones
contrarie erroris / Prov. 24. Per agrum pigri
transivi et per vineam stulti viri
et ecce totum repleverant urtice et sup
ficiem eius spine / Tribuli non dicuntur
per remorsum conscientie malignitatis / Unde
de utroque Gen. 3. Spinas et tri
bulos germinabit tibi i. plena con
scientia que germinabit cogitationes er
roris et desideria malignitatis
per uvam significat cognitionem veritatis / Ysa.
5. Expectavi ut faceret uvas et
fecit labruscas / Per ficum dulcedine
m amoris bonitatis / Judic. 9. dixit
ficus numquid possum deserere dulce
dinem meam et suavissimos fructus meos
et ire ut inter cetera ligna promovear
Secundum hoc ergo non est colligere de
spinis uvas. i. de conscientia erroris
sanam veritatem / et de tribulis ficus
i. de conscientia malignitatis amorem bonitatis
habet spine sunt sollicitudines
divitiarum Luc. 13. Semen cecidit
inter spinas et Job 30. esse sub spi

abus delicias reputabant / Tribuli ergo cupie voluptatis Iudic. 8. Coteram tunes uvas cum spinis et tribulis per cordinacionem / Sua opera iustitie / sicut opera mie per dulcedinem. Nusquam colligit de spinis uvas q.d. non quia divicie faciunt inequalitatem [illegible] et mamona iniquitatis appellantur luc. 8 / Sunt de tribulis ficus q.d. non quia voluptuosi i.d. qui expendere deberent in usus pauperum hec expendunt in abusus inutilium et malusum suorum corporum / Sic omnis arbor bona hic confirmat. Et idem quod gualt. / Dicit ergo quasi procedendo [illegible] sicut enim ex [illegible] arboribus malis non expectantur boni fructus / 2 a mala [illegible] / Arbor bona / [illegible] vel voluntas bona / radices cogitaciones / folia verba / fructus opera / Arbor mala malus homo / vel mala voluntas et [illegible] est de arbore bona [illegible] / Sic omnis arbor bona i. voluntas bona fructus bonos facit i. opera bona facit / Mala autem arbor fructus malos facit. Nam bonitas actus exterioris dependet a bonitate actus interioris / infra 12 Bonus homo de bono thezauro cordis sui profert bona / Unde [illegible] affectus tuus operi tuo nomen imponit / Et non ita est quia non potest arbor bona i. bona voluntas [illegible] bona est fructus malos facere i. mala opera [illegible] / Fructus bone arboris sunt gaudium pax paciencia longanimitas etc. qui sunt fructus spiritus ad gal. 5 / fructus male arboris sunt opera carnis sunt fornicatio luxuria inmundicia etc. / Nota licet malus homo possit bonum opus facere i. in genere bonum sicut est dare elemosinam / non tamen potest

bonum opus facere i. caritate informatum / vel ad vitam eternam deo acceptum / 3 sicut capitur hic fructus bonus / Item non licet in sensu diviso arbor bona possit fructus malos facere sicut david qui fuit aliquando arbor bona fecit fructum malum / tamen in sensu composito non / unde glossa non ait non potest mala arbor bona fieri vel bona mala quia paulus de persecutore factus est apostolus / et manente [illegible] affectus voluntatis corripitur vel in melius mutatur / Item non dicitur hic non potest arbor bona i. voluntas bona fructus malos facere / contra sicut primus actus fuit a voluntate non mala quia ante peccatum non fuit mala / et sic primum peccatum fuit a voluntate mala quia in eodem instanti fuit voluntas mala in quo peccavit / Aliter arbor bona est prelatus vel doctor / qui debet crescere in altum per amorem dei / in latum per amorem proximi / radicari in profundo humilitatis / debet etiam producere ramos virides scilicet bona exempla ut plebs bene viveret [illegible] inde [illegible] ramos non [illegible] folia de [illegible] i. verba superflua vel [illegible] de [illegible] i. non [illegible] per [illegible] / Omnis arbor / Hic subdit [illegible] arboris non fructificantis / [illegible] de mala arbore i. voluntas mala vel quia malum [illegible] vel quia bonum obmittit / Dicit ergo omnis arbor que non facit fructum bonum excidetur i. de corpore bonorum et fidelium separabitur et in igne mittetur qui paratus est diabolo et angelis eius / infra 25 / Et ergo ad literam sicut de arbore non faciente fructum ita erit de mala. Jo. 15 Si quis in me non manserit mittetur foras sicut palmes et arescet et colliget eum et in igne mittet et ardet / Cris. dicit hic Que sit pena excidi et in ignem mitti et subdit / Novi plurimum horret et pertimescunt gehennam / ego tamen

Non potest arbor bona

Omnis arbor que

Neque arbor mala fructus bonos facere

illius glorie amissionem multo amarius quam
prius gehenne supplicium aio esse / Jtem Crisostomus
intollerabilis quidem res est gehenna / et
supplicium quidem horribile / tamen si quis ponat
mille gehennas nichil tale dicturus est
glorie est / ab illius honore repelli et odiosum
esse christo / et audire non novi vos etenim
decem milia fulminibus est fulmina sustinere
quam illum vultum mansuetudinis pietatis et
plenum adversantem videre / Et consequenter quod
amissionem glorie oportet sustinere flagellorum
cum amissio glorie non sit flagellum / nec pena
sensus sed solum pena dampni / Jtem pena sensus
in infinitum videtur esse maior quam pena dampni
Unde duplex est amissio rei debite est
cum quedam amissio rei debite cum sensu
amissionis / est alia amissio sine sensu a
missionis In primo est dolor de re amissa
et istam amissionem sustinent adulti dece
dentes post baptismum in peccato mortali Unde
sencientes pro amissionem que tanti est
si eterne glorie maiorem dolent / et in quo do
lore maxime puniuntur In secunda amissione
non est dolor de re amissa et hanc a
missionem sustinent parvuli decedentes sine
baptismo / A fructibus eorum cognoscetis
eos Quare istud replicatur / patet quia primo fuit
sicut assumpcio / hic vero est sicut probata
quod fructum autem appellat sine actus / ex
sine quod operis frequens repetitio / patet quod ostenditur
voluntas agentis / Non omnis qui dicit michi
domine domine / hic arguit fallacias decipientium
sub specie voluntatis / Sibi primo ardit / quod ad salutem
non sufficiunt verba confessionis / 2o quod exigitur
execucio divine voluntatis / ibi / Sed qui facit
voluntatem / Dicit quod non omnis qui dicit michi
domine domine bis dicit domine / domine semel mittit
duplicatur / ut aliud in cogitacione / aliud
in voluntate / Ja. primo vir duplex animo incon
stans est / Et Eccl 2o Ve duplici corde
et in psalmo fraude et corde loquuti sunt / vel

bis dicit domine domine / quia non sufficit sola
confessio oris et operis / sed exigitur cordis
confessio / quam non habent ypocrite Tales e
rant fatue virgines Matth 25 Domine
domine aperi nobis / Vel bis dicit domine domine
quia non sufficit oris et cordis confessio sed
et requiritur operis confessio / quam non habent
mali christiani quia confitentur se nosse deum
factis autem negant / Vel quod dicit domine
domine non intelligitur de gentilibus qui
nec semel dicunt domine sed intelligitur
de filiis christianis qui filii sunt in fide
vel in moribus / Non omnis qui dicit michi domine
domine intrabit in regnum celorum / quod planum
Matth 25 per fatuas virgines que dicunt
domine domine aperi nobis quibus ridetur nescio
vos / Et opponitur Joel 3o dicit omnis
qui invocaverit nomen domini salvus erit
quod ergo qui ait domine domine non intrabit
in regnum celorum / Jtem primo ad Cor 12
nemo potest dicere dominus Jhesus nisi in spiritu
sancto / Respondeo quod propheta et apostolus loquuntur de
dicere completo scilicet cordis oris et operis
ubi glossa Sic dicere dominus Jhesus est cor
de credere / ore confiteri / et operibus attes
tari / nam verbum sed aliis negare est
Jtem glossa Sicut camerdi sunt qui habent
speciem bone vite per dogma iusticie
nequicie sunt et hiis contrario qui tamen in
tegre fidei et doctrine sed turpiter vi
vunt / Ideo oportet cum utroque ut opinione
et fine operis compleatur / Excludit omnem
dicit michi domine domine / Jtem regnum dei
est ecclesia non novit incomparabilis non
est hoc illud non et pre dicere Ubi glossa
ex discordat a voluntate de quo apostolus
ait nemo potest dicere dominus Jhesus nisi
in spiritu sancto / hec glossa / Sed qui facit
voluntatem patris mei qui in celis
est intrabit in regnum celorum etc.

A fructibus eorum cognoscetis

Non omnis qui dicit michi domine

non sufficiunt verba confessionis videtur insi-
pienti occurrit dicens voluntati / Iohannes 12
quicumque fecerit voluntatem patris mei qui
in celis est ipse meus frater et soror et ma-
ter est. Ideo fratres enim qui non dicit voluntate
mea ad eadem sic utrumque voluntas. Et
hoc ad eorum infirmitatem minime erat
grande. Unde consilium pergit ad suam
manifestacionem et tertio supra dixit
patris vestri. Nunc vero dicit patris mei
consilium se manifestans. Multi dicent
hic ponit tria dicta falsorum prophetarum quod
pertinet ad deceptores sub specie pietatis
in miraculis vel sub specie bone inten-
cionis et quod vix potest cognosci ad in-
dicium. Ideo primo ostendit talium fraudulen-
tiam 2o indicant de illis sententiam ibi Et
tunc confitebor. Dicit ergo sic Multi dicent
michi. Multi etc. primo. Stultorum infi-
nitus est numerus. In illa die scilicet non luc[...]
in qua illuminabit dominus abscondita te-
nebrarum et manifestabuntur consilia
cordis 1 ad Cor. 4 / Et Soph. 1o
Dies illa dies ire / Et ad Ro. 2o In
die ire et revelacionis iusti iudicii
dei / Crisostomus In illa die / quando non ora-
tor sed opus loquetur / quando non [illegible] merito
gabitur sed destruet consciencia et persona
confundetur / Ubi non erunt testes adula-
tores / falsi mediatores / sed angeli vera-
ces / Domine domine et tu non exaudietur
ipsi quia tu inclamaverunt sicut non
exaudiam vos. Nonne in nomine tuo
prophetavimus. Hic ponit explicacionem dictam
operum pietatis pro se posse [illegible] / Est enim
prophetis consciencie super [illegible] sed prophetia
est et posse actionis et hoc duplicatur
In abiciendo malum sic est eiectio de-
moniorum et in operando bonum sic est
operatio virtutum per sibi dicitur. Nonne in nomine
tuo prophetavimus. Et accipit hic prophetare

large pro occultorum denunciacione. Vel ca[...]
que sic dicitur prophetare prophetiam revelacionem
denunciare. Hoc autem aliquando convenit repro-
bis / sicut probatur Numeri 22. Et per Saul 1 Re-
gum 10 / Et per Caypham Io. 11. Ideo propheta-
re et virtutes facere et demonia eicere predic-
to non est eius meriti / qui hoc operatur / sed in nomine
Christi hoc agit ad [illegible] mortalis
vel ob utilitatem eorum qui vident vel au-
diunt. Et in nomine tuo demonia eiecimus.
Et hoc contingit reprobis. Luc. 9 vidimus
quendam eicientem demonia qui non sequitur
nos / Et Act. 19. Erant autem quidam
Iudeorum principis sacerdotum septem filii infideles
qui hoc faciebant / et Luc. 10. Nolite gau-
dere quia spiritus mundi subiciuntur vobis. Et
in nomine tuo virtutes multas fecimus. 1 ad
Cor. 13. Si habuero fidem ita ut mon-
tes transferam caritatem autem non habeam
nichil sum. Etc. Sed in gloria non est magnum
virtutes operari / Unde Aug. Magi Pharao-
nis resistentes Moysi multa fecerunt mira-
cula / Hic notatur virtus invocacionis nominis
Christi. Marc. ultimo. In nomine meo eicient. Non
sed in gloria maior caritas est absolute quam propter
nomen Christi certa miracula sunt / que cum per
infideles deus fecerit monuit nos ne a ta-
libus decipiamur putantes ibi esse invisibilem
sapientiam ubi est visibile sapiencie miraculum
[illegible] ergo et simplici oculo opus est
ut [illegible] via inter deceptores [illegible]
Et tunc confitebor illis. Sed in gloria quando aliquando
dicit discipulis / Sap. 11. [illegible] para-
bolam [illegible] In confessione ista [illegible]
legitur sententia iudicis Luc. 12. Omnis qui confite-
bitur me coram hominibus / confitebor et ego
eum coram patre meo. Qui autem negaverit me
coram hominibus negabitur coram angelis dei.
Hoc autem sententia [illegible] quantum ad deum / quantum
ad reprobacionem et quantum ad abieccionem ibi dis-
cedite / Reprobacio respicit mala merita

Et in nomine tuo virtutes magnas fecimus

Et confitebor

abiectio in ferendo supplicium / Vnde Math. 7 ad reprobacionem
dicetur discedite a me qui operamini iniquitatem nescio vos / vel non novi vos
Math. 25: Non novit eos apud quos fidei
sue et dilectionis sue caracterem non invenit /
Sap. 8 respectus eius in electos illius / Et
Job 8 Si absorbuerit eum de loco suo nega-
bit eum et dicet non novi te / Sed obicitur Job
12 Ipse novit decipientem et eum qui decipitur /
Et Eccl. 23 omnia videt oculus illius / Vnde
novit bonos simplici noticia / et noticia per
approbacionem sed ad Cor. 8 Si quis diligit
deum hic cognitus est ab illo / Et 2a ad Thy.
2o novit deus qui sunt eius / Et Jac. 2o no-
vit deus pios eripere de temptacione / Et Exo.
33o novi te ex nomine / novit ergo bonos sim-
plici noticia / malos autem per simplicem
noticiam / Vnde Aug. dicit reprobos quos in ira(?)
cognoscendo indicat non autem approbat
voluntatem que ab ipso discordat / Discedi-
te a me Math. 25. Ite maledicti in ignem
eternum et non sine causa / Vnde sequitur
qui operamini iniquitatem ysa. 59 Iniquita-
tes vestre diviserunt inter me et vos
Discedite ergo .i. divisi per iniquitatem audite
aliter enim Job 1. Qualis est hic, quia venti et mare obediunt ei, sicut creatura creatori. Ex 38. Imperato eius siluit ventus spiritualiter per navigationem pertransiti pervenerunt ad portum salutis ad quem ascendit christus per misericordiam cum discipulis, scilicet temptatione venti et persecutiones mare mundus, per hoc mare magnum et spatiosum, motus magnus est perturbatio multiplex. Ventus vero est impulsus ventorum, hoc est temptatio a dyabolo. Job 1. ventus vehemens irruit a regione deserti. Turbatio maris est temptatio a mundo et mundialibus hominibus, ysa. 57. Impii quasi mare fervens quod quiescere non potest et redundant fluctus eius in conculcationem et lutum. Commotio tempestatis est temptatio a carne. Eccli. 2. fili accedens ad servitutem dei sta in iustitia et timore et praepara animam tuam ad temptationem. Unde [illegible] est suscitandus a nobis dominus orationibus et devotis precibus quia dominus per vult rogari. Ps. exurge quare obdormis domine, adiuva nos domine deus noster.

Et cum venisset ihesus trans fretum. Post miraculo in quo ostenditur divina virtus super creaturam corporalem scilicet in sedatione maris, hic ponitur aliud miraculum in quo ostenditur divina virtus super creaturam spiritualem scilicet in eiectione demonis. Circa quod miraculum primo ponuntur antecedentia, 2o concomitantia, ibi: Et ecce clamaverunt. Antecedentia ponuntur tria, tempus, locus et personarum status. Tempus cum dicitur: Et cum venisset trans fretum, id est ultra stagnum genezareth. Locus cum subditur: In regionem genesarenorum, secundum glosam genesar a urbe arabie, non longe a stagno tyberiadis, in quo perierunt praecipitati porci, ab illa civitate ista regio denominatur. Chrysostomus gerasa metropolis colonia civitas vel advena propinquus, hoc est gentilitas, que dyabolo a se eiecit, et que prius longe, modo facta est prope, post resurrectionem a xpo visitata per predicatores. Occurrerunt ei duo habentes demonia. Hic describitur triplex status. Primo a multitudine quia demoniaci, 2o ab habitatione quia in monumentis, 3o ab actione quia saevi. Dicit quod occurrerunt ei duo habentes demonia. Matthaei 8. Marci 5. et Luce 8. dicitur quod erat unus. Sed dicendum quod non est contrarium, quia secundum veritatem erant duo demoniaci, sed unus erat famosior et saevior altero, quia in eo erat legio demonum ut dicitur ibidem, et ideo de illo faciunt mentionem Marcus et Lucas. Nec tamen negant quin fuerint alius cum eo. Unde glosa Marcus et Lucas dicunt unum, quia unus eorum fuit clarior et famosior, pro quo magis dolebat illa regio, et quanto sanato fama concurrit latior. Exeuntes de monumentis. In talibus enim locis habitabat demoniaci, ut per hoc ingererent timores hominibus de malis defunctorum, vel secundum crisostomum pravum dogma ponere voluerunt, scilicet quod omnes defuncti demones fierent. Unde et multi aruspicium occidunt pueros ut animas cooperantes habeant, propter quod et demoniaci clamant: Ego sum anima illius. Saevi nimis, quia in se et in alios saevientes, quia licet deus eis permisit in alios saevire, quia demones non possunt nisi quantum permittit eis deus. Lucas dicit quod vinciebatur cathenis et compedibus et ruptis vinculis agebatur a demonio in deserto. Et Marcus dicit neque cathenis iam quisquam poterat ligare eum. Sequitur: Ita ut nemo posset transire per viam illam, quia homines transeuntes laeserunt, permittit autem deus demones absidere et vexare corpora humana aliquando ad gloriae suae ostensionem, sive ad peccatorum purgationem, sive ad peccantis correptionem, sive ad maiorem eruditionem. Ex quo quia ista causa determinate permittat latet humanam industriam, propter hoc quod occulta sunt dei iudicia, hoc tamen planum est quod non sunt iniusta et ideo non per

mittit sicut etc. Moraliter hoc enim intendunt semper
in nos demones, scilicet obstruere viam vite. Item mo-
raliter per istos duos intelliguntur demoniaci accipe
gentes que duobus filiis Noe exierunt. Monu-
menta autem sunt corpora per que feditatem operum
videbant. Exeuntes quia dicit Marcus quod tam demoniacum
nullus poterat ligare. Lucas: rupit vincula et
in desertum agi. Quia gentes nullo divinorum vinculo
legum poterant cohiberi. Unde de Iudeis sevi-
ebat in se quam in aliis, nec poterat in eis
viam Christus et suis auctoribus. Vel per duos in-
tellige Iudeos et gentes accipe, qui non habitabant in
[illegible] domo, id est in conscientia sua non requiesce-
bant, in monumentis manebant, id est in operibus
mortuis delectabantur, nec sinunt per viam fidelium
aliquem transire. Sequitur: Et ecce clamaverunt.
Hic ponuntur tria circa miraculum. Primo demonum
confessio. 2o convenientia petitio, ibi: Erat
autem non longe. 3o petitionis concessio, ibi: Et
ait illis. Dicit ergo: Et ecce clamaverunt, virtutem
dei sentientes. [illegible] Clamabant pro dolore
cordis. Clamaverunt passione, quia forsitan
ex presentia domini aliquam lesionem senserunt. Vel
hoc erat eis lesio quod exire cogebantur. Dicentes:
Quid nobis et tibi, Ihesu fili dei. Glossa: [illegible]
quasi nichil est nobis et tibi commune. Ieronimus:
ac si dicerent nichil est commune inter malitiam
et tuam gratiam. Unde 2 ad Cor. 6: nulla societas
lucis ad tenebras, et que conventio Christi ad
Belial. Glossa: non est hec voluntatis confessio,
sed necessitatis extorsio, quia timent eius potentiam.
Nota quod hic demones in hoc quod dicunt Quid
nobis etc. confundunt Iudeos qui dicebant:
in Beelzebub principe demonum eicit
demonia. In hoc quod dicunt fili dei confun-
dunt Arrianos. Beda: Hic reprehendi potest, scilicet
sit Arrii nescientis vesania, Christum creaturam
et non deum credere, quem filium dei altissimi de-
mones credunt et contremiscunt. Hic queritur
an demones cognoverunt Christum esse filium dei. Vi-
detur enim quod sic, per illud Luce 4: Scio te quis
sis, filius dei, et hic: Ihesu fili dei etc. Contra
prima ad Cor. 2: Si enim cognovissent,

numquam dominum glorie crucifixissent. Responsio: quod hoc
quod Christus esset filius dei magis deprehenderunt demones
ex coniectura quam per certitudinem. Quia ille demon
qui temptavit eum in deserto, superior erat
et acutioris ingenii, et tamen non potuit
scire per certitudinem utrum ipse esset ille qui
erat promissus ad salutem mundi, et circa
eum dyabolus. Ergo multo minus isti demones
istos duos demoniacos inhabitantes po-
terant hoc scire. Unde Glossa Ieronimus: Ridicu-
lose inquiunt putant quedam demonia
scire Christum filium dei esse et dyabolum ignora-
re, eo quod minoris malicie sint illi quam
ille cuius satellites sunt, cum omnia scientia discipu-
lorum ad magistrum referenda sit, et tamen
demones quam dyabolus magis suspicantur filium
dei quam nosse intelligendi sunt. Nemo co-
novit filium nisi pater, neque patrem quis
novit nisi filius et cui voluerit filius reve-
lare. Item Hilarius: et videtur hic in glossa
magis suspicari quam nosse credendi sunt.
Venisti huc ante tempus torquere nos. Ad cuius
evidentiam est sciendum quod usque ad diem
iudicii est tempus merendi ac demerendi
hominum. Et ideo sicut usque ad illud tempus
sancti angeli curant iuvare nos ad maiorem
defensionem, ita mali angeli ad maiorem
temptacionem et impugnacionem. Licet
autem secum portent ignem suum, tamen repu-
tant se torqueri et affligi quando eiciuntur
ab hominibus ne eos noceant. Propter quod
ad nos ~~[illegible]~~ vel ex presentia salvatoris
se aliter puniebantur, quia malis vir-
tuosis et iustis tormentum est ad videndum.
Unde Ieronimus: presentia salvatoris tormenta
sunt demonum, quia se timebant statim
mitti in gehennam. Vel secundum Crisostomum, propter
superhabundantiam malorum que fecerant,
estimabant quod non expectarentur in eis
tempus extreme punitionis que erit in
die iudicii. Erat autem non longe. Hic
subditur demonum petitio. Et primo

ponit petico(n)is causa(m) | 2o ipam peticoem ibi
demones autem rogabant | 3o q(uo)d erat
autem non longe s(cilicet) a demoniac(is) grex porcor(um)
in(fi)n(i)tor(um) pascencium | In marco d(icitu)r erant
fere ad duo milia pascentes circa monte(m) /
lucas d(icit) in monte fuisse / q(uia) de tanto
grege alii in monte alii circa montem
erant | demones autem rogabant eu(m)
dicentes | si eicis nos hic / mitte nos
in gregem porcor(um) / et h(ic) ostendit(ur) q(uod) de-
mones nichil habent nocumenti inferre /
nisi p(er)missi | Vn(de) beatus aug(ustinus) / et habetur
hic in glo(sa) | d(icit) nullo modo demones
sua p(otest)ate possunt nocere hominib(us) / quia
nec pecoribus nocere p(ossu)nt | Et beatus greg(orius)
tractans illud Job .40. behemoth q(ue)m
feci tecum qui fecit eum applicabit gla-
dium eius d(icit) / formidari non d(ebe)t / q(ui) n(on)
habet nisi p(er)missus / Quamuis enim malig-
nitas a demone sit / potestas tamen non
nisi a deo est / Si eicis nos hic / q(uasi) d(icat)
potestate habes nos eiciendi si vis / tamen si ei-
cis nos mitte i(d est) p(er)mitte nos i(n) gregem
porcor(um) / Ex hoc p(atet) q(uo)d licet hominibus
non possint nocere in p(er)so(na) / appetunt
tamen eis nocere in s(ub)st(anti)a | Et q(uo)d rogabant
mitti in porcos si eicerentur | Et ait
illis ite | Hic subditur petitionis exau-
dicio | Vbi ponit(ur) p(rim)o diuina p(er)missio / cu(m)
d(icit) ite | 2o demoniacor(um) liberatio / ibi
at illi exeuntes | 3o demonum in porcos
ingressio / ibi abierunt in porcos | Et
ecce magno impetu / q(uia) celeriter agita-
tibus demonib(us) / Totus grex ha-
buit i(d est) sine ordine p(re)ceps i(d est) valde velociter / i(n) mare
s(cilicet) tiberiadis / q(uo)d erat p(ro)pe | et mortui
s(un)t in aquis / s(ecundu)m Cris(ostomum) / q(uia) vbique homines
in mesticia mittere student / hoc dicit
s(ecundu)m Cris(ostomum) q(uia) mare illud h(abe)t aquas
dulces s(ed) vocatur mare more ind(e)or(um)
Hic querit(ur) s(ecundu)m Cris(ostomum) / Cur fecit d(omi)n(u)s
q(uod) demones rogauerunt / ad q(uo)d dicitur /

indigni exaudiri | Ex q(uo) dicitur fecit non p(ro)p(ter) cor-
p(or)is p(ro)fectum / s(ed) p(ro)p(ter) mult(i)plicem hominu(m) vtilitate(m)
p(ri)ma est ut magnitudinem iacture doceret
homines q(uo)d demones erant qui eos inf(e)st(a)-
abant / 2a ut discant homines q(uod) pl(us)
afflixissent homines quos pl(us) odio h(abe)nt
q(uam) porcos si licuisset / q(uia) qui porcis non
pepercebat nec vno momento nullo modo hominib(us) /
3a p(ro)p(ter) salutem et dignitatem hominu(m) / Vnde
glo(sa) dignior h(om)o bestiis cum p(ro)p(ter) salute(m) duor(um)
hominu(m) duo milia porcor(um) p(er)ierunt Ite(m) glo(sa)
p(er)mittit ut p(er) dampno salutis hominu(m) p(ro) ne-
cem porcor(um) / 4a ad confutationem heresis man-
icheor(um) vt d(icit) Jo(hannes) Crisost(omus) manichei si
de eadem s(ub)st(anti)a hominu(m) bestiarumque sunt ani-
me quod ab vno homine salute duo milia
porcor(um) suffocantur / 5a ad ostendenda demo(nu)m
q(uia) porcus est anim(a)l in mundum l(e)vit(icus) xi /
vel p(otes)t dici q(uod) forte homines illius terre
peccauerant et ideo meruerunt istud dampn(u)m
fieri / vel p(otes)t dici q(uod) xp(istu)s fecit aliq(uid)
ad s(ignifi)candum sicut infra .xxi. maledixit
ficui non h(ab)enti fructum s(ed) folia tamen et tamen
nulla (cul)pa fuit ex p(ar)te arboris / q(uia) ut ibid(em)
d(icitu)r non erat tempus ficuum. Et ideo illa
maledictio fuit ad s(ignifi)candum maledictionem
iudeor(um) quorum fructum bonum op(er)is querebat
xp(istu)s / tamen non inuenit in eis nisi folia
tm i(d est) apparentiam bonor(um) op(er)um | Sic eode(m)
est p(ro)positio hic intelligendus q(uod) d(omi)n(u)s
p(er)misit demones intrare porcos volunt
s(ignifi)care q(uod) demones non recipiunt potestate(m)
nisi in homines porcinos / Vn(de) glo(sa) nisi q(ui)s
more porci vixit dyabolus in eum potestate(m)
non accipit nisi forte ad probandum Dein g(lo)
libidini vacat in illos demonum potestate(m)
h(abe)t dicit xp(istu)s / porcini homines s(un)t s(ecundu)m Cris(ostomum) /
Vnde guneclentes p(ro)p(ter) gulam / pigwes ad
luxuriam / in luto iacentes p(ro)p(ter) accidiam / in t(er)ra
fodientes p(ro)p(ter) auariciam / spumantes p(ro)p(ter) ira-
cundiam / Item querit(ur) q(uare) demones ele-

Ira

gerunt mittere porcos. Respondeo elegerunt non
quia hoc esset in arbitrio eorum sed quod magis esse
permitti putabant / et quod magis congruebat
porcis cum per immundiciam suppedes per astuciam
magis eis competunt. Item petierunt mitti in
porcos ut adhuc nocerent hominibus. Iste ne dis-
cederent in infernum quod timebant / Pastores
autem hec ponitur mirabilia divulgatio / pastores
autem suorum porcorum fugerunt timore perterriti. Et
venientes in civitatem suam gerasenorum nunciaverunt
omnia scilicet que acciderat de porcis et et de
hiis qui habuerat demonia quod scilicet per christum
curati sunt erant / Et ecce tota civitas. Hic ostenditur
reverencia gerasenorum exhibita christo / Et ecce
tota civitas exiit obviam ihesu ad faciendum
ei reverenciam. Et viso eo rogabant. Ex humi-
litate reputantes se indignos tanto doc-
tore / sicut dicit petrus luce v. Exi a me
domine quia homo peccator sum / Et sicut nihil que in
hospitium helyam receperat dicit 3 regum 17. In-
gressus es ad me ut rememorarentur iniqui-
tates mee et interficeres filium meum / Et sicut
supra dictum est de centurione. Unde glossa. Rogant
eum non de superbia (vel dampno) sed de humilitate indicantes
se indignos / ut petrus fecit et vidua de
sarepta / ut transiret a finibus eorum / Unde non re-
stitit sed recessit / et eos qui se indignos an-
nunciaverunt doctrina eius reliquit / Dans
eis doctores liberatos a demonibus. Et por-
corum pastores. Unde ambrosius ubi supra. Et fortasse
nolunt quod ille qui habebat legionem sequeretur
ipsum sed magis predicaret miraculum factum / Et
ita intelligendum est de alio qui erat cum
eo. Vel aliter potest intelligi. Et isti gera-
seni ex peccatis suis timebant offendere christo
presentiam / et per quos merentur maiorem penam
succedenti / et ideo rogabant eum discedere a fini-
bus eorum. Moraliter. Circa istos demoniacos
nota tria membra / dispositionem / nocumentum /
In primo dico dicitur ad propositum duplex
genus dyaboli oppressionis opprimit enim per
errorem rationem opprimit per malignitatem

voluntatem / primum est fidem / secundum est bo-
nos mores / demoniacus primo est homo
oppressus spiritu erroris. prima ad thimotheum iv. In
novissimis temporibus discedent quidam a
fide attendentes spiritibus erroris et doctri-
nis demoniorum / Demoniacus 2 est homo
oppressus spiritu maligno / primo regum xvi. Spiritus
domini recessit a saul et exagitabat
eum spiritus nequam. Quartum ad dispositionem dicendum
habentes demonia / occurrentes demoniaci
sevi nimis in quo significatur triplex dyaboli
temptationis. Temptat enim vio-
lencia potestatis astucia fraudis simulatione
bonitatis / violencia premendo deicit
ad quod propositum dicit sevi nimis astucia
fraudis decipit / que notatur ibi habentes
demonium / demon enim interpretatur sciens
simulatione bonitatis illudit. hoc
notatur per inhabitationem in monumentis que extra
sunt pulchra intus autem spurcicia plena.
Racione violencie comparatur dyabolus leoni
prima petri v. Adversarius vester dyabolus tamquam
leo rugiens etc. Racione astucie comparatur
serpenti genesis 3. Serpens erat cal-
lidior cunctis animantibus terre / Racione
simulacionis comparatur draconi qui habitat
in cavernis ysaie 33. Erit cubile draconum
et pascua struthionum Racione istorum trium
dicitur apocalipsis 20. apprehendit draconem ser-
pentem antiquum qui est dyabolus et sathan-
nas racione violencie dicitur sathanas
Quantum ad nocumentum notatur / quia primo
fecit nocumentum in hominibus quos ob-
sedit / 2o in porcis quos precipitavit
In quo designatur duplex vexacio pecca-
torum est per peccata spiritualia quibus vexantur
homines qui videntur nobiles altera
per peccata carnalia quibus vexantur por-
ci i. carnales / Vexacio significatur cum
ipsi erunt in sepulcris et in montibus clamantes
et vexare (?) [illegible] / unde et quod ceciti

ab hominibus intrant porcos quia per gratiam
dei fugati a spiritualibus invadunt carnales
qui significantur apostoli 12 [illegible] prius habitabant in
celo, postea proiectus in terram. porci sunt
carnales 2 petri 2 canis reversus ad
vomitum et sus lota in volutabro. vel por
ci sunt carnales delectationes luce 15
adhesit uni civium et misit illum in vil
lam suam ut pasceret porcos. vel porci
sunt spiritualium corruptiones. supra 7 nolite
sanctum dare canibus neque mittatis mar
garitas ante porcos. Et non continue
runt porcos et precipitaverunt et mortui sunt
in aquis. intrat enim dyabolus porcum
cum intrat carnalem animam et consequenter
precipitat in mare per peccatum peccati quod
moritur magnis finali impenitentie

Et ascendens ihesus in naviculam transfretavit
Ostenditur divina virtute super creaturam
pure corporalem. Item super creaturam pure
spiritualem. Hic ostendit super coniunctam ex
utraque scilicet hominem. Et hoc quantum ad animam et
corpus in curatione paralitici. Ubi ostenditur
primo fidem offerentium paraliticum. 2o actum
divine pietatis ibi, videns autem
ihesus. 3o reverentiam turbarum admiran
tium ibi, videntes autem turbe. primum insinuatur
in oblatione paralitici. 2m in curatione
oblati. 3m in declaratione miraculi. dicit
ergo. Et ascendens ihesus in naviculam
ut scilicet per navigium de terra gerasenorum
rediret in galileam. transfretavit de
terra gerasenorum. et venit in civitatem
suam scilicet capharnaum quia ibi fecit hoc
miraculum ut dicitur marci 2o. Unde glossa ne
putes hanc esse nazareth quia marcus
dicit hoc esse factum in capharnaum. Sed
quare capharnaum dicitur civitas eius. Et sciendum
quod alia quidem civitas eum attulit
scilicet in lucem genuit. et hec erat bethle
hem quia ibi natus fuit. alia nutrivit
et hec erat nazareth. tertia domi inhabitante
habuit. et hec erat capharnaum quia ibi frequenter
habitavit. et de hac loquitur hic. vel capharnaum
dicitur civitas eius dicebatur quia in predicatione sua et
dictationis multa miracula ibi fecit. Unde luce
4 dicens in synagoga in nazareth dicebat
quanta audivimus facta in capharnaum fac
et hic in patria tua. Et ecce offerebant ei
paraliticum. marci 2o et luce 5. plenius declaratur
modus offerendi. ubi dicitur quod quatuor erant
portatores et cum non possent pre turba intra
re ad Christi presentiam submiserunt eum de tecto
domus per tegulas in lecto ante ihesum. et hec
fuit signum fidei et confidentie eorum. Videns
autem ihesus post fidem offerentium paraliticum
ostendit hic divine pietatis actum et super animam et
corpus. Et hoc tripliciter. primo in remissione
criminis. 2o in cognitione cogitationis ibi Et
ecce quidam. 3o in curatione egritudinis
ibi Ut autem sciatis. dicit ergo videns autem ihesus
fidem illorum non tamen cognoscendo quod applica
do. Beda dicit et habetur hic in glossa. quantum valet
apud deum fides propria apud quem sic valuit
aliena ut intus et exterius sanaret hominem. Confide
fili remittuntur tibi peccata tua. luce 5 dicitur homo
Augustinus et habetur hic in glossa. Utrumque dixit
ihesus quia utrumque eventus testatur scilicet homo quia
peccavit. filius quia sibi peccata dimittit. glossa
Iudeus in hoc innuit se deum quia in prophetis dicitur
dominus. Ego sum qui deleo iniquitates. Et habetur
ista auctoritas ysa 43. Ieronimus O mira humilitas
despectum, totis quoque membrorum compaginibus dis
solutum filium vocat. Et dicit remittuntur non dicit
remitto cum humilitatis insinuacione. Ecce primo
primus et maior est et remittitur in tempore tri
bulationis peccata. Nota quod deus fecit ad modum
boni medici qui primo removet causam morbi
ut postea inducat curationem. Infirmitas
autem hec fuit inflicta paralitico. Et ideo
primus removet causam infirmitatis dicens
remittuntur tibi peccata. Unde magister in historiis
dicit et medicus physicus corporum primo debet

Et ecce offerebant ei[illegible] (margin)

Videns autem fidem illorum (margin)

Nota (margin)

de multiplici infirmitate

id est emplastrum

mouetur ad penitenciam et confessionem / ne peccatum maneret
tectum sicut in vulnere frustra sit malagma appo-
nitur / et hoc est statutum contra / Secundum quod infirmitas
corporalis infligit alicui multiplex de causa / Uno
modo / propter probacionem et pacience declaracionem / sicut patet
de Job capitulo 2o / Secundo infligitur / propter humiliacionem
alicuius / ne in superbiam elevetur / sicut apostolus
dicit de seipso / 2a ad corinthios 12 / ne magnitudo
revelacionis extollat me / datus est michi
stimulus carnis mee angelus sathane qui
me colaphiset / 3o non propter peccatum commissum
sed ad gloriam dei manifestandam / sicut de ceco na-
to dicitur Jo 9 / neque hic peccavit neque parentes eius
/ ut cecus nasceretur / sed ut manifestentur opera
dei in illo / 4o infligitur ad peccatum commissi
purgacionem / sicut maria soror moysi
fuit lepra percussa / quia locuta fuit contra moysen
numeri 12 / Et iste paraliticus insinuatur propter
peccati sui commissi purgacionem / 5o propter pec-
cati punicionem / sed non propter purgacionem / et talis infirmi-
tas est quedam preambula pene geheñe /
et sic inflicta est herodi Actuum 12 / ubi dicitur
quod percussit eum angelus domini / eo quod non dedisset
honorem deo / et consumptus vermibus expira-
vit / et eodem modo de pharaone / qui per plagas
fuit induratus est / Et istos modos ponit
glosa dicens / Nota / infirmitates aliquando contingunt
propter peccata / et ideo plus diminuitur / ut paralisis resti-
tuatur / Quinque modis infirmitates contingunt / vel
ut iustis merita per pacienciam augeantur / ut Job
/ vel ad custodiam virtutum / ne superbia temptet
/ ut paulo / Et ad corrigenda peccata / sicut marie
lepra / et huic paralitico paralisis / vel ad gloriam dei
ut de ceco nato et de lazaro / vel ad inicium
pene / ut herodi / ut tuus hic videatur quid
inferno sequitur / Unde dupplici racione confert
eos dicit deus / ut Job probat / inclinat /
primum sese manifestat / In ceco purgat per
mariam / punit herodem / Idem nota glosa prius
sanatur anima ut gracias agit / quia plus desiderant
ut cura corporis quam anime / quando non venit curare
quo quando sanata erat anima / vel intelligendum

est plus in actu propter spiritum doloris sed non
in situ / vel plus secundum spiritualitatem / vel
quod dicitur plus restituitur ad corpus cum dimitti-
tur peccatum / Remittitur cum remissum fuit / Paralitico
paritum sine fide propria / quod videtur per
auctorem Cristi qui dicitur Corporales eius
resoluti corporis sic deflebat ut eius
penas anime non defleret / Gravem sibi
putens vitam indicans qua futuram
invito cum eius assentium fidem respirat et
beatitudiam sic iacentes ut fidei aliene
suffragio paralitici anima curaretur
retur qua corpus / Et hoc videtur velle
dicere glosa que incipit / Cumque vidisset etc.
Et contra quod qui creavit te sine te non iusti-
ficabit te sine te / Et sicut dicitur luce 4.
Submiserunt eum per tegulas ante ihesum
/ non autem permisisset se per tegulas sub-
mitti nisi fidem haberet / Unde iste fuit
salvatus fide aliena et fide propria / sed
fidem propriam impetrare sibi fides aliena
fidem autem propriam non habuit in statu
oblomis / pro quo statu loquitur Cristus / sed
illam postmodum habuit ad verbum salva-
toris dicentis / Confide fili / vel catholice offe-
rebant ei paraliticum / Per istos significantur pre-
lati qui debent orare pro subditis dicentes qui
audi domine et placare / culpam dimit-
tendo / Attende domine gravam offendo
et fac in bono permovendo / Per paraliticum
significatur voluptuosus / qui iacet dissolu-
tus vel significatur gloriam dei / ubi carne
resoluta ysaie 21 / et deliciis dissolutus
fit vaga / Et dicitur vaga quia maxime
voluptas et luxuria abstrahit a deo /
Et ecce quidam de scribis / Hic ostendit
divinam potestatem in cognicione et indicio
cogitacionum / Ubi ponitur primo cogitacio
phariseorum / 2o cognicio cogitacionum / ibi
cum vidisset / 3o confutacio cogitacionum
ibi / Ut quid cogitatis / Dicitur igitur Et ecce
quidam de scribis id est legisperiti / hii duo

cordis conveniunt. Dixerunt intra se .i. cogi-
tando, quia verbum intrinsecus est conceptus
mentis / Hic blasphemat / Iudicabant enim
sic hoc / quod dei est sibi arrogat / Ergo hoc
probat quod negabat ipsum esse deum / sed credebat
ipsum esse purum hominem / Secundum quod blas-
phemare est deo iniuriam irrogare quod
fit tribus modis .i. cum deo attribuitur quod
sibi non convenit / quod est contra maiestatem / vel cum
ab eo removetur quod ei convenit / et hoc est
contra iustitiam / vel cum attribuitur creature
quod est proprium dei / quod est contra maiestatem
.i. sublimitatem quod suum est / Unde dicit
ysa. 43. Ego sum [struck] qui deleo ini-
quitates tuas. Videbat sibi [struck] quia
solius dei est dimittere peccata / Unde credebant
christum esse purum hominem / dicebant / Hic
blasphemat / Levitici 24 qui blas-
phemaverit nomen domini morte moriatur
Et aggravatur peccatum eorum quia dixerat / Ihesus
remittuntur. non remitto / licet ipse esset
qui remitteret / Alias si fuisset purus homo /
non blasphemasset / in hoc quod dixit Re-
mittuntur / Et cum vidisset ihesus cogitationes
eorum / hic quando eos convenit redarguit
ostendens se esse deum duplici / primo quia vi-
dit eorum cogitationes quas conspicere
per certitudinem soli deo proprium est / Unde primi regum
16. Homo videt quae patent / deus autem
intuetur cor / Ipse quod dicit / Et cum vidisset
ihesus cogitationes eorum / glosa Iudicabit se
deum esse occultorum cognitione et ipsum
virtute indicat / Dixit / Ut quid cogi- Quid cogitatis
tatis mala in cordibus vestris / i. falso michi
imponendo blasphemiam / ac si diceret
secundum glosam iudicis / eadem potestate cogitatio-
nes vestras video / et ea potestate peccatum
possum dimittere / Quid est facilius dicere /
dimittuntur tibi peccata tua .i. solo verbo efficere
ut dimittuntur peccata / an dicere Surge et
ambula .i. an verbo efficere ut quis pali-
ticus surgat sanus et ambulet / nota

non dicit facilius facere / sed dicere / ad significandum quod solo
verbo hoc posset facere / Item non licet paraliti-
cus virtute nature / aliquando curari posset / non tamen subito
nec ita perfecte ut ipse posset statim lectum suum
ferre portare / sicut dicitur hic / Per quod dicit hic quid
est facilius etc. q. d. aequalis potestatis est utrumque
secundum glosam / Quid est facilius etc. Ergo qui hoc
spirituale non credit / probetur signo visibili / quod
non minoris constet esse potestatis / ut in filio homi-
nis latentem ostendat potentiam maiestatis / quod
peccata possit dimittere ut deus / Sed videtur quod
difficilius et maius sit impium sanare in anima /
quam in corpore / pro verbo Augustini super illud Io-
hannis 14 maiora horum faciet / dicit Augustinus maius est ce-
lum et terram creare quam impium iustificare / Sed
opus dei potest dupliciter considerari / vel ex parte
operantis / sic eque facile et eque magnum
est utrumque / vel ex parte operis / sic quia potest ma-
ior facultas est ad unum opus quam ad aliud /
sic iustificare impium / maius est / quam creare
celum et terram / quia in primo est resistentia peccati
et corrigitur motus liberi arbitrii / in alio
non / Ut autem sciatis / Hic ostenditur actus divine Ut autem sciatis
potestatis in subiecta curatione tante infirmitatis
Ubi ponitur primo quedam verba ad instructionem
2o quedam ad curationem / ibi Tunc ait pali-
tico / Dicit ergo / Ut autem sciatis vos scribe et phari-
sei quia filius hominis .i. virginis habet potestatem
dimittendi peccata in terra / Unde dicit in terra quia
in vita ista est locus remissionis peccatorum
Tunc ait paralitico / Interpositum est et sunt verba
evangeliste ceterum sunt verba christi / vel possunt esse
omnia verba ista evangeliste / sic ut sit sensus / Ut autem
vos sciatis / sciatis quia filius hominis habet potestatem
dimittendi peccata in terra / tunc ait paralitico / Surge et tolle lectum
/ Tria contra tantam potestatem / sic commendabatur (?) eius ipse tuum et vade in domum
paraliticus iacens / contra quod dicit Surge / tuam.
in lecto contra quod dicit tolle lectum tuum / paraliticus
.i. inmobilis contra quod dicit vade in domum
tuam / Secundum surge in curatione / Item tolle
lectum tuum / in curatione perfectorum / quia validitudo

plena restituta est / Vade in domum tuam /
in perfecte curacionis manifestacionem / Et surrexit
statim ad imperium domini. Et abiit in domum
suam / Marci 2° additur Sublato grabato suo
/ Unde Beda / et habetur hic in glosa / Magna
virtus ubi sine mora salus comitatur
imperium / Item glosa / per remissionem pene re
missionem culpe intellige / Item glosa super
illo verbo Tolle lectum tuum dicit sic / ut quod fuit
testimonium infirmitatis probacio sit sanitatis
Ut sciatis. Verum paralitico dimissa sunt peccata /
solus novit qui ea dimittit / Surge autem
et ambulare omnibus erat manifestum quod vide
bant / Fit ergo carnale signum ut probetur
spirituale quamquam eiusdem virtutis sit corporis et
anime vicia dimittere / Quia dicit filius hominis
habet potestatem dimittendi peccata / contra / solius
dei est dimittere peccata / ergo non hominis / Respondeo / quia
idem est filius hominis et deus / sicut dicit glosa
interlinearis / Et dicit filius hominis / ad innuendum unitatem
humanitatis et divinitatis in unitate persone in Christo
/ Sed queritur utrum Christus fuerit quod homo dimittat
peccata / Dicendum / si / fuerit quod / notat unitatem persone
dico quod sic / si / fuerit quod / notat condicionem humane
nature / sicut dicendo / Christus fuit quod homo est mor
tuus / dico quod non / De hac materia vide d. 3 n
3° Sentenciarum / Sequitur glosa / Surge est
mentem a carnalibus desideriis abstrahere
Lectum tollere est carnem a terrenis desideriis
ad voluntatem spiritus attollere / Domum ire
est ad paradisum vel ad interna sui custodi
am ne peccet redire / Videntes autem turbe

ira
videntes autem turbe

Sepius ostendit dominus peccatis actus circa
paraliticum curatum / hic subditur reverencia
turbarum / Et tangitur triplex turbarum actus
quia viderunt quod est visibilis / timuerunt
quod est irascibilis / glorificaverunt quod est con
cupiscibilis / Dicit ergo Videntes autem turbe scilicet mira
culum factum in paralitico timuerunt veneran
do et admirando / Abakuk 3° domine con
sideravi opera tua et expavi / hoc dicit.

Super apprehendit omnes Et glorificaverunt
laudando deum / Ecclesiastici 43: glorificantes dominum
quantumcumque potueritis supervalebit adhuc / Sequitur / glori
ficaverunt quod timuerunt / Quia timue
runt timore reverencie quam habent annexam
glorificacionem / Et glorificaverunt deum qui de
dit talem potestatem hominibus / glosa .i. homini
tam potenter inter homines operantem / Et quia
hoc patet / quod non de Christo plenam cognicionem
habebant / quia purum hominem eum credebant
sed super alios homines esse et posse / et hanc
potestatem a deo accepisse / Vel sic / Et
glorificaverunt deum qui dedit talem potestatem
.i. ipsum Christum qui est filius dei pro
hominibus .i. ad eorum salutem / Sequitur / Quare
hic non arguit istos de modicitate
fidei / sicut suos discipulos arguit / Respondeo
quia isti non fuerunt tunc conversi tunc co
sicut apostoli / Ideo paulatim erant duc
endi ad perfeccionem fidei / Vel hoc potest
argumentum / quod nimium non sunt increpandi
dum / sed blande amonendi / Moraliter per
istum intelligitur paralitica anima / si surrexerit
et robur pristinum recuperaverit portet
lectum suum scilicet corpus in quo iacebat
in dissoluta scilicet in sceleribus et peccatis
audi Surge scilicet a carne et mundo /
Tolle lectum tuum .i. corpus tuum super quo po
situm est quod anima sit in celis per devocionem
et corpus in terra per voluptatem / Et
vade in domum scilicet per bonam operacionem
Vel Surge per contricionem et confessionem / tolle
per satisfaccionem / Vade per continuam operacionem
Et cum transiret Ihesus inde vidit
Supra tractatum est de vocacione a sta
tu iusticie ad statum perfeccionis / et de vo
cacione per miracula operata ad
timorem ex consideracione potestatis / hic
agitur de vocacione a statu culpe
ad statum iusticie / Ubi primo ponitur voca
cio de statu iniquitatis / 2° confirmacio

p[er] miracula alliciebat ad amore[m] bonor[um].
ibi hec illo loquente ad eos/ ecce princeps
unus/ p[rim]o ponit[ur] circa d[omi]ni pietate[m] cir-
cumstantes/ 2a rep[re]hensio humane impietatis
circa eosdem ibi Et videntes pharisei/ circa
d[omi]ni pietate[m] circumstantes ostenditur
p[ri]mo in actu vocacionis/ 2o in actu susce-
pcionis ibi Et factum est/ p[rim]um p[ate]t in vocacione
mathei/ 2m in benigna susce[p]cione
publicanorum/ circa vocacionem mathei
notatur. x. vidit quod p[ro]pter vocantis sibi inspi-
cere conprendebat/ p[rim]um est vocatus inspiracionem
2m vocati inspec[cio] q[ua]ndo ibi hominem
sedentem/ 3m vocacio ipsa quod p[ro]pter p[ro]pter
ibi Et ait illi sequere me/ 4m obediencia
ex p[ar]te mathei ibi Et surgens/ secundo
est hic/ q[uod] Io[hannes] illud quod hic dicitur/ s[ed] hoc
debet intelligi dici p[er] recapitulacionem/ quia
dicitur luc[e] 6/ 12 fuit electus in monte
cum symone domino/ s[ed] dicitur quod matheus p[re]cedit
hic spiritualiter/ et non corporaliter/ quia cum vo-
cacio mathei fuit miraculosa/ ideo ponitur
inter miracula/ Et aug[ustinus] in libro de concordia
evangelistarum videtur idem sentire/ s[ed] 12 cum fuit
electus cum aliis 12 in monte/ cum symone
dicitur in monte/ eius autem in omni loco/
12 iste sit ordo historie quem hic matheus
ponit/ et quod cum aliis non fuit electus/ s[ed]
quia/ quem cum petro et Ioh[ann]e et aliis dis-
cipulis ipsum non vocavit et elegit/ s[ed]
tunc vocavit eum qui cepcionem eum ad
obediendum sentiret/ quam intima cordis
novit Et p[ost] hec ascendens/ 12 autem
dicitur 12 electos fuisse in monte/ cum symone
domino/ sic [?] 12 a p[ar]te intelligitur
totum/ quia ibi maior pars electa est/ s[ed]
dicitur 12 ibi fuit electus Et iste modus
frequenter invenitur in scriptura/ s[ed] glo[sa]
dicit q[uod] p[ro]babilius videtur/ q[uod] p[re]missa
commemoret/ cum 12 elegit cum symone
dicit ergo Et cum transiret ihesus inde .i. de
galilea/ dicit autem hoc p[er] recapitulacionem
secundum Io[hannem] et aug[ustinum]/ et non continuatur ad precedencia

Clau

dencia vocacionis/ sicut voce communi/ s[ed]
secundum Io[hannem] evang[elistam] historialiter est intelligendum/ vidit inspiracione
hominem vidit Eccl[esiastici] 9 respicit in electos illius
hominem/ hic nota q[uod] dicit p[ro]pter familiaritatem
non sedentem in theolonio/ nomen dicit
ex p[ar]te officii/ matheum nomine/ ecce quod dico vidit
vidit secundum glosam non tam corporeo quam misericordie
intuitu/ hominem quod idem est sicut cum incor-
es eius/ sedentem in theolonio (exactor fuit vectigalis) sub li[bro] p[ro]
nacio lucris inhiantem/ theolonium est
locus in quo solvuntur publica vectigalia
vel mensa in qua computabantur Et dicitur secundum
glosam a theolos grece/ quod est vectigal latine
unde dicitur 12 theoloneum dicitur/ ubi naute et
nautarum emolumenta redduntur/ et ibi sedet
exactor vectigalis/ pro rebus importantis
Et theolonium est conmune ad vectigalis et ad
domum in qua tributa solvuntur/ matheum nomine
secundum glosam ceteri p[ro]pter verecundiam non appellant eum
vulgato nomine/ sed levi/ binomius enim fuit
infra x. c.
ipse autem et publicanum se nominat/ ne quis
a salute desperet/ matheus hebraice secundum glosam
est latine idem quod donatus/ qui tantum munus
gratie accepit/ levi additus vel assumptus
quia divina electio eum assumpsit et numero apostolorum
addidit Et ait illi sequere me/ sic in hac
vocacionis duo notantur/ verbum vocacionis
a x[rist]o/ 2 obediencia mathei x[rist]um sequentis ibi
Et surgens secuntus est Et ait illi sequere me
ymmo non luce gratia eum magis est sequi dominum
sicut dicitur Eccl[esiastici] 12/ Et surgens secutus est
eum/ lucas plenius dicit Relictis omnibus secutus
est eum/ glosa sicut p[er]fecta abrenunciacione et
lucra reliquit/ et p[er]icula pericula timuit
qui vectigalium imp[er]fectas reliquit/ cupi-
ditas sequendi x[rist]um/ s[ed] quicquid abicit/ reddidit
sed cesaris cesari sicut 22/ s[ed] hic ergo secutus
est dominum non reddita racione/ s[ed] ma[gister] q[ui] ab
recepit vectigalia/ tenebatur ergo racionem reddere
depreceptus/ s[ed] civitas maior vocatus eum
absolvit/ sicut de filiis israel spoliantibus

mathei levi

mathei

Et surgens

dicitur

[illegible]

egiptios / ut d(icitu)r exo(di) xi / Ita si deuet aliq(ui)s
aliquid billes / et illud reddit d(omi)no eius
absolutum a debito / (et) q(uo)d billiti ul(tra) s(upe)r est /
d(omi)ni est / Et g(lossa) aug(ustini) satisfaciendo xpo / satisfecit
(et) s(upe)r(iu)s / Et licet ne(c) m(od)o ingredientib(us) relig-
gione ita facere l(ice)at q(uia) no(n) s(unt) tene(n)t(ur) [illegible]
d(icitu)r p(ro) re publica / s(ed) p(ro) p(er)sona p(ri)uata / p(ro)p(ter) q(uo)d
honestum est q(uo)d faciat / Nota(n)d(um) s(e)c(un)d(u)m Jo(hannem) q(uo)d ex
hoc loco arguunt porphirius (et) Julian(us) apos-
tolorum uel imperitia hystorici mentitur / ul(tra) stulti
tiam eorum qui statim saluatorem un(de) [illegible]
uocantem q(uonia)m [illegible] sint secuti / Et Jo(hannes) Tante
u(ir)tutes tanta (et) signa p(re)cesserunt q(ue) ap(osto)los
anteq(uam) crederent uidisse dubium no(n) est / Certe
fulgor ipse (et) maiestas diuinitatis occul
te q(ue) (et) in humana facie relucebat / ex
sui aspectu uidentes ad se trahere poterat / si (enim)
in magnete lapide / (et) sucinis hec esse uis
d(icitu)r ut annulos (et) stipulas (et) festucas sibi co
pulet / q(uan)to magis d(omi)n(u)s creatura(rum) o(mn)i(u)m trahere
ad se poterat quos uolebat / qui(a) exterius uo
cauit ipse / ipse diuina inspiratione interius ut
sequeretur se accendit / Generali(ter) hic q(ua)ntum
de aliis ap(osto)lis nobis no(n) d(icitu)r q(ua)l(ite)r uocati s(unt) n(isi)
de petro (et) andrea Jacobo Joh(ann)e (et) matheo
Ra(tio) eius est q(ui)a isti maxi(m)e erant in t(em)p(or)alibus
studijs / q(ui)a nec theoloneo aliquid e(st) d(e)t(er)ius /
n(ec) piscatione aliq(ui)d est uilius / Istis ergo
a(scri)bebat credere cu(m) scriptura narraret / Item
est g(lossa) ut mirabilior appereret gr(ati)a / (et) co(m)
mendabilior doctrina (christ)i ad corp(us) p(ro)p(ri)o / uidelicet
uocatione(m) u(er)am / Et fac(tu)m est discumbente eo
Hic ondit(ur) p(ro)prietas in actu susceptionis
Et notand(um) e(st) (quod) p(ri)mo tangit(ur) conditio(n)es a p(ar)te
suscipientis / 2o conditiones a p(ar)te susceptor(um)
ibi Ecce publicani multi / 3o modus suscep
tionis ibi discumbebat cu(m) ihesu / Dic(it) g(lossa) Et
fac(tu)m est discumbente eo in domo / aug(ustinus) d(icit)
no(n) d(icitu)r cui(us) / Sed lucas d(icit) fecit ei co(n)uiuiu(m)
magnum leui in domo sua / Et no(ta) q(uod) s(e)c(un)d(u)m
ad uocatione(m) recapitulatio est s(ecundu)m (h)ieronymu(m)
aug(ustinum) (et) [illegible] / quidam uero ad co(n)tinuam hystor(iam)
(con)sequentes / Et ideo repetit de uocatione / ut

quemodocu(m)q(ue) uiseat ad co(n)uiuium / Et ecce
multi publicani / Hic ponu(n)t(ur) conditiones
a p(ar)te susceptor(um) / p(ri)mo q(uan)tu(m) ad num(erum) cu(m)
dicit multi / 2o q(uan)tu(m) ad officium / cu(m) subdit
publicani / 3o q(uan)tu(m) ad uitium / cu(m) sequit(ur)
peccatores / 4o q(uan)tu(m) ad actu(m) cu(m) d(icit) uenientes
Dic(it) g(lossa) Ecce multi publicani tang(it) officium
publicani s(unt). s(ecundu)m g(lossam) Jnc(ertam) q(ui) publi
ca uectigalia exigunt / (et) q(ui) lucr(um) s(e)c(u)li
p(er) negotia sectant(ur) / uel s(unt) conductores
uectigalium fisci / uel rer(um) publicar(um) / Et
peccatores tangit statu(m) / tales enim qui exi
gunt uectigalia / (et) qui co(n)silia faciunt
peccatores uocabant(ur) / q(uia) talia officia s(unt)
uix s(ine) p(ec)c(at)o / Uos aut(em) uix aut nu(n)q(uam) s(ine) p(ec)c(at)o p(os)sunt
exerceri / Uenientes discumbebat cu(m) ihesu
(et) discipulis eius / forte inuitati a matheo
/ ut hberet socios in p(e)n(iten)tia / quos h(abu)it so
cios in culpa / Uel g(lossa) melius / penitentes
ex(em)plo mathei. ueniam sperantes / Jo(hannes) Ibat
ihesus ad co(n)uiuia peccator(um) / ut occasionem
h(abe)ret docendi / (et) sp(irit)uales inuitatoribus
suis p(re)beret cibos / G(lossa) humilitas eund(i)
ad peccatores / (et) p(ie)tas doctrine in co(n)uersione
p(e)nitentiu(m) ondit(ur) / Jte(m) Jo(hannes) Ce(n)su(m) uidentes
publicanum a p(e)cc(at)is ad meliora (con)u(er)su(m)
(et) p(e)n(iten)tie inuenisse loc(um) / ob id ip(s)i no(n)
desp(er)ant / sed uel ad p(e)nitentes ueniebat
Item Jo(hannes) d(icit) q(uod) Tertulianus d(icit) hos ue
fuisse ethnicos / et uertur hoc h(abe)re in
g(lossa) dicente scriptura / no(n) erit uectigal
pendens ex isr(ae)l / et matheus no(n) fuiss(et)
iudeus / (et) ille qui cu(m) phariseo templum
ascendit q(uod) no(n) faceret gentilis / Et hu
ius aut(em) o(mn)es p(ro)p(he)tis audices (et) publi
cani iustificauerunt deum / bap(tiza)ti baptismo Jo(hannis)
bap(tiste) d(omi)n(u)s aut(em) qui uenit ad oues
domus isr(ae)l qui dixit / no(n) e(st) bonum
sumere panem filior(um) (et) mittere canib(us) ad
no(n) co(n)uinat(ur) cu(m) ethnicis / cu(m) id maxi(m)e
caueret ne segem p(ro)l(ati)o(n)e uideret(ur) / qui

et discipulis precepit In viam gentium ne abi-
eritis. Secundo quia quo dominus comedit cum
istis cum eis habet de mamona iniquitatis
ut patet ad cor. v. Si quis frater nominatur
inter vos fornicator aut avarus aut ra-
pax cum huiusmodi nec cibum sumere. Et ideo est
pure comedit zacheus ex iniquis erat et
ex avaricia sed non venit zacheus primo
sumere ex magnitudine hoc inde erat semper
sub questione publicanorum. Tercio licet non
comedere inde de rebus usurariis acquisitis
per usuram. Et quod bene licet plato et
predicatoribus sub spe conversionis que cum
ipse usurarius habet non prestita. Cum iste
ad inducendum usurarium ad restitucionem
nam est quod genero tamen omni eorum quam
sunt illa que ipse habet, ideo pro stipe
dia accipere. Et videntes pharisei hic
subditur reprehensio impia dicit pre-
ea quos. Et habet duplex. Primo phariseorum
secundo discipulorum Iohannis ibi. Et hic actus
fuit ad eos discipuli Io. Dicit ergo primo. Et
videntes suis qui comedit et inde ante vides festu-
cam in oculo fratris tui et trabem in oculo
tuo non consideras. pharisei similes abakuk
luc. xviii Non sum sicut ceteri hominum. Di-
cebant discipulis eius consuetudo de-
tractorum est loqui de alio non in facie
eius. Et ideo Si mordeat serpens in
silencio nichil minus habet qui occulte detra-
hit. Unde cum discipuli eius videbant
peccare alloquebantur magistrum. Infra xii
Ecce discipuli tui faciunt quod non
licet facere sabbatis. Et non magistro di-
cebant eis peccare alloquebantur disci-
pulos ut hic quare cum publicanis et
peccatoribus manducat magister. Utroque
in magistro iniuria irrogatur. Quia
error discipulorum ignominia est magistrorum.
Sed duplicitatem arabat quia se iustos
reputabat cum sunt supplici et illos non

cum pudeant. Et ideo dicebat. Quare cum publicanis
et peccatoribus manducat magister vester. non reputat
eum magistrum similem. Sed videtur quod bene arguat
secundum illud psalmus Superbo oculo et insacia-
bili corde cum hoc non edebam. Videtur in
favore mali non licet sed in correpcionem licet. *edere cum peccatore*
Sic licet eis cum eis predicatoris conitare
ad informandum et ad lucrandum ut a malo re-
trahendum. Manducavit ergo dominus cum istis primo
ut phariseos confutaret qui ex ficta insti-
cia despiciebant peccatores. Sicut patet luc.
xviii. non sum sicut ceteri hominum. Secundo ut eos
ad penitenciam attraheret sicut ait Ier. Tercio ut
naturam non despiciendam ostenderet Sap. xi. Nichil
odisti eorum que fecisti. Quarto ut omnes
in spem salutis erigeret. Osee ii. Dedit
eis vallem achior ad aperiendum spem
At Iesus audiens hic subditur responsio sal-
vatoris confutantis eos et primo racione Secundo *idest*
auctoritate scripture ibi Euntes autem discite.
Tercio exemplo ibi Non enim veni vocare iustos.
Et est vero dicit talis Medicus bonus magis
curat egrum quam sanum. Sed ego sum medicus *spiritualis*
ergo magis debeo conversare cum peccatoribus
ut sanentur quam cum phariseis qui se sanos
reputant. Et hoc est quod dicit Non est
opus idest necessarius valentibus medicus quo
ad collacionem sanitatis sed male habentibus.
Beda Seipsum medicum dicit qui miro me-
dendi genere vulneratus est propter iniquitates
nostras et livore eius sanati sumus. Ysa.
liii. Sanos autem et valentes vocat illos
secundum gloriam qui ignorantes dei insticiam
suam volunt astruere. Male habentes vocat eos qui consciencia
victi non ex lege sed ex gracia querunt insti-
ficari. Ieronimus Sugillat idest redarguit scribas
et phariseos qui iustos se estimantes
peccatorum et publicanorum consorcia declina-
bant. Euntes autem hic confutat eos
auctoritate scripture. Dicit ergo Euntes autem discite

Sic cum publicanis (margin)
At Iesus audiens (margin)
At Ihesus audiens scilicet illos absentes suis putes ait eis (margin)
audiens Iesus (margin)

no q[uod] deus sacrificium spernat, s[ed] p[ri]m[o] acceptat q[uo]d ex inte[n]c[i]one pietatis et cordis humilitatem.

Iudica clementiam imperatoris / Iustice
Iudica diligentiam septimus impiere. Eund[em]
esse q[uo]d d[icit] d[omin]us Osee 6 Mi[sericordi]am volo, per
p[e]cc[at]or[um] dimissionem, et non sacrificium, [id est] ho-
locaustor[um] oblacionem. P[ro]u[erbiorum] 21 Facere mi[sericordi]am
et iudicium magis placet deo q[uam] victime.
Et Michee 6 Indicabo t[ibi] o ho[mo] quid sit
bonum, et quid deus requirat a te, utiq[ue]
facere iusticiam, et diligere mi[sericordi]am, et sollicitum
ambulare cum d[omi]no deo tuo. Et ip[s]a p[er]
holocausta p[er]ic[...] / et adipem pinguium
et sanguinem vitulor[um] agnor[um] et hircor[um]
nolui / et in ps[almo]: holocaustum p[ro] p[e]cc[at]o non
postulasti. Unde Cris[ostomus] In o[mi]l[ia] / Ac si di-
cat / Cur accusat[is] me / q[uia] p[e]cc[at]ores corri-
go / et deum p[at]rem ex h[oc] incusat[is] / Sicut
enim ille volt p[e]cc[at]or[um] emendacionem, ita et
ego / et sic ostendit, non solum non esse p[ro]hibitum
q[uod] incusabat / s[ed] s[ecundu]m legem magis esse
sacrificio. Non enim dixit magis volo et sacrificium
s[ed] hoc imponit, illud eiecit, sacrificium. Sed nondum ter[...]
s[ecundu]m glo[sam]. Et deus non despicit s[ecundu]m glo[sam]
sacrificium, s[ed] sacrificium sine mi[sericordi]a. Mi[sericordi]am volo
et non sacrificium. Iudica s[ine] ira mi[sericordi]a et sine
co[m]passione delinquentium. Faciebant aut[em] pharisei
sepe sacrificia in templo, ut iusti apparerent
coram populo / s[ed] non exercebant mi[sericordi]e opera /
in q[ui]b[us] p[ro]batur vera iusticia. Vel iste
auctoritas loquitur de veritate sacrificii
s[ed] intelligi de [...] aliq[uo] istud sacrificium
spirituale deberet cessare. Non enim veni vocare
iustos. Ideo vero dico magis volo et non sa-
crificium. Non enim veni vocare iustos s[ed] peccatores.
Sic mi[sericordi]am faciendo. Et obiicit in glosa-
tione Natanael et petr[um] et andream et
alios iustos vocavit. Unde glo[sa]. Lucas
apertius dixit / Non enim veni vocare ius-
tos s[ed] p[e]cc[at]ores. Addit Lucas In penitenciam
iustos non p[er]imam / s[ed] ut magis p[ro]ficiant
vocat / vel non vocat iustos s[ed] s[ecundu]m glo[sam]

[Margin: ...]
[Margin: 42]

^ q[uia] n[ul]lus erat iustus q[ui] non indigeret vocari p[er] ...

Iudica i[d est] f[ict]e se iustificantes. Et forte
est yronia. Unde Cris[ostomus] in O[mi]l[ia] yro-
nice videtur ad eos loqui, sic[ut] cum di-
citur adam ecce adam q[uasi] unus ex nobis est.
Et ideo d[icit] glo[sa]: Com[m]unicantib[us] de falsa
iusticia consilium correctionis dat / ut
s[cilicet] [per] opera mi[sericordi]e mi[sericordi]am q[ue]rant, et non
contemptis pauperibus, tunc p[er] sacrificia
deum placare confidant. Unde et similitudinem
ex[em]plum dat. Non enim veni vocare
iustos etc. Unde tres parabole addit
apud lucam de ove et dragma et
duob[us] filiis. Item glo[sa]: [per] Matthei
et publicanorum vocacionem credencium gen-
tium exprimit[ur], qui prius vicia mundi
inhiabant, et ne spiritualiter cum d[omi]no
reficiantur. [Per] superbiam phariseor[um] invidia
iudeor[um] de salute gentium. Qui enim de re-
missio glorians, de publicanis cum d[omi]no
co[m]municant[ur] q[ui] q[uia] legem servare si[m]ul
cordis paciunt[ur] s[ed] qui verbum dei veri
p[ro]piciari c[on]suuere possunt etc.
Tunc accesserunt ad eum discipuli Jo[hannis] etc.
Post rep[re]hensionem factam a phariseis sub-
ditur hic rep[re]hensio facta a discipulis Jo[hannis].
Ubi ponit[ur] p[rim]o ex[em]pla q[uo]d de discipulor[um]
ieiunio. 2o subdit[ur] magis ... ibi
Et ait illis ih[esu]s. Dicat g[lossa]. Cum s[cilicet]
phariseis consultat[ur] accesserunt ad eum
s[cilicet] d[omi]n[u]m ih[esu]m discipuli Iohannis forte
a phariseis p[ro]vocati dicentes / q[ua]re nos
et pharisei ieiunamus frequenter, discipuli
aut[em] tui non ieiunant. q[uasi] d[icat] Non bene
faciunt. Unde q[uod] m[a]r[cus] et luc[as] narrat
q[uod] alii a discipulis Iohannis ista q[ua]es[ti]o[n]em
monuissent. Aug[ustinus] verum dicit et Io[hannis]
h[abe]t q[ua]e[sti]onem a pluribus esse obiectam
a phariseis a discipulis Iohannis vel et
ab aliis co[m]munibus. Unde glo[sa] m[a]r[ci] et luc[e]

tu hoc narrat qui alij aliqui de hoc
apcit. Et vid[et] gl[os]a. Unde spec[ulum]
hoc a phibus ex q̄stio[n]e / vel qr dici
q[ui] discipli Johis secerat ꝯtra ꝑone
de phisei psuadendo / [et] q[ui]d accide
uerat discipli Johis in h[oc] phiseis
Unde de facili q[ui]a nondebat xpo
& discipulis eius. Unde Cris[ostomus] sup[er] Lu[cam] d[icit]
q[uod] phisei dixit hoc / sz utriq[ue] dixa
nt hoc / phisei illos prius attigi
nt. sz in herodianis postea fecerunt
Item zelotipe se hebat ad ipm
ꝑ discipli Johis / & ꝯtrario ei loque
bant / Item n[on] q[ui] discipli Johis
In t[em]p[or]e despiciebat / p[ro]p[ter]o q[ui]a de sua
abstinentia se iactabat dicens ꝯtra
ꝯtra nos & phisei ieiunamus fre
q[ue]nter / q[ui]a talia s[un]t facienda i secreto
sicut sup[ra] h[ab]itum est. 6. cap[itul]o. S[ecund]o q[ui]a
phiseis se ꝯiungebat dicens nos &
phisei / q[ui]a audierat Johem ingrum
sui phiseos redarguentem & dice
ntem sup[ra] 3°. Progenies vipera q[ui]s
demo[n]strabit vobis fugere a ventura
ira. 3° q[ui]a xpm arguebat ex de
fectu abstinentie in discipulis dicens
Tui aut discipli n[on] ieiunant / defectu
eni discipulorum retorquebat i magistrum
de q[u]o tu audierat Johem dicentem
Ecce agnus dei qui tollit pecca
mundi Jo. p[rim]o. Unde gl[os]a. Tribus de
cauis reprehendi s[un]t discipli Johis /
qua magnatibus adulari. Qui cum vitam peccancium palpat, non pungit, ponit pulvinaria sub cubito, sicut dicit glossa. Unde Ezechiel 13: Ve qui consuunt pulvillos sub omni cubito manus. Sic sentitur ad litteram secundum glossam, quia rigida vita et predicacio debet declinare mollium pallacia, sed qui ea frequentat et mollibus induitur, adulatores sunt. Gregorius: Johannes mollibus vestitus non fuit, quia vitam peccancium non blandimentis fovit, sed asperitate invectionis pressit. Verba enim sapiencium sicut stimuli et quasi clavi in altum defixi. Ecclesiastes ultimo. Sic quintum vero opus mollium et preciosarum vestium, sicut peccatum, et vero ostendit quod sic, per verbum Gregorii in omelia: Nemo existimet in studio preciosarum vestium peccatum deesse, quia si hoc culpa non esset, dominus Johannem de asperitate non laudasset, et nequaquam Petrus feminas a preciosarum vestium appetitu compesceret dicens: non in veste preciosa, prima Petri 3. Item Exodus 11: In vestitu ne glorieris umquam, etc. Hic sequitur quod omnes principes peccarent et prelati, cum talibus vestibus utuntur, et similiter artifices facientes tales vestes peccarent quod falsum ~~peccaret~~ est. Istud dubium solvitur per beatum Augustinum in 3 libro de doctrina christiana dicentem: In omnibus talibus non usus rerum sed libido utentis in culpa est. Quamvis eciam rebus stricius utitur, quod se habet mores eorum cum quibus vivit, aut temperatus aut superstitiosus est. Quis vero sic utitur ut metas consuetudinis bonorum inter quos versatur excedat, aut aliquid significat aut flagiciosus est. Preter abusus et libido istarum vestium reprobantur a sanctis. Sed quid existis. Supra remota est a Johanne mala opinio. Hic subditur eius commendacio. Primo quantum ad prerogativam cognicionis quia plus quam prophetam. 2o quantum ad dignitatem officii ibi Hic est de quo scriptum est. 3o quantum ad eminenciam conversacionis ibi Amen dico vobis. Dicit igitur Sed quid existis videre prophetam. Ad hanc questionem non est respondendum negative, unde dicit Etiam dico vobis plus quam prophetam, quia digito demonstravit. Unde glossa: Cum me non tunc venturum predixit, sed et digito demonstravit. Hic est enim de quo scriptum est.

Malachie 3. Hic commendatur a dignitate et eminencie officii, quia non solum preminciator archanorum divinorum, sed et preco sacramentorum et spectator boni. Ubi commendatur primo a quo sit, quia a deo. Verba enim sunt patris ad filium: Ecce inquit mitto. Johannes primo: Fuit homo missus a deo. Item commendatur ex eo quod sit, quia officium angelicum: Mitto inquit angelum meum. Officium angelorum est archana revelare, sic officium Johannis fuit archana predicare. Angelica vita due angelis equari quo ad meritum. Item commendatur ex eo ad quod venit, quia ad hoc ut Christum preveniret, et sic dicitur Ante faciem tuam, id est ante manifestacionem tuam et ut prophetam preiret, et sic additur Qui preparabit viam tuam predicando penitenciam, baptizando ad assuefactionem. Glossa: Qui preparabit viam tuam, id est ut penitencia reddat tibi corda auditorum penitenciam predicando et baptizando Ante te, id est ante ostensionem tuam ad mundum. Ysaias 40: Vox clamantis in deserto: parate viam domini. Sic officium predicatorum est preparare corda auditorum ante adventum domini ad iudicium vel in mente. In Malachia habetur Ante faciem meam, id est ante Christum, quia filius dei figura et ymago dei patris et per quem facies eius. Ex hoc loco arguunt heretici quod Johannes fuit angelus, ad quod inducunt illud quod infra dicitur: Venit Johannes non manducans neque bibens, quod est proprium angelorum. Sed quod angelus accipiatur ibi racione officii, non nature, patet ex ipsa prophecia Malachie 2: Labia sacerdotis custodiunt scienciam et legem requirent de ore eius. Angelus enim domini exercituum est. Et quod obicitur non manducans et cetera, loquitur secundum consuetudinem hominum, non quia omnino non manducabat, sed quia vilia et modica manducabat. Exiguntur hic quia Johannes hic vocatur propheta, sed Johannis primo interrogatus si propheta esset, tu respondit non. Sed respondit ad intencionem querencium que bat

sicut me [illegible] tibi ipsum audientibus ut peteste a dno dico tua i orib[us] [illegible] quo [illegible] est atque depositi

xi

Alb[er]t[us] [illegible] mi[n]i[m]us mior e[st] s[ecundum] m[in]istros i[n] regno celo[rum] i[d est] in p[otes]tate ecclesiastica que e[st] regnum c[elorum] maior est illo Joh[ann]e. quia ergo Joh[ann]es e[st] medi[us] leg[is] et g[rati]e. minister g[rati]e maior e[st] eo. [illegible] sic Joh[ann]es e[st] maior ministris dispensantib[us] legem / sic minister g[rati]e maior e[st] Joh[ann]e / quia minister g[rati]e confert gratiam regni celorum quod no[n] fecit Joh[ann]es. [illegible] enim claues date sunt hijs q[ui] sunt i[n] regno xpi / que no[n] sunt date Joh[ann]i. ul' ministris legis. Et hic e[st] [illegible] lib. et planus. Et hoc mo[do] quilibet malus minister regni celorum maior e[st] et mo[rtuo] [illegible] et [illegible] Joh[ann]e / q[ui]a xpus i[n] ministro confert quod no[n] contulit i[n] [illegible] [illegible] ul. Johanne.

197

[illegible] maior e[st]

Bo[n]um est [illegible] ille qui p[ro]missus erat i[n] lege s[cilicet] xpus. de quo deut. 18 [illegible] de gente tua et[cetera] Et de fr[atr]ibus tuis /

Amen dico uobis no[n] surrexit maior et[cetera]

hic saluator commendat Joh[ann]em ab eminentia uite et conuersacionis / Ubi p[rim]o g[e]n[er]alem sententiam de ipso ponit / 2o ab illa excipit [illegible] de ipso ponit / 2o ab illa excipit ibi [Qui] aut[em] mi[n]or est. Dicit ergo destruens o[mn]es calu[m]pnias hereticor[um] Amen i[d est] fideliter et ueraciter Dico uobis inter natos [muli]e[rum] ut excipiat virgo ma[r]ia / que p[re]lata e[st] omnib[us] [creatur]is mulierum q[ue] sonat in corrupcione no[n] in des[ignati]one [illegible] [illegible] / et sic excipitur xpus Unde glo[sa] [illegible] mulierum no[n] uirginis / no[n] surrexit / surgere p[er]tinet ad istos qui de fouea ul' de luto originalis culpe [illegible] iacentes p[er] gr[ati]am surgunt / Ideo p[atet] q[uod] no[n] comparatur n[on] p[ro]fertur hic Joh[ann]es xpo / xpus enim no[n] sic surrexit / P[atet] sic [ergo] natos solo intelliguntur filij ire / Econtra de quo dicitur ascendet u[ir]ga [de] ra[dice] [Iesse] et flos de radice eius ascendet

No[n] surrexit maior Joh[ann]e bap[tis]ta. licet [enim] eq[ua]lis s[ecundu]m gl[oss]am [illegible] / Jo[hannes] n[on] ceteris [pro]phetis n[on] [pa]triarchis p[re]fertur [illegible] Joh[ann]es / s[ed] equatur / n[on] enim statim se[quitur] ut si alij maiores eo no[n] s[un]t / ille maior alijs sit / Certe tamen uidetur uelle q[uod] omnib[us] alijs de mulierib[us] natis maior fuit Et utru[m] postea altior eo aliquis fuit ul' adhuc futurus sit / indiscussum relinquitur Et sine dubio Joh[ann]es magnum [pro]p[ri]etatis testimonium a d[omi]no hic habuit Et q[uia] in hac generali sententia uidetur xpus inclusus / eo quod fuit natus de muliere / g[e]n[er]aliter de muliere loquendo / Ideo ait Qui aut[em] mi[n]or est. i[d est] xpus qui erat minor [illegible] opinione iudeorum / ul' minor t[em]p[o]re s[ecundu]m gl[oss]am [illegible] In regno celorum. i[d est] in ecclesia militante / Maior est illo dig[ni]tate [illegible] gl[oss]a [illegible] / Ego que minore

sum / maior [ergo] est illo dignitate [illegible] / E[st] 3o [illegible] cui[us] no[n] su[m] dignus soluere corrigiam calciamenti eius / Effectu doctrine q[uia] xpus plures discipulos fecit q[uam] Joh[ann]es Jo[hannis] 3o

[illegible] p[ro]p[ri]etatis in miraculorum operacione q[uia] Joh[ann]es nullum signum fecit / Jo[hannis] 10 [illegible]

Uel sic Qui mi[n]or est in regno celorum / maior est illo [illegible] i[d est] quis s[an]ctus qui e[st] i[n] regno / maior est eo / qui adhuc est i[n] mundo / p[ro]p[ter] statum fruicionis et p[er]fecte beatitudinis / Unde et glo[sa] Nouissimus angelus celi / melior est quouis hom[in]e / q[uia] h[om]i[n]es defectuosi et passibiles s[un]t / et patent uenialib[us] admin[us] infecti / Et de xpo s[ecundu]m [illegible] ad n[atur]am passibilem / minimus [illegible] cu[m] paruulum ab angelis / Et licet nullus h[om]o n[on] [illegible] h[om]o [illegible] fuit in regno / q[uia] omnes ad limbum descendebat / tamen mi[nim]us h[om]o futurus in regno celorum / maior erat illo eum te adhuc in uia / p[ro]p[ter] miserias quib[us] h[om]o hic subiectus est / A dieb[us] aut[em] Jo[hannis] bap[tis]te / A p[ri]n[cipio] h[uius] capituli / [illegible] est auctor noue legis / hic ondit[ur] q[uod] no[n] repugnat ei auctor ueteris legis / Ubi onditur p[rim]o eius implecio q[uan]tum ad moralia / 2o [illegible] q[uan]tum ad figuralia / ibi Omnes enim [pro]phete / 3o implecio q[uan]tum ad p[ro]missa / ibi Et si uultis recipere / In hijs [uerbis] comendatur doctrina Joh[ann]is [illegible] s[cilicet] et de [pre]terito / et de p[rese]nti / et de futuro / Dicit [ergo] A dieb[us] Joh[ann]is bap[tis]te. i[d est] postqua[m] Joh[ann]es cepit p[re]dicare / p[enite]ntiam agite appropinquabit regnum celorum / Regnum celorum uim [pa]titur. [illegible] accepta [illegible] / 2a ad cor. 6. Uim patitur s[ecundu]m glo[sam] i[d est] p[at]ria celestis uim patitur / Qu[ia] peccator ad eam q[ue] in alienu[m] locu[m] intrat p[er] p[enitenti]am q[ua]m Joh[ann]es p[re]dicauit / Uel hoc p[ro]p[ter] fide deus e[st] [illegible] et gl[oss]am [illegible] [illegible] regnum celorum uim pacitur / q[uia] g[rati]a [illegible] p[at]ribus debita / a [pro]phetis [illegible] / a xpo oblata / fide g[e]ntium occupatur et rapitur Item glo[sa] Joh[ann]em a plebe no[n] creditur / xpi opera no[n] [illegible] / xpus alijs p[re]dicatur / ab alijs recipitur / sui regnum celorum respuunt / inimici arripiunt

Alb[er]t[us]. Non sur[rexit] maior. dignitate officij p[ro]fessionis. m[in]isteriu[m] medium fuit inter legem et gra[ciam] t[er]minando legem et introducendo gracia[m] et uicinior e[st] optimo. quam omnes umbre leg[is] et [pro]phete et sic maior e[st] om[n]ibus i[n] lege et in [pro]phetis. quo ad officij dignitatem / quia tanto uicinus se habeat ad gr[ati]am. Joh[annis] 1. Lex p[er] moysen data e[st]. gr[ati]a et ueritas p[er] Ih[esu]m x[ristu]m facta e[st]. / et Joh[ann]es ministerio suo medius. q[ui]a [secundu]m aug[ustinum] i[n] s[er]mone. videtur Joh[ann]es q[ui]dam interiectus limes. testame[n]torum ueteris et noui. / s[ed] maior omnib[us] legalib[us]. Et hic puto esse s[ecundu]m [illegible]. dicit Alb[ertus].

et sic verum patet. Et violenti .i. illi qui non
vident nisi hic ius, sicut publicani et peccatores
rapiunt illud exclusis s. filiis regni. Unde
multi venient ab oriente et occidente et recumbent
cum Abraham Ysaac et Jacob in regno celorum.
Filii autem regni eicientur in tenebras exteriores.
Et Matth. 21. Auferetur a vobis regnum et dabitur
genti facienti fructus eius. Et sic notatur
duplex violentia. Prima ex parte regni propter defectum
naturalis successionis. Alia ex parte vendicantium
regnum propter defectum sive repulsam divine promis-
sionis que ad iudeos prima et principalis facta
erat. Vel sic violenti rapiunt illud .i. qui
faciunt sibi violentiam cohibendo se a delectationibus [vaticiniis].
Non enim per hoc natus in terra, rapere celum
nisi faciunt sibi violentiam, cohibendo a delectationi-
bus proprium appetitum. Id est magna violentia
in terra nos esse generatos et celorum sedem
querere et possidere virtute, quod non tenemus
per naturam. Ingredi per regnum celorum supremo solium
designatur. Cum igitur peccatores ad penitentiam rede-
unt et semet ipsos corrigunt quasi in locum alienum
intrant et violenter regnum celorum rapiunt.
Omnes enim prophete s. precedentes. Et lex quo
ad figuralia usque ad Johannem. Christum quem
omnes prophete predicabant venturum et quem lex si-
gnabat, ipse Johannes de presenti et manifeste
digito ostendit dicens: Ecce agnus dei. Nota
prophete et lex durant usque in tempore Johannis quia erat
Christo contemporaneus. Finis autem legis Christus. Ad
Ro. 10. Et sic durarunt Johannem presentem. Sic
in hoc ostenditur virtus predicationis Jo. de presenti.
Rabanus. Omnes prophete locuti sunt ad tempus mes-
sie. Non glosa dicit et Jo. Omnes enim prophete et
lex etc. Non quod post Johannem excluderet prophetas.
Legimus in actibus apostolorum et Agabum prophetasse
et quattuor virgines filias Philippi. Sed quod in lege
et prophetis quos scriptos legimus tempus Christi ven-
turum, ut que illi dixerunt esse venturum, Johannes
venisse ostendit. Vel quia tempore Johannis tempus Christi
advenit quem predixerant prophete esse venturum.
Et si vultis recipere. Hic tangitur impletio quantum
ad promissa. Unde dicit: Et si vultis recipere .i. in
corde et predicationi eius acquiescere, sciatis
quia ipse est Helias vobis promissus in spiritu, non
in persona, secundum Augustinum. Et sic solvitur contrarietas

quod [illegible]

prophavit

[illegible]

Jo. 1. Helias es tu? Non sum. Item alia
heresis excluditur, scilicet Grecorum, non sequitur
secundum stultos et hereticos qui dicunt animas
in alia corpora venire. Sed ideo dicitur Helias
quia consimilem habuit spiritum quantum ad vite austeri-
tatem, quantum ad solitariam conversacionem, quantum ad
regis et regine redargucionem. Unde zo-
na pellicea cingebatur. Item sicut Johannes
precursor primi adventus Christi fuit, sic He-
lias secundi. Unde sequitur: Qui venturus est
s. precursor secundi adventus. Malachie ultimo: Mit-
tam vobis Heliam prophetam antequam veniat di-
es domini magnus. Vel qui venturus est
ut me nunciet existentibus in limbo, ut sit
eciam de propinqua redempcione, sicut me nun-
ciavit in hoc mundo. Glosa dicit hic: Et si
vultis recipere, ut minus excusabiles sitis
quia eum non recepistis. Ipse est Helias in
virtute, non in persona. Par in vite severi-
tatis rigore, precedens Christum primum ad-
ventum ut ille secundum. Sed quia hec verba
domini mistica erant nec ea plene
capiebant. Unde glosa: Intelligit hoc esse
misticum et egere intelligencia ostendit
cum subdit: Qui habet aures audiendi
audiat, .i. intus adhi-
bendo diligenciam circa ea que dico. Unde
autem Christus talibus verbis respondendo ad
ardua vel mistica. Et hoc vult ut mo-
neat intellectum ad intelligendum ut hic,
vel affectum ad accessum. Matth. 13. Qui
habet aures audiendi audiat ad effectum ad quod
quidem Matth. 19. Sunt eunuchi etc. et
subditur: Qui potest capere capiat. Cui
autem similem. Supremus salvator post
predicacionis veritatem hic subdit in-
creduli [illegible]. Ubi ponit primo incredu-
lorum increpacionem, 2o procedentibus ...
acionem, ibi: In illo tempore respondens Jhesus.
In prima primo fit increpacio generalis, 2o
exprobracio specialis, ibi: Tunc cepit ex-
probrare. Increpacio generalis fit [illegible]

obmissionem prime intentionis / in qua de ex dolor
et gaudium. Exponitur spiritualiter sic. Post obmis
sione prime exponitur. Circa 2am partem ponit incre
pacionem generalem / 2o pacionem quam boni
erat exceptionem / ibi Et iustificata est
sapientia. Circa primam ponit primo generalem increpa
cionem / 2o increpacionis duplicem racionem
ibi Venit Johannes. Dicit ergo sub similitudine
increpans / quia nec sequerunt planctum penitencie
sue ex parte predicata a Johanne / nec
saltum exultacionis ex parte exhibita
a salvatore. Et circa hoc sic / quod [illegible] fuit
ad literam quod aliqui a puericia sua sunt
consueti ad ludos huiusmodi. Et ideo compa
rat quod pueri vocabant se in ludis huiusmodi
inducentibus ad virtutem et recedentibus a vi
ciis. Scitur quod pueri hebreorum habebant talem
ludum / dividebat enim se in medio ci
vitatis in duas partes equales / et illi
qui erant ex una parte / canebant car
men leticie / et alii ex alia parte car
men lugubre / et postea exprobrabat
sibi mutuo / Et cantantes dicebat
aliis / quod sibi non congaudebant / et econtra
alii illis / quod sibi non compaciebant / et hoc
erat ad exprimendum bona leticiam / hic ad
et desertum compassionis et amicicie ad
invicem in hoc mundo / enim frequenter quod in
eadem civitate et in eodem vico vel et
in eadem domo aliqui letantur et aliqui
ex opposito tristantur / Ubi non est compassio
nec alii illis in bono gaudio congaudent
sed parvum gaudium vel tristicia ad malum
interpretantur. Hoc similiter erat de iudeis
quantum ad hoc quod viderunt austeritatem Johannis
nec propter hoc sunt moti ad penitentiam / Et postea
viderunt dulcedinem / et mansuetudinem
Christi qui dulcedine vite eius predicabat /
et tamen eius dulcis et mansuete conversacionis
est / non graves penas imposuit peni
tentibus / nec tamen propter hoc sunt moti ad de
vocionis dulcedinem / et pietatis mansue
tudinem / sed magis remanserunt obsti
nati in peccatis / et nequissimam vitam / [illegible]
[illegible] Johannis in malo interpretando / et [illegible]

quod dicit / Cui autem similem estimabo generacionem istam.
scilicet iudeorum tam perversam et infidelem tot mo
nita salutis audientem / nec obedientem nec crede
ntem / Deut. 32. Generacio enim perversa est et infideles
filii / Et infra capitulo / generacio mala et adultera
signum querit / Et subdit racionem. Similis est pueris
sedentibus in foro non quantum ad eorum personas / sed
quantum ad ludi eorum interpretacionem vel significacionem / Qui
clamantes coequalibus dicunt / quia pueri in parte
equales divisi / sibi dicebant mutuo ea que
sequuntur. Cecinimus vobis et non saltastis / non estis
congaudentes / lamentavimus vobis et non planxistis non compaciendo
scilicet per compassionem / per hoc dominus significare voluit / quod
Johannes predicabat lamenta penitencie / Christus gaudia ex
ultacionem exultacionis vite / sed generacio iudaica non
plorat cum Johanne plorante / nec gaudet cum Christo
gaudente. Spiritualiter pueri sunt predicatores
et doctores / pueri propter conversacionis humilitatem /
propter columbinam simplicitatem / propter vite puritatem
Sedentes in foro quia venditores largi celestium /
iudices morum / ponentes regalium preceptorum. Cla
mantes predicando / coequalibus secundum capacitatem et
disposicionem auditorum / doctrinam conparando. Ceci
nimus vobis imitam preceptorum / gratiam instorum / gloriam
premiorum bonorum exprimendo. Et planxistis ergo carmen
imperiale per unionem dei et anime. Familiare
per inhabitacionem divine presencie / Triumphale per co
ronacionem victorie. Et non saltastis mali sal
tu congressionis quo ad primum / saltu devocionis
quo ad secundum / saltu contemplacionis / quo ad tercium
[illegible] Saltant autem qui per vias virtutum
faciliter per celeste desiderium se levant ad eternam
placionem / quamvis in se volabant propter carnis fra
gilitatem / lamentavimus vobis / ondentes culpam /
[illegible] / penam eternam. Et non planxistis scilicet
planctu compunctionis pro culpa / planctu compassionis
pro miseria / planctu oracionis pro pena. Venit
enim Johannes. Hic adaptando similitudinem subdit
increpacionis duplicem racionem / prima quia non
crediderunt Johanni ad penitenciam exhortanti /
2a quia nec salvatori ad misericordiam advocanti / ibi
Venit filius hominis. Dicit ergo Venit enim Johannes non
manducans neque bibens sicut dictum est / quod
[illegible] debat enim aliquid / ut locustas et mel
silvestre / Matthei 3o / unde Luce 1o dicitur non man
ducans panem / neque bibens vinum. Vel non

Cui similem estimabo

Similis pueris

[illegible]

[illegible]

Venit Johannes

manducans neque bibens .i. in abstinentia maxima
vivens / quia qui valde parum comedit secundum quendam
modum loquendi hominum dicitur non comedere / Et dicunt
demonium habet .i. quasi more demonum / non
comedit neque bibit / Vel demonium habet propter austeri-
tatem / Johanni demonium attribuendo / demoniacum
enim potest multa agere et pati / que non possunt alii
homines / Venit filius hominis .i. virginis / non hominis
.i. viri et mulieris / manducans et bibens .i. communem
vitam inter homines ducens / hoc enim decebat
dominum facere / quia erat mediator dei et hominum /
et ideo etiam vitam debuit communem ducere
et ut peccatores convenienter haberent accessum
familiarem ad eum / non ut vicia eorum amaret
sed ut eos emendaret / Et dicitis propter hoc scilicet
male interpretando / Ecce homo / nichil huius
divini / sed sola fragilitatem humanam / Jo. 9 Nos
scimus quia hic homo peccator est / Ecce homo vorax
in quo notat eum de excessu cibi / Et pota-
tor vini in quo notat eum de ebrietate / quod falsum
erat / quia dominus perfectissime vite erat fuit / quia
nunquam de cibo et potu aliquid ultra necessitatem
recepit / Et xl. diebus et noctibus ieiunavit
Vel vorax propter aviditatem / potator vini propter
consuetudinem publicanorum .i. peccantium pu-
blice Et peccatorum .i. peccantium occulte ami-
cus scilicet propter malam societatem / Habet enim tria
sunt in gulosis gulositas / aviditas / consuetudo
et societas / glosa interlinearis super isto verbo / Venit
enim Johannes non manducans etc. dominus exponit
purissima similitudine exemplo abstinentie Johannis /
vos iudices primam [?] et noluistis humiliari
cum eo cibo et potu / exemplo letitia futuri regni
perpetuas / et noluistis cum illo gaudere / sed etiam
blasphemati estis / Et iustificata est / hic quasi
increpando fuit generalis / et pauci vere
credebant / ideo addit / Et iustificata est
.i. iusta reputata in dictis et factis / Sapientia .i.
ego Christus qui sum dei virtus et dei sapientia /
A filiis suis .i. discipulis / et aliis credentibus
quasi dicit Christus secundum glosam interlinearem / Et quamvis de me
iudicent infideles / ego tamen dei virtus et dei
sapientia intelligor iuste facere ab apostolis / qui
sunt filii adoptivi sapientie / glosa / filiis scilicet quibus
pater revelavit / que prudentibus abscondit

quod prudentes sapientie filios intelligere / non ab-
stinendo / nec in manducando esse iustitiam /
sed in equanimitate tollerandi inopiam et
temperantia / non se corrumpendo propter habundantiam
/ quia regnum dei non est esca et potus / Item
glosa / In quibusdam libris habetur / Iustificata
est sapientia ab operibus suis / quia sapientia non
eget vocis testimonio / sed operum / Vel aliter
exponitur referendo ad pueros iudeorum [?]
quod non ludentes / Et tunc est sensus / Iustificata
est sapientia Johannis et Christi / a filiis suis scilicet
est a filiis iudeorum / quia declarata est eorum
iustitia et sapientia / nam ipsi reputabant propter
eorum ludum obstinationem [?] peccatorum [?]
[illegible] / Vel aliter / Et iustificata est
quasi dicit / non solum male dicendo sed et minando et
condemnando / Sapientia scilicet ego iustificata
.i. flagellis vexata / secundum illud vulgare
quo pater dicit filio volens verberare eum
Ego te iustificabo a filiis suis .i. ab illis
qui deberent esse filii / Ysa. [?] filios enutrivi
et exaltavi etc. / glosa interlinearis hic / Nec [?]
per duplicem viam salutis genus humanum [?] cum
et ieiunio et saturitate potest capi [?]
si ieiunium placet tunc Johannes displicet
si saturitas tunc filius hominis / Sunt enim
quidam pusilli et impii tales ut [?] quia de
omnibus male iudicant / et facta aliorum
ad malum interpretari volunt / dicunt enim
si quis studet humilitati / quod ypocrita est
si recreationi gulosus est / si patientie timidus
est / si iustitie impatiens est / si simplicitati
fatuus est / si prudentie malitiosus est
si maturitati despectiosus est / si iocunditati
dissolutus est / si religioni singularis est
si societati secularis est / si pleao [?] et par-
dissipator est / si aliorum correctioni presump-
tuosus est / si instat vigiliis et orationibus
indiscretus est / si quis dei misericordie [?] propo-
[illegible] est / si predicationi et aliorum saluti
appetitor laudis est / si desistat ne-
gligens et remissus est / si habet gratiam hominum
adulator est / Si adulari renuit super-
bus est / nolite ergo de occultis et quod potest

nō

bn in estari iudicale. Gem aut me iudi
cat dns est dicit aplus et subdit itaqz
nolite an tpus iudicare quo adusqz ve
niat dns/ et illuiabit abscondita tenebrarum
p^a ad cor 3°
Tunc cepit exprobrare ciuitatibus in quibus
facte st virt/ post increpacoem gnalem
subdit hic exprobracoem spalem/ et p^o
exprobracois causam/ 2° formam ibi ve
tibi corozaym d^r g^o Tunc postquam
increpauit iudeos in gnali et vidit eos
obstinatos cepit in spali exprobrare
i. admodum exprobrantis mala futura
predicere/ vnde sup illud ps^i A voce expro
brantis et obloquentis d^r Exprobrare est in
facie male dicere/ obloqui est absentem
detrahendo mordere/ Ciuitatibus in quibus facte
st plurime virtutes eius i. signa et mira
cula/ ut saltem opum multitudini et mag
nitudini crederent/ Jo 3° Si opa no fecisse
in eis que nemo alius fecit pctm no
haberent/ Propter hoc ... et subdit ingratitu
do propter iudaici ipsi Gemma no egissent q2
pniam q. d. doctrina audierunt/ miracula
viderunt/ et tn credere noluerunt/ Job 24
dedit ei dns locum pnie/ et ipse abutitur
eo in supbia/ Ve tibi corozaym/ post
exprobracois causam/ subdit exprobraci
formam/ Ubi exprobrat iudeis copacione
gentium in transgressione legis naturalis p^o
spalius/ ... 2° omnibus ...
ibi Et tu capharnaum/ In p^a ponit p^o
pene comminacoem/ 2° meritum ibi Et si in tyro
3° opacoem ibi Verumptn dico vobis/ d^r g^o
Iudeos ostendens duriores et peiores
gentibus/ qz gentiles transgressi st legem
nature tm/ iudei no legem nature/ ... moysi/ et
gre Ve tibi corozaym ve. f. dampnacois
eterne Ve tibi bethsaida. de ista ciuitate
erat petrus et andreas et philippus/ gl^o
d^r ve quibus no optat mala/ sed predicit
futura/ Rab. d^r/ iste sunt ciuitates ga
lilee in littore laci genezer/ nota q
hoies illarum ciuitatum p^o predicacoem X^i
receperunt deuote sed postea ad comunem
reuersi in infidelitate remanserunt/ sicut

predictum fuit ysa 9 p(ri)mo tpe alleuiata est
terra zabulon et neptalim/ et nouissimo aggrauata
est via maris transiordanem galilee gencium/ sicut
sup expositum est capitulo 4°/ Gemma si in tyro
et sydone/ que sunt vrbes ydolatrie/ et vicijs
dedite/ que tm legem naturalem habebant/ facte essent
virtutes i. diuina miracula que facte sunt in vobis
... q. ... omnes ciuitates et ha
bat omem ... / q^d de istis ciuitatibus pri
me ... glo ... intelligendum est/ licet sunt noibus no
exprimatur/ Olim pniam egissent ... vos
no egistis in cilicio et cinere/ In cilicio inch
p(er) ... pungentis pcti/ In cinere p(er) mortis
consideracoem/ vel addit In cilicio et cinere qz
antiquitus erat mos sic pniam agere/ Jone
3° ... / Nota tyrus et sydon sunt ciuitates
gentium/ Tyrus enim d^r Jo. metropolis est phe
nicis in tribu neptalim/ Sydon vrbs phe
nicis in sorte ... tribus asser/ sed eas
no possiderunt/ qz hostes de eis expellere non
potuerunt/ ... corpore ... / Unde licet
no fuerunt subiecti ... / fuerunt tn corp in diui
sione terre/ In his duabus ciuitatibus habitabat
gentiles/ quibus peiores fuerunt iudei aliarum duarum
ciuitatum/ Nam isti tyrii et sydonii predicacoes
aplorum deuote receperunt/ ut pz actuum 21/ et
ut d^r hic glo/ ... paulo ... usqz ad
nauem ... deuote ... et liberis/ Verump
tn dico vobis q. d. no erit tanta culpa im
punita/ ymo tyro et sydoni remissius erit
in die iudicij qm vobis i. minus punientur/ quam
vos iudei obstinati/ qz grauius est fidem audi
tam repellere/ qm mori in gentilitate/ Item
illi minus peccauerunt/ qz neqz legem scriptam
receperunt/ neqz predicatores habuerunt/ neqz
miracula viderunt/ 2^a pe. 2° Melius erat illis
viam no agnoscere qm agnita retro ire/ Et
est argumentum qd ... minor erit
pena ... qm infidelium/ clericorum quam
laycorum/ sapientum quam simplicium/ prelatorum
quam subditorum/ Et tu capharnaum/ Hic
spaliter exprobrat isti ciuitati/ qz distinc
tius ... / eo ... adeo ...
pat ... / Item qz alias duas ar
guit de obmissione penitendi et negligen/

hac de contemptu et superbia | Unde alias commina(ti)o est pena in gene(ra)li cum ait Ve tibi in spe(cie) quod plus est quia usque in infernum descendes | Pone(ntu)r ergo primo reprehensio culpe | 2º comminatio pene id est usque in infernum descendes | 3º ingratitudo accepti beneficii ibi terra sodomorum | 2º aggravatio supplicii futuri ibi verumptamen dico vobis | Dicit ergo Et tu capharnaum id est contemptus vel ostentatores pro ostento | Numquid usque in celum exaltaberis sicut opinionem tuam pro superbia tua quasi dicat non. Iob 20. Si ascenderit usque ad celum superbia eius et caput eius nubes tetigerit quasi sterquilinium in fine perdetur. | Usque in infernum descendes id est pena inferni habebis et puniceris | Vel dupliciter est intelligendum | Ideo ad infima descendes quia predicationem meam superbe restitisti | Vel quia exaltata meo hospicio et virtutibus visis maioribus plecteris suppliciis quia virtutibus credere noluisti. Capharnaum est metropolis in Galilea | Terra sodomorum hic ostenditur ingratitudo ex comparatione ad gentem incredulitatem legem non cognoscens et maliciosis. Cum dicit terra sodomorum qui erant homines pessimi | Quia si in sodomis facte fuissent virtutes que facte sunt in te, id est miracula | Que facte sunt in te verbi gratia quanta audivimus facta in capharnaum fac et hic in patria tua forte remansissent, id est civitates sodomorum nunc fuissent subverse usque in hunc diem | Quia non contigisset subversio si processisset correctio | Sicut in Ninive | Dicit autem forte non pro sua dubitatione sed ad denotandam vertibilitatem liberi arbitrii. Vel loquitur more humano | Verumptamen dico vobis quia terre sodomorum remissius erit in die iudicii quam tibi id est minorem penam sustinebit quam tu maiorem merebis dubitationem. Et si maiorem tamen enormem patrati | Vel potest dici quia impugnatio veritatis et agnitio que fuit in istis contra veritatem dei agnitam et predicationem vel postea impugnatam | Cum vero species peccati in spiritum sanctum | Cuius est peccatum quod fit contra scientiam conscientie vel naturam | Quo erant infecti isti sodomite | Queritur quare dominus voluerit eis predicare et miracula facere | Ex quo sciebat eos predicationem suam non recipere | Item quare non predicavit aliis qui ad predicationem eius penitentiam egissent | Et ad primum hoc fecit propter

vel propter divina voluntas | 2º est promissi veritas quia promissus erat iudeis | 3º est latens utilitas quia inde erant aliqui convertendi ut aliqui apostoli Philippus, Petrus et Andreas fuit de Bethsaida | Et propter istos paucos multi erant convertendi | Unde glosa | Unde glosa erant tunc qui in Corosaym et Bethsaida essent vocandi | Et in Tyro qui non essent vocandi | Vel ex paucorum utilitas qui erant | Ad aliud dicendum primo secundum glosam quod dominus nolebat excedere fines iudee ad quos fuerat missus ne iustam phariseis et sacerdotibus persecutionis occasionem dare videretur | Vel ibi non erant aliqui predestinati vocandi | Vel quare sodomis non misit predicatores in correcti fuissent | Quia tunc erat tempus iusticie post adventum Christi tempus misericordie | Aliter in glosa quare non predicavit credituris et predicavit non credituris non est ille tuis universe vie mea et veritas | Notandum quod per has tres civitates signantur tria in hominibus maxime aggravant ingratitudinem. Primum est voluntas et superbia | Quod signatur per Corozaym | Que interpretatur secretum meum | Vel misterium meum | Ista enim per gratiam gratis data secreta dei congressi non propriam agnitionem faciunt | Ad Ro. primo. Cum cognovissent deum non sicut deum glorificaverunt sed evanuerunt in cogitationibus suis. Secundum est potestas que signatur per Bethsaida | Bethsaida interpretatur domus venatorum | Qui alios debent defendere et protegere | Ipsorum bona venantur et diripiunt | Ecclesiastici 13 venatio leonis onager in heremo sic pascua divitum sunt pauperes | 3º est naturalis elegantia | Quod signatur per capharnaum | Capharnaum interpretatur villa pulcherrima | Et signat istos qui abutuntur bonis naturalibus | Et ad vicia turpia convertuntur | Qui exteriorem pulchritudinem gerunt | Sed interius nichil continentes | Isti sunt sicut sepulchra dealbata que intus sunt omni spurcicia plena | Infra 23º | Tyrus interpretatur angustia |

Sydon venacio et sic civitates gentium
et signat quod gentiles venient / dyabolus venator
in angustia temptacionis ipsos comprehendit
¶ In illo tempore respondens ihesus / et non porta
est responsio interrogacio / hic subditur
pro obedientibus graciarum actio / ubi ponit primo
forma graciarum actionis / 2° causa scilicet revela-
bilitatis ibi quia abscondisti / 3° racio
revelacionis ibi Ita pater / Circa graciarum
actionem implicantur tria / tempus / modus /
actus / dicit ergo In illo tempore scilicet cum exprobrasset
iudeis obstinatis / Respondens ihesus
et tacite obieccioni vel cogitacioni secundum
glossam / quia apostolus incredulitatis unius dei
cultor / filium dei in carne venientem tam
obstinatus reiecit / que gentilitas eam
primo recepit / huic tacite obieccioni
respondens ihesus dixit / Confiteor tibi pater
Ecce modus et actus graciarum actionis
Confiteor tibi Iuxta glossam i. gracias ago / vel
in te exulto / Unde Luce 10 In illa die
exultavit ihesus in spiritu et dixit Con-
fiteor tibi confessione laudis pater et
eciam generaliter domine celi et terre per triplicem
creacionem / primum est contra Sabellium qui confun-
debat personas / quia pluralitas distincta patet
in hoc quod una confitetur alii / Secundum contra
Arrium qui negabat xpistum dei filium proprie
nam / quia vocat eum patrem quem ipse filius
dicit proprie genitorem / 3um contra manicheum qui po-
nebat duo principia prima / sensibilia dicens
a malo deo / celestia et spiritualia a bono
deo / Contra quod dicit creator sive domine celi
et terre i. creature superioris et inferioris
Quia abscondisti / Ecce vero confessionis
sive graciarum actionis scilicet revelacio facta
parvulis et hoc per misericordiam / Et per oppositum
absconsio videlicet facta superbis et hoc per
iusticiam / Et propter absconsio revelacionis
quia primo superbi iudei verbum veritatis re-
pulerunt / quod postmodum gentiles humi-
les receperunt / ut habetur Act. 13 / Dicit
ergo Quia abscondisti hec scilicet sacra re-
demptionis vel mysteria fidei A sapien-
tibus et prudentibus i. scribis et phariseis qui

sibi ipsis videntur / sapientibus in credendis et
prudentibus in agendis / vel sapientibus in divinis
ut in lege et prophetis / prudentibus in mundanis
Vel sapientibus et prudentibus secundum mundanam
sapientiam de qua prima ad Cor. 1° Stultam fecit
deus sapientiam huius mundi / Hec autem triplex est
Terrena carnalis dyabolica Iac. 3° / Terrena
in cupidis et avaris / carnalis in voluptuosis
et luxuriosis / dyabolica in superbis et ambiciosis
A talibus abscondisti Et revelasti ea parvulis
i. humilibus, intellectum in obsequium fidei capti-
vantibus / Ecce ergo depressio superborum et exal-
tacio humilium / Humilitas vera est ad sapienciam
quia ubi humilitas ibi sapiencia Prov. xi / Nota
hic dicit Confiteor tibi pater / Triplex est con-
fessio prima laudis / de qua in psalmo Confitemini domino
quoniam bonus / et est mirabilium dei ad ipsius
laudem narracio ut hic / 2a est fidei / ad
Ro. 10 Corde creditur ad iusticiam / ore autem
confessio fit ad salutem / 3a est peccati Iac. ult.
Confitemini alterutrum peccata vestra / Unde Augustinus
de verbis domini sermone dixit Confiteor a quo
longe est omne peccatum confessio non solum est
peccatoris sed et aliquando laudatoris / Sequitur hic
Revelasti ea parvulis Ecce non dicit insipienti-
bus et hebetibus pro opposito eius quod dixerat
sapientibus et prudentibus / Quia secundum glossam non
apponit insipientes et hebetes sed parvulis
ut probet se tumorem dampnare / non acumen
ingenii / Item secundum Cris. ut discipulos qui
habebant veram sapientiam ab elacione refrenat
Item super illud Confiteor etc. glossa i. gracias
ago in te exulto quod abscondisti vel convenit
letari de excecacione hominum / et infidelitate
peccatum est / Sed secundum Cris. letatur de occulta
dei iusticia quia superbi ignoraverunt et humi-
les cognoverunt / Vel dicendum quod exultacio refer-
tur ad bonum scilicet ad revelacionem et absconsionem
¶ Ita pater / hic subditur causa sive racio utriusque
revelacionis / Et primo causa propria et immediata
2a mediata ibi Omnia mihi tradita sunt / Dicit ergo
Ita pater scilicet factum est quod abscondisti ab illis
et revelasti istis quoniam sic placitum fuit an-
te te i. tue voluntati placuit nullam aliam

[illegible] palam ... [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
rum revelare voluit filius / quare illos replevit
et hos elegit nisi solo beneplacito patris / Glossa
ut secreta dei discutere non presumamus / Unde s
confusionem illorum qui de secretis dei volunt
querere rationem / Unde glossa hic commendat humilitatis
apostolorum ne temere discutere presumamus superna
consilia / de hominum vocatione et hominum repulsione
Cum ergo vere sic disposuisset / non moveam rationem red
didit / sed sic deo placitum esse ostendens / quia
iniustum esse non potest / quod iusto placet / Unde
ergo que contra disponuntur apte / ea ratione
est occulte iusticia voluntatis / Sed contra quod primo ad
Thimotheum 2°. Deus vult omnes homines salvos
fieri et ad agnitionem veritatis pervenire / ergo
vult omnibus revelare ergo non abscondere. Item
Johannis primo. Dedit eis potestatem filios dei fieri
Respondeo vult voluntate antecedente que respicit so
lam ordinabilitatem nature in finem / non voluntate
consequente que attendit merita persone / et que
desunt merita immo repugnant ideo non
vult / vel voluntate condicionata vult / si s[cilicet]
ipsi vellent / non voluntate absoluta / Unde
quod aliqui sunt ceci et aliqui repleti / as
signatur causa in generali / ut in electis appareat
dei misericordia / in aliis autem eius iusticia / quia
sicut ad gloriam regis terreni et decorem
sui regni non solum pertinet aula in qua
strenui milites honorantur / sed et patibulum
in quo malefactores puniuntur / Sic ad gloriam
dei non solum pertinet premiacio bonorum / sed etiam
punicio reproborum / In speciali tamen non potest as
signari ratio ex parte dei / quare istum eligat et illum
dimittat / nisi eius simplex voluntas / Unde
dicit beatus Augustinus super Johannem. Nemo venit ad deum
nisi tractus / sed quare illum trahat / illum autem di
mittat / noli velle diiudicare / si non vis
errare / ~~ut latius ista materia tractatur~~
Omnia michi tradita sunt a patre meo etc.
Hic salvator ostendit [illegible] revelacionis
sue principium / primo generaliter / secundo specialiter / ibi Neque
novit filium / Notandum autem istud de Christo
dupliciter / primo sicut quod deus / et sic notatur [illegible]

equalitas potencie in filio ad patrem / pro hoc quod
dicit omnia / sed relinquitur auctoritas principii in
patre / pro hoc quod dicit tradita a patre / Item
notatur equalitas scientie cum subdit Et nemo
novit filium / Item notatur equalitas volun
tatis cum addit Et cui voluerit filius re
velare / pro primo ostendit quod potest / pro secundo
quod scit / pro tertio quod vult revelare / Secundo
Sicut ita revelasti parvulis pater / et hoc per
me filium tuum cui omnia tradita sunt / quia
ipse Christus est mediator dei et hominum
et ideo omnes processus gratie derivantur ad
nos per ipsum et per omnes revelaciones misteriorum
dei / Omnia scilicet creata superiora / media
et inferiora / celestia terrestria et infernalia
spiritualia et corporalia et coniuncta [illegible]
tradita sunt michi ad creandum recreandum
et glorificandum / Vel Omnia cetera increata
essentialia eternalia et spiritualia / ut sa
pientia bonitas eternitas / tradita sunt
michi filio eterno per generacionem / a patre
meo / Unde omnia pater filio tradidit cum eum
coequalem secum omnia possidentem genuit
Hoc est intelligendum secundum glossam ut tradens
desinat habere et cui traditur possidere
vel quod prius constat filius et postea pos
sideat / Tertio modo exponitur de Christo
secundum naturam humanam / Omnia michi tradita sunt
a patre / id est omnia tradita sunt in potestate
Christi et dominio a patre deo / Et hoc intelligendum
est dupliciter / Uno modo quantum ad [illegible]
et sic omnia creata sibi subiecta sunt ab
instanti concepcionis / quia eo ipso quod natura
humana verbo est unita omnia creata sunt
sibi subiecta / Alio modo quo ad effectum
et sic in iudicio omnia erunt subiecta
pedibus eius / quia tunc eius voluntas per
fecte implebitur in omnibus / ut habetur ad
Hebreos 10 / Vel potest intelligi / quod sic accom
modata distributio / ut intelligatur
specialiter de apostolis et aliis electis / Secundo
non elementa que ipse creavit / sed ipsos

paruulos et videt eligendos erudiendos aut
eradendos Jo. 7. Omne quod dedit mihi pater
non perdam ex eo. Et nemo novit filium.
Hic ostendit specialiter se esse causam huius re-
uelacionis, quia noticia sua horum eorum
maior. Et ipse est per quem pater revelat.
Et quia nullus est in tanto gradu, nichil
prius aut posterius, nichil maius aut minus,
ostendit mutuam et equalem noticiam patris
et filii cum dicit Nemo novit filium etc. id est
plene et perfecte. Hoc dico propter homines qui
cognoscunt per fidem, et illos qui per mani-
festam visionem, non tamen comprehendunt, nisi
pater. Non tamen per hoc excluditur spiritus sanctus,
quia dictio exclusiva addita uni persone
in divinis respectu essencialis non exclu-
dit aliam personam, sed potius includit,
quia licet alia sit persona patris, alia filii,
alia spiritus sancti, tamen iste tres persone sunt
unus deus, ita quod nec in deitate nec
in essencialibus sunt alietate. Aliquando autem
dictio exclusiva solum excludit quod alieta-
tem importat. Noticia autem absolute sump-
ta essencialiter accipitur, et ideo quod est
trium personarum. Neque patrem novit quis
perfecte et comprehensive nisi filius et cui
voluerit filius revelare. Subdit id est per me
accessum habetis ad patrem, ut ipse vobis
reveletur. Et ita filius est causa revela-
cionis. Secundum beatum Aug. sic: Nemo novit
filium nisi pater. Hic nemo aut dicit negacionem
in genere, sic nemo id est nullus homo, et sic
male exponitur pater, quia non continetur sub
homine; aut dicit negacionem extra genus,
scilicet nemo id est nulla res, et sic falsa esset, quia
et filius novit patrem et spiritus sanctus.
Dicendum ibi est negacio extra genus,
et sic exceptio non personalis sed essencialis. Et
neque patrem novit quis nisi filius et
cui voluerit revelare. Sermo autem hic
de noticia increata, sic scilicet prior copula-
tiva est falsa, scilicet cui voluerit filius revelat.

autem de creata, sic prima pars est falsa. Tercio ibi cognito
similiter generaliter et specialiter omnia loyce ad incipere
per increata, competit filio per creata, accedunt:
Venite ad me. Ista promulgacio in confirmacione no-
ue legis quantum ad revelacionem veritatis illuminatur
intellectum. Hic subditur promulgacio quantum ad signum bonitatis
bonitatis inflammatur affectum. Ubi ponit primo promul-
gacionem, 2° confirmacionem infra 12 capitulo ibi Cum
inde transisset venit in synagogam eorum.
Promulgacio autem primo fit verbo, 2° facto sive exemplo
infra 12 in principio. Invitat autem verbo ad tria: primo
ad veniendum ad se, quod fit per fidem; 2° ad tollen-
dum iugum, quod fit per amorem, ibi Tollite iugum;
3° ad addiscendum, quod fit per operis imitacionem, ibi
Discite a me. In prima parte primo facit vocacionem ibi
Venite; 2° ostendit necessitatem ibi Omnes qui laboratis;
3° promittit utilitatem ibi Et ego reficiam vos.
Dicit ergo: Omnia mihi tradita sunt. Unde per me ac-
cessum habetis ad patrem, et ideo Venite ad
me credendo et obediendo omnes qui laboratis,
sive secundum naturam in qua nascimur, quia homo natus
ad laborem Job. 5; sive secundum culpam per quam
transgredimur, Sap. 5° ut inique agerent laboraverunt;
sive secundum penam in qua morimur, Gen. 3. Ma-
ledicta terra in opere tuo, in laboribus comedes
ex ea. Et specialiter tamen loquitur hic de labore
infidelium in cultu ydolorum, Ysa. 45. Labor
Egypti et negociacio Ethiopie etc. Et pec-
catorum in labore viciorum, quorum cum laborat ~~vir~~
~~sic~~ luxuriosus in voluptatibus, avarus in
cupiditatibus, ambiciosus in dignitatibus.
Eccl. 10. Labor stultorum affliget eos. Et one-
rati estis onere veteris legis, quod fuit importabile
patribus antiquis, Act. 15; pharisaice tradi-
cionis, infra 23. Imponunt onera gravia et
importabilia; dyabolice, Ps. Iniquitates
mee supergresse sunt caput meum et sicut
onus grave etc. Unde Glo. super hoc: Onerati
estis peccatis et iugo legis. Et ego reficiam
vos in presenti per graciam et in futuro per gloriam.
Vel reficiam vos corporali cibo, doctrina celesti
et gloria. Glo. Reficiam intus, non tamen onerabo

Tollite iugum meum. Hic subditur secundum invitatorium
scilicet ad tollendum iugum Christi quod fit per amorem. Dicit ergo
Tollite, id est voluntarie accipite, in quo notatur
libertas arbitrii. Iugum meum, id est Christi euangelii preceptum
unde glossa: Iugum Christi euangelium est quod iudeos
et gentes in una fide coniungit fideles adinvicem
quia amor secundum Dyonisium est vis unitiva.
Super vos, id est in honore vestro, non subtus
ut contempnatis secundum glossam. Vel super vos ut istud
iugum euangelii impleatis. Et discite. Hic ad-
ditur tertium invitatorium scilicet ad discendos mores Christi
quod fit per imitacionem. Ubi primo ponit invitatorium
secundo signum et precedens adimplendi allectivum
ibi Et invenietis. Vel sic, quia euangelium est lex
amoris, ostendit quomodo mutatur amor iste dicens
Discite a me doctore verbo et exemplo secundum glossam
Quia mitis sum nullum ledendo, et humilis ne-
minem contempnendo, corde nullum decipiendo. Iste
maxime mitem distio. Vel mitis sum operibus
in moribus, et humilis mitius in affatibus, corde
non fictus per humanis laudibus. Unde glossa:
Discite a me doctore verbo et exemplo, ut
sitis humiles mentibus, mites moribus, humiles
ut neminem contempnatis, mites ut nullum le-
datis, corde quod totum in opere sit et in corde ne
lateat serpens in specie columbe. Non quod mitis
legitur dominus dixisse Discite a me, id est non hic
exemplo quo relinquimus quod dominus districte vellet nos
tenere eorum humilitatis, sine qua alia non valent
et que tamen est proprie doctrine. Et invenietis
requiem. Hic subditur allectivum, primo signum invi-
tatorii, secundo precedens invitamentum ibi Iugum enim. Dicit ergo
Et invenietis, scilicet diligendo et obediendo, requiem
animabus vestris, scilicet in presenti et in futuro. De primo
dicit ubi Ecclesiastici codicem legendum et invenietis multam
requiem. De secundo Ysaia 32: Sedebit populus meus
in pulchritudine pacis et in requie opulenta.
Augustinus in libro confessionum: Inquietum est cor
meum domine donec requiescat in te. Que quidem
quies hic inchoatur sed in patria perficietur
ubi caritas consummatur. Iugum enim meum suave
Hic subditur allectivum ad tollendum iugum predictum
et hoc duplex, primum est in affectu sic amantis,
secundum in effectu leviantis. Dicit ergo Iugum enim meum
suave est, quia observantibus legem euangelii
sapit dulcedinem divini amoris, quia lex euangelii
lex caritatis est. Ideo eius precepta
dulciora sunt amanti super mel et favum
ut dicitur in psalmo. Et onus meum leve, quia
sufficit caritas, Johannis 4: Mandata eius
gravia non sunt. Quod exponens beatus Augustinus dicit
amanti. Unde beatus Augustinus de verbis domini:
mercatores sustinent tempestates et
penas ut divicias fugitivas acquirant,
sed quia has amant eas non gravia eis vi-
dentur. Prima enim seva et inmania quasi
facilia et prope nulla efficit amor. Quanto
ergo facilius ad veram beatitudinem cari-
tas facit, quod admiserunt quam cupiditas
facit. Est enim onus novae
legis leve, maxime amanti. Hilarius et habetur
in glossa: Quid iugo Christi suavius, quid
onere eius levius? Probabilem fieri, absti-
nere a malo, bonum velle, omnes amare,
nullum odire, eterna sequi, presentibus non capi, nolle alii
facere quod nobis pati. Hec Hilarius. Item Augustinus
Quid gravius mentem mundi curis imperti-
nentibus subjacere, quam desiderium quod perturbat
sapit, quam dimittere laboriosa mundi
ignis(?) remedia mortis. Vel leve est secundum
glossam, quia illud momentaneum et leve
eternum pondus glorie operatur in celis.
Erat namque lex vetus gravis iugum per
multiplicia cerimonialium preceptorum singularia et
individualium per distinctiones sacrorum institutionum.
Excludunt hic secundum Bernardum, id est quare onus Christi
suave est quam legis: quia in lege adiu-
torium, in euangelio complementum; in lege
edictum, in euangelio vera premiatio. Nam
in lege opera requirebantur, in euangelio
sola bona voluntas sufficit, sed non omnino
Unde glossa: Onus enim euangelii lege levius
est, quia ibi opus et hic voluntas
naturalis. Item in lege multa inveniuntur quae
apostolus implere posse non dicit; hic bona
tas animi, que in arbitrio est et que
sola sufficit potest et premium habere. Unde

nondum quia lex moysi recte dicitur lex timoris (amoris)
respectu futuri / lex ire dicitur quia in penis
sunt districtionis / rara vero misericordie /
unde ad ro. 4 lex iram operatur i. penam
lex vero timoris dicitur quia plurimas habuit
comminationes / paucas promissiones sed
post ex serie legis / lex vero servitutis
dicitur quia in commonitionibus preceptorum pro ra
tione supponit dominium divine maiestatis /
unde ad precepta apponitur hoc facite
ego sum dominus exo. 20 / q. d. ego dominator
et vos servi / et ideo estis obnoxii meis
servire mandatis / ewangelium vero recte dicitur
lex gratie / lex amoris / lex libertatis / lex
libertatis seu clementie dicitur / quia in penis
legis fit mitigatio et relaxatio / unde
mulieri deprehense in adulterio dicitur
vade et amplius noli peccare Jo. 8 / lex
vero amoris dicitur quia plurimas habet promissio
nes / raras comminationes / sicut patet ex
serie ewangelii / ex promissionibus autem
generatur amor / lex vero libertatis dicitur
quia in monitionibus preceptorum pro ratione sup
ponit divine paternitatis / unde luc. 6 postquam
dixit estote misericordes et diligite in
inimicos vestros / subiungit / ut sitis filii pa
tris vestri qui in celis est / q. d. in libertate
filiali non obnoxietate servili / maxime
paternitatis non maxime dominationis / propterea
dicitur ad ro. 8 non accepistis spiritum servitutis
in timore sed accepistis spiritum adoptionis
filiorum in quo clamamus abba pater / et
ad gal. 4 nolite iterum iugo servitutis
contineri / et beatus petrus hoc est onus
quod neque nos neque patres nostri portare
potuerunt act. 15 / quo ad multitudinem
ceremonialium / in ewangelio vero fecit deus
consummationem et abbreviationem / item contra
illud iugum meum leve / contra arta est via
que ducit ad vitam m. 7. / responsio prima iugi
liter et prima glossa / arta vel angusta dicitur
quia angustat in principio / quia est cum
consuetudine dimittere / sed processu temporis
ineffabili dilectionis dilatatur / unde

prov. 4 ducam te per semitas equitatis quas
cum ingressus fueris non artabuntur gressus tui
et currens non habebis offendiculum. Capitulum xii.

In illo tempore abiit ihesus per sata sabbato. In
capitulo isto quo promulgavit nove legis
... ad suavitatem ... et hoc verbo / hic
idem fecit exemplo sine facto / ubi audivit
primo severitas veteris legis ex phariseorum repre
hensione / 2° suavitas nove legis ex domini
responsione / ibi at ille dixit eis / in
primo tangitur primo reprehendendi occasio / 2° ipsa re
prehensio ibi pharisei autem / reprehendendi oc
casio sumebatur ex tribus / ex tempore quia in sabbato /
ex persona quia discipuli eius / ex opere quia ce
perunt vellere etc. primo In illo tempore scilicet post mortem
johannis / unde beda narrata predicatione et
miraculis unius anni / in quo et johannes fuit /
transit ad ea que facta sunt in alio anno post
mortem johannis / abiit ihesus per sata i. cam
pos ubi erant segetes / et hoc ut a turba
declinaret / et locum manducandi discipulis
daret / sabbato quod fuit iudeis specialiter
reprehendendi occasio / discipuli autem eius
in quibus maxime reprehensibile videbatur
prevaricari legem sicut modo in religiosis /
esurientes ex paupertate / et ex turbarum
importunitate sicut habetur mar. 2° / unde glossa
quia ut ait alius ewangelista nec locum vescendi
habebant pre turbis propter nimiam importunitatem
ceperunt vellere spicas et manibus confricare
sicut habetur luc. 6 / et manducare hoc enim
opus videbatur illicitum in sabbato / unde
consequenter ... non arguebat eos agere contra
legem quia rapuerunt alienum quia licebat intrare
in segetes proximi et comedere / non tamen me
tere falce ut habetur deut. 23 / sed quia violabant
sabbatum secundum eos quia preceptum erat in lege
quod cibaria pararent die sexta et non in die
sabbati ut habetur exo. 16 / ipsi autem prepara
bant sibi cibum spicas fricando / nota
in hoc capitulo tanta sunt nobilia / iam error ebio
nitarum destruitur unde Jo. ... apostolos ...

p. illo

abiit

sabbati destrui non tamen paulus quod tamquam legis transgressorem despiciunt ebionite / cum omnes alios prophetas recipiant Unde paulus manifeste reprobat obseruantiam sabbatorum / nemo enim vos iudicet in cibo aut in potu / aut in parte diei festi / aut neomenie aut sabbatorum que sunt umbra futurorum ad col. 2°. Et in concilio apostolorum cerimonialia legis vetitata fuerunt instinctu spiritus sancti / Unde ibidem sic dicitur / Visum est enim spiritui sancto et nobis / nichil ultra imponere vobis oneris quam hec necessaria ut abstineatis vos ab immolatis simulacrorum et sanguine suffocato et fornicatione

Item fides instruitur ut sabbatum non ad literam sed spiritualiter obseruemus secundum glossam / Item vita nostra edificatur exemplo apostolorum / ut non pietas epulas sed alios simplices cibos

Pharisei autem videntes / scilicet pleni sua suspicione / dixerunt ei verbis plenis detractione / Ecce discipuli tui id est tua doctrina informati faciunt quod non licet facere sabbatis et ideo dignus es cum illis reprehensione / At ille dixit eis / hic subditur responsio domini / Ubi ad confutationem phariseorum / utitur primo auctoritate aliena / 2° propria ibi Dico autem vobis Aliene duplici primo regali / 2° sacerdotali ibi Aut non legistis in lege

Dicit ergo At ille dixit id est dominus phariseis respondit ostendendo quod discipuli sui non faciebant contra legem / quia aliquid quod est in lege prohibitum sibi efficitur licitum propter necessitatem imminentem / sicut david qui legitur sine mandato comedisse panes propositionis sibi datos a sacerdote in necessitate / et tamen in lege erat preceptum quod soli sacerdotes ipsos comedere debebant / nec sacerdos inde reprobatur quod dedit david et aliis viris qui cum eo erant / Unde glossa Et david et abimelech non reprehenduntur quorum uterque mandatum prohibitum necessitate transgressus est / et hic similiter necessitas famis est / Leviticus 23 / quod necessitas faciebat aliquid licitum / quod alias fuisset illicitum / Sicut in preposito dato quod non esset licitum fricare spicas in die sabbati / tamen fiebat licitum propter necessitatem famis / Et hoc est quod dicit salvator phariseis Nonne legistis vos quod

debetis scire legem quod fecit david quem tamen reputatis sanctum / nec in hoc reprehenditis quando esuriuit / Hic articulus necessitatis Et qui cum eo erant / quando intrauit in domum dei id est in tabernaculum in nobe in civitate sacerdotali / primo Regum 21 / Non ipse david non intrauit in propria persona sed sacerdos abymelech pro eo / Et panes propositionis comedit / scilicet in sabbato quando tollebantur duri et alii recentes substituebantur super mensam propositionis / Levitici 24 / Quos non licebat ei edere / neque hiis qui cum eo erant / nisi solis sacerdotibus leuiticis / 8 q. d. / Ubi necessitas ibi non habet legem / nec hic dicitur contra / Spiritualiter secundum glossam Abiit ihesus per sata / Sata sunt auditores per que discipuli transeunt ad doctores solliciti in spiritu quorum uniuscuiusque actionem puniunt propter salutem esuriunt Spicas vellunt / dum singulos homines a terrena intentione retrahunt fricant / dum exemplis virtutum eorum a concupiscentia carnis mentes exuunt grana comedunt / dum emendatos in corpus ecclesie traiciunt / hoc agunt discipuli audiendum / quia necesse ut procedat sermo doctoris et sic gratia eorum illustrentur auditorum / Sabbato hoc agunt spe quietis eterne ad quam et alios invitant / Sequitur hic super illud quod fecit david etc. secundum glossam

Quia abymelech dedit panes david secundum illud quod primo Regum 21 / Sed contra quod dicitur 2° Regum quod david intrauit domum dei sub abyathar sacerdote / Respondetur secundum quosdam Idem erat sed binominis / Vel secundum Bedam duo fuerunt et erant ambo presentes abymelech pater et abyathar filius / Ideo de utroque verum est

Hoc in quantum necessitas sola necessitas excusat a preceptis sine dispensatione / Videtur quod non / Videtur quod non / quia si necessitas fuit quia preceptum esse legis dispensare / Ad idem videtur quod hic dicitur in glossa / quia

abymelech dr̄ dispensasse / Ad idem Bn
in lib̄o de precepto et dispensacione / Trina est
gen̄ preceptorum / quorum quedam fiunt necessaria
permittentis voluntas / ut in regula mo
chorum / Quedam perpetis auctas ut in
mor. / Quedam precepti dignitas ut que
in sermone dn̄i in monte ẽ .i. / Prime autem
st̄ prime necessitatis dispensacionem recipiunt ab
hoc / que 2ᵉ a deo tm̄ / que tercie a nullo
mutari possunt / ut preceptum de humilitate
de iusticia / de mansuetudine / ergo videtur
ꝙ necessaria ee dispensacio / Et ꝙ mathatias pugnauit in sabbato / videtur
dispensasse / Ad idem Itẽ si ꝙ aliquis
devenit in deserto / tempe xl. non inveniat
nisi carnes. ille potest comedere sine dispe
sacione / Rñ Aut invenitur qui possit
dispensare et sic exigitur / Aut non et sic
non / Item nullus videtur arguendus .i. quod est a
maiori assumendo / inter eum fuit dispe
saciones tn̄ maioribus que non tn̄ mino
ribus / non ergo requiritur / dispensari debuit
cum david ergo cum discipulis / Rñ In corpore
ma necessitate nã / omnes pares sunt / quia
parem non habemus / Unde non fit comparacio
persone ad personam ꝫ tãc ad ipsas tantum
Aut non legistis in lege quia sabbatis sacer-
dotes
hic salvator venit auctoritate sacerdotali / Et e
alia rursio / quia sacerdotes in die sabbati i
templo ~~in tempore~~ manualia operabantur /
quia ymolabant animalia deo oblata et
excoriabant / et hostias lavabant / et cete
ra facebant / et tn̄ non violabant sab
batum / quia talia opera erant ordinata ad
dei cultum / Et hoc est quod dicit salvator /
Aut non legistis in lege / levitici vz / Nu
meri / prima sabbatis / ergo idem tempus / Sacer
dotes ergo maior status / In templo
ergo sanctior locus / Sabbatum violant
.i. manualia operantur / Id est glo. Iudi
cum carnes occidunt / et pueros circum
cidunt / Et sine crimine sunt / Cum hoc faciunt
quia preceptum erat a domino ut talia opera

faciant in sabbato / et eadem ratione apostoli vellen
tes spicas in die sabbati et comedentes ex
precepto xpī non peccabant / et hoc est quod dicit
salvator / Dico autem vobis .i. ego assero quia
templo maior est hic .i. ego cuius auctoritate
hec faciunt / hic .i. xpūs qui est dominus templi
vel hic .i. in hoc loco / ac si diceret / secundum glossam
Si figurale templum potuit defendere
sacerdotes sibi servientes / cur spirituale templum
non potest defendere discipulos sibi credentes / De
hoc templo spirituali quod est xpūs habetur Io.
2º. Solvite templum hoc et in tribus diebus
edificabo illud / Si autem sciretis / hic salvator
convincit eos per affectum pietatis / et est ratio
talis / Magis vult deus affectum mentis et pietatis
quam cerimonias / Sed lex / ꝫ posse esurientes
est opus mie / observare sabbatum vel sacrifi
cia offerre in sabbato cerimoniale est ergo etc. / Et
hoc est quod dicit xpūs / Si autem sciretis .i. vere intelligeretis
quid est illud Osee .6. misericordiam volo et non
sacrificium / Iuxta quam abymelech fecit
dans esurientibus panem / Proverbiorum 21. Facere misericordiam
magis placet deo quam victime / Et michee .6.
Indicabo tibi o homo quid sit bonum et quid deus
requirat a te / utique facere iudicium et dili
gere misericordiam / nunquam condempnassetis innocentes
.i. discipulos meos in necessitate famis de
lictis mea sibi propter me subvenientes / Innocentes
Ipse / innocentes et veri adherentes michi
/ glo. melius fuit hominem de famis periculo
liberare / quam sacrificium deo offerre / quia hostia deo
placens est salus hominum / Et quia dominus posset
eos liberare ondit dicens / Dominus enim est
filius hominis etiam sabbati / filius hominis .i. xpūs
dominus est et sabbati / quasi diceret / filius hominis est
dominus legis et sabbati / ergo non potest frangere sab
batum / nec qui cum eo sunt / quia potest cum eis
dispensare / Unde Iuxta Ipse potest / et non sub
est legi observacioni / et ideo non peccat qui
eius ordine fecerat / Item glo. secundum quosdam datur
e regie potestatis de david / Aliud sacerdotalis
dignitatis / de hiis qui per ministerium templi

sabbm violant ut in lco mis ad ypm pti
neat crime spiritap sabbo usurp q̄ Rerus
qo rex est et sacdos et dns sabbi / ſ̄pō h' dr
Sacdotes in templo sabbm violat / Cont
cos. 20. / vnc opus simile nō faciet / i. eo
/ vade aut vitulos ad honore dei / non e
opus simile qo hr' opus faciendo nō vio
labat sabbm / Ro q hr fecerunt co tidie
simil ne pturent tpalia / et ita ops eox
erat simile / et co pte opis opati / et co pte
opis opant' i. intencois erat simile / Vn
sabbm violabat et hr quo ad malos / Et
qm ad bonos qui hoc faciebat co amoe
licet nō eēt opus simile co pte opis ope
rant' / Erat tn co pte opanti / q tale q
fecē vile quide est / Vel violabat i. violae
videbant' / Vel violant idest manualr
opant' / et tn precepto dni cotinsunt / et sic
qo hic dispensacōe xpi. excusant' / Sce glo dr
ipse poest nō subest veti legi / Ex q ad gal
x° / Misit deus filiu suu fcm sub lege / Ro ipse
xpus voluntarie alr se legi subiecit ut i
circūsisione / et qu oblatus e in teplu luc 2.
/ Et nō erat legi veti subiectus scund in
dei / Vnde alr se subiecit ꝑ humilitate medio
qo se pmisse ōt ꝑ auctem / Sce si sciret quid
est misericordia volo et nō sacrificiu nūqʒ cōdemp
nassetis innocētes i. aplos / Vl q hr sit
filius ꝯ med ipse respons hc ad aliū / Vnde
vr q apli nō fecerunt opus nūc pascendo
se / Ro dicit est gnalr frange esurienti
pane tuu ysa 58. Vnde si caritas ē ee
ordinata / includit' ett q hō sui misereat
Vn scptu est / Miserere aie tue placens deo
/ Na si impietas est sibi non ferre manu nel
alum sibi subtrahē / qo pietas est oppm facē
/ Et cum inde tns̄isset / Sta pmlgacōe nove
legis qm ad sanitate hom / hic subdit'
ꝯfirmacō ꝑ opa mirabilia sca circa reparacōem
huane nāe / pᵒ a corrupcōne culpa a pis cō
cisco s. corpe / 2° a pri' mtu' s. sppm ibi
/ Tunc oblatus est ei demoniacus hnō / ſ̄imp'

et ꝯfirmacō duplr / pᵒ p modu complem
lem in opibs miraclor / 2° p modum
ronalem in doctrina vbor ibi / Precepi
cis ne manifestū facerent eu / In pᵒ ondi
tur xpi / pᵒ in ope preclari / 2° i ope
vili / ibi / Et secuta sunt eum / Circa opus
preclare tangit / pᵒ miraclm curacōm / 2°
ꝯcomitaciam ibi / Tunc ait hō / 3° ꝯsequ
ibi / Exeuntes aut pharisei / Dr qo / Et cu
inde tnsisset. i. ad alias ptes declinas
set ꝑ illa septimana venit in alio
sabbo / ut dr luc. 6. / In synagoga eo
s. ad docendū / ꝑ maiore ipi frequēciā
nu / Vñ in xpo tria / cernunt' / stabilitas / li
cet em pharisei insidiarent' ei / nō tn
metuebat venire vbi erāt / et hr qt
pusillanimos / doctrīe vbitas / qua i
publico docebat / qt hereticos / 3 ch in
mesitas / q totu hoc faciebat ꝑ sa
lute alioꝝ / Et ecce hō hns manu
arida / De isto dr / Id qui ewam mara
neoꝝ et ebionitaꝝ legit / q iste fuit
cementarius / hmoi vocibz dnm petens
/ Cementarius era / manibz victu qrēs
/ Precor te ihu restitue m sanitate ne tpi
mendicem cibos / Ad idem glo / ipse hō dr
cementarius fuisse / q manus eu spualis
edificij / cura ꝯmissa fuit arida erat
ꝑ ad aduentu dni / Et interrogabat eu
s. pharisei s. xpm dicentes / si licet sab
bat' curare / interrogat ut accusarent
eu / ut si dicat / nō / accusent eu de cru
delitate / si dicat / sic / accusent eu de sab
bati trasgressione / q pueabat a qbuslibz
opibus seruand in sabbo / sed simlia
opa ꝓhibebat / nō similia / Ipse aute
dixit eis / hic subdit' xpi resp̄o vbi
pᵒ ponit' ad ꝓportu rcio spualis / 2° infert
ꝯ gnalis ibi / Itaqz licet sabbis bn
facē / Ro aut thīs est / magis subueniend
est hōi q ani / s̄ oīus si cadat in pu
teu liberatur et in die sabbi / qo multo

s^m multo plus hō licite curat̄ et gaudeat
xpm egrotanti / d^r g^o . Ipse dixit eis / quis
est ex vobis hō / multo magis deus / qui hēt
bra oue / multo magis hoiem Et si acciderit
sabbato in foueam nonne tenebit capiendo
et leuabit eam extrahendo / si g^o hoc
facit p^r cupiditate temporalium / multo plus
dz s^r ubi salus queritur aiarum / ideo subdit
Quanto magis melior est hō oue q . d .
no est compacō / Ex hoc infert q^o / et magis
ad quam ꝯ secerant / Itaque licet sabbato
benfacere / glo . competenti exemplo soluit quom
eorum / ut eos arguat sabbatum violare in
ope cupiditatis / qui eum violare arguunt
in ope caritatis / Tunc ait hic tangit
ꝯcomitantia miraculum / et p^o imperium
dni / 2° obedientia infirmi ibi extende
3° euidens miraculi ibi Et restituta
est / d^r g^o tunc eo tacentibus conuicti ait
hoi manum s . aridam hnti extende manum
tuam precipit tactu potestatem suis / Et ille
extendit quia ipse dixit et facta sunt
Et restituta est sanitati sicut altera
In q̄ p^z perfectio et euidens sanitatis / iuxta
s^m glosam / Homo aut adveniente xpo dex
tram hnt languidam / quia luce 6 d^r
q^d fuit dextra / quia ab elemosinis tor
pebat / sinistra hnt sana quia sue uti
litati intendebat / sed veniente xpo dext^a
sanatur ut sinistre / quia quod congregauerat
non distribuit caritate / Unde glo super
isto v̄bo extende d^r quia nil plus valet
curacōni quam elemosinarum largitas /
unde d^r non sit manus tua ad accipiendum
porrecta et ad dandum collecta / quia sinistre
p^r patris rogans manus ad deum expan
dit qui eas ad pauperes p^r posse non
90 extendit / Exeuntes super illud / si licet
sabbato curare / Que dns in sabbato fre
quens docebat / et curabat / eo sciunt
ipsos phariseos hoc male recipere / Ideo

s^m glosam que dicat / Sabbatis pcipue docet
et operatur ihūs non solum p^r spirituale sabbatum
sed p^r celebriorem ppli conuentum querens salutem
omnium / Item Et interrogabat eum ut m^r 3 .
et luce 6 . d^r quia ipse dns ait ad illos Inter
rogo vos si licet sabbato benfacere animale
ꝯ s^m beatum aug^e in de concor^e ev^ar enim
non discrepat m^r et lu . a m^t . Ita quia p^9
interrogauit cogitaciones dnm . de inde vides
dns cogitaciones eorum statuit hoiem in me
dio et interrogauit illos et illis tacentibus
proposuit similitudinem etc .
Exeuntes aut pharisei consilium faciebant etc /
Hic ponitur ꝯtraria miraculum / 2 p^o in phariseis
affectus malignitatis 2° in xpo affectus pietatis
ibi ihūs aut sciens / Malignitas aut ostend^r
in duobus / in boni desercōne quia exierunt /
In mali machinacōne quia consilium fecerunt
d^r g^o Exeuntes aut / ad literam de synago
ga / vel moraliter s^m glosam Iudei . i . a lumine
recedentes / quo ꝯ d^r in p^s accedite ad
eum et illuminamini / pharisei et ad literam diuisi
ab aliis hominibus gentes / moraliter
pharisei . i . adeo diuisi sicut erant ambro
ad eius instructionem exeuntes . Videt ingred
eos sathane / Job . 2° . Egressus sathan a
facie dni / consilium faciebant ut cotidianum ey d^r
In consilium eorum non veniat aīa mea / sicut
cum p^rderent ambro . consilium fecerunt quomodo
vitam p^rderent / non quod inueniret / non multe
fuerunt tales persecutores xpi / hic enim p^mo
in hoc ewangelio legitur phariseos mortem dni
tractasse / et inferius in multis locis / Tunc aut
persequebantur xpm omnibus occultis / ut manifest
Occulte explicit p^r mundum p^t dicta / quia erant
docens contra potestatem suam / non solum scribe et
pharisei et^c 8 et inferius 21 . Sciebat pylatus
q^d per inuidiam traditus esset / 2° p^r ab horum
eorum veritate / quia corripiebat et vocabat
eos genimina viperarum et h̄ ut d^r inferius
23 / p^r q^d inferius 21 capitulo d^r Cognouerunt
sacerdotes et pharisei parabolas eius / quod de ipsis

respicit et quererent eum tenere, timuerunt vero
3 turbas / Ecce propter odium homicidii Jo. 10 Sus-
tulerunt lapides iudei ut iacerent in eum
Et videt. multa bona opera ostendi vobis a patre
meo, propter quod horum me lapidatis / Hee tres fue-
runt occasiones persecutionis moventes cor-
da obstinata iudeorum / et exterius erant
tres alie quas ponebat a parte / prima erat
q reputabant se ab eo
4 blasphemia creatoris Jo. 10 de bono opere
non lapidamus te sed de blasphemia, et tu homo
cum sis facis te deum / 2a transgressio legis et solu-
tione sabbati figuralis / ut hic / et Jo. 9 Non est
hic homo a deo qui sabbatum non custodit / de
utroque Jo. 5 propterea persequebantur iudei Ihesum
non solum quia solvebat sabbatum sed quia filium dei
6 se dicebat / 3a timor proprie adversitatis Jo. 11
Collegerunt pontifices et pharisei concilium et dicebant
quid facimus quia hic homo multa signa facit
si dimittimus eum sic omnes credent in eum
et venient romani et tollent locum nostrum et
gentem et ab illo die cogitaverunt interfi-
cere eum / Ihesus autem sciens / hic ostendit quod
parte christi effectum pietatis / primo in cavendo
malo ipsius phariseis / 2o in faciendo bonum
alienis ibi secuti sunt eum multi / dicit ergo Ihesus
autem sciens / cogitationes eorum / interlinearis i. insi-
dias eorum / primo periculum et 8 bonum spiritualem
duo / Bonum pro meum cogitationes intel-
ligit / Recessit inde propter multa / primo ut per
eis Rab. et habetur in glo. Recessit non
timore ne perditus occideretur sed providendo
eis ne invidia crescerent / 2o quia nondum
venit tempus passionis eius Jo. 11 Nondum
venit hora mea / 3o quia non adveniat locus
passionis / luce 13 Non enim capit prophetam perire
extra ierusalem / 4o propter dandum exemplum / unde Jo. 6
Hos persecuti fuerint in una civitate etc. / 5o
propter hoc virtutis signum / unde glo. interlinearis / Vir-
tus fugit odientes / Secuti sunt / Exprimus
virtus est christi / primo in opere predicationis sub-
similitudine divinis horis / hic eadem ostendit
in opere virtutis sanationis cum sequitur

Ubi tangitur primo parabolam ad curationem
2o spiritum curationis ibi Et curavit / dicit ergo
Et secuti sunt eum multi / Rab. docti vir-
tutibus verbis persequuntur sed indocti opinio-
nes ducti amando secuntur / Et cura-
vit eos omnes. luce 6. Virtus de illo
exibat et sanabat omnes / Et precepit
eis / Exprimus secunda est confirmatio legis
perhibitate per modum competentem
in opere miraculorum / hic fit per modum
convenientem in doctrina verborum / Ubi primo
ponitur curatorum instructio / 2o promissorum
prophetiarum confirmatio ibi Ut adimpleretur
dicit ergo sic / Et precepit eis sic ipsis curatis
ne manifestum eum facerent / Ambrosius et
habetur in glo. Hic mistice nos instruit
ne cum ad magnum serium laudem
fert querimus / non ergo prohibet dominus mira-
culorum predicationem ad utilitatem audientium
sed in virtute vane glorie appetitum / Ut ad-
impleretur / hic subdit prophetie confirmatio
ubi ysaias salvatorem commendat a qua-
druplici perfectione / primo gratie ibi Ecce puer
meus / 2o sapientie ibi iudicium gentibus
3o pacis ibi non contendet / 4o potentie
ibi harundinem quassatam / 5o iustitie ibi
donec eiciat ad victoriam iudicium / dicit
ergo sic per christum sunt sic predicta ad que se-
cuta est adimpletio prophetie et hoc est
quod dicit ut adimpleretur ut sic consentit
nostra talis / Quod dictum est per ysaiam prophetam
in persona dei patris ysa. 42 / Et allegat
evangelista prophetiam secundum translationem non
secundum 70 / Crisostomus dicit Tanta enim erat prophetarum
diligentia ut neque hoc derelinquant sed
et vitae eius / et tristitias prophetarum / et in-
tentionem eum quod hoc faciebat / ut discutias
quam enim a spiritu sancto loquebantur / Si enim
cogitationes hominum impossibile est scire multo
magis christi intentionem nisi spiritus sanctus re-
velet / Ecce puer meus / interlinearis Inferior
sum / alia littera habet Ecce filius meus

Hic ostendit triplicem perfectionem gratie fuisse in ipso
secundum statum unionis qua unita est in ipso humana
natura divinitati que notatur cum dicitur Ecce. Secundum
intendenti puer propter innocentiam carnis
assumptam propter modestiam et propter obedientiam
Ysaie 9º Puer natus est nobis. Meus
propter singularem excellentiam quia non fuit
in eo quod non esset proprie opus. Vel meus
quia filio meo univocus. Vel meus quia
michi amore alienus non sicut alii. Vos filii
alieni mentiti sunt michi. Electus, scilicet ex
omnibus. Canticorum 5. Dilectus meus candidus
et rubicundus electus ex milibus. Vel electus
quia ad opus quod nullus alius potest facere
scilicet redemptionem generis humani. Sic enim gloriam
michi. Habacuc Ego super triumphos eligitur. Deus
in quantum eligit ad incarnationem et redemptionem
donum. Vel electus ab eterno. Quem elegi ex
te quantum ad effectum redemptionis. Dilectus
meus non enim electus sine dilectione, nec
dilectus sine electione. Dilectus, intelligitur quia
ipse solus est agnus sine macula.
In hiis 3º tribus tangitur gratia unionis
quia puer electus secundum naturam humanam quem
elegi secundum unionem ad divinam naturam. Dilectus
meus quantum ad unionis donum. In quo
bene complacuit anime mee, id est voluntati
mee. Intelligitur per naturam sive affectus dicimus.
Hoc dicitur methaphorice de Deo ad exprimendam
excellentiam sue dilectionis ad filium
sicut ille qui multum diligitur. Dicitur Gen. 22
Hic in hoc tangit perfectionem gratie
capitis, id est Christi, qui tanquam caput influit
in corpus ecclesie de plenitudine sua affectum
gratie, et motum bone operationis, propter quod
ecclesia que est corpus eius misticum placet
Deo. Unde dicitur quod non tantum ipse Christus in
complacuit, sed quod est singulare, propter
se propter ipsum michi complacuit totum corpus
misticum. Unde Jo. 14. Nemo venit ad
patrem nisi per me. Posui spiritum meum super
eum. Hic ostendit perfectionem gratie persone

singularis. Sibi implicat tamen in Christo per gratie
stabilitatem cum dicitur Posui. Ysaie 11. Requiescet
super eum spiritus Domini. Gratie universalitatem cum subdit
Spiritum meum. Jo. 3º. Non enim ad mensuram dat Deus
spiritum, id est non partialiter vel sub divisione gratie. 3º
potestatem cum addit Super eum, quia spiritus plenissime
dominabatur anime eius, ut omnes motus
subditi essent rationi et vo... spiritui. Ysaie 61. Spiritus Domini super me. Posui spiritum. Intelligitur
non super Dei verbum sed super Dei patrem. Iudicium
gentibus manifestabit. Hic ponit perfectionem gratie. Hic
ostenditur perfectio sapientie, et quia sapientis est iudicare
et iudicare, et ideo dicitur Iudicium, id est iudiciariam
potestatem sibi a patre collatam. De qua Jo. 5. Pater
omne iudicium dedit filio. Vel iudicium intelligitur
secundum futurum, et ut iusta iudicia agit. Gentibus
manifestabit per predicationem novi testamenti.
Duplex est iudicium Dei, in quo est discussionis
et districtionis, et utrumque gentibus manifestat.
Non contendet. Hic subditur perfectio pacis.
Ubi excludit ab eo tria signa impacientie,
que sunt contendere, clamare et murmurare.
Impaciens enim pro iniuria sibi illata aut
credit se posse vindicari aut non. Si
credit aut per se sic contendit, nec per alium
sic clamat pro adiutorio, si non, sic murmurat. Contra hec tamen dicitur quod de Christo Non
contendet, scilicet verbis expetendo vindictam per se.
2ª ad Thi. 2º. Noli verbis contendere, quia ad
nichil utile est nisi ad subversionem audientium. Neque clamabit invocando adiutorium
alienum ut ab adversariis vindicetur.
Neque aliquis implacatus audiet vocem
eius, id est sue murmurationis vel maledictionis.
1ª Petri 2º. Cum malediceretur non maledicebat, cum pateretur non comminabatur. Hic non
erit contentiosus per iracundiam, non clamosus per impatientiam, non litigiosus per iactantiam. Arundinem quassatam. Hic ostenditur
perfectio misericordie sub duplici similitudine. Primo quo ad
iudeos, 2º quo ad gentiles ibi Et lignum

Ergo arundinem quassatam .i. iudeos secundum glosam vetres potius vani legis observancia / sed varios interius spiritualis intelligencie quassatos / et omni vento doctrine et erroris motos non confringet .i. statim condempnabit sed supportabit sustinendo in presenti / Aggeus 9. quamdiu medullam habent dum vos paciar / sed in futuro conquassabit capita multorum / Et linum secundum aliam translacionem linum fumigans .i. populum gentilem in quo ardor naturalis legis fuit errore extinctus quasi fumus ipsum manet non extinguet sed illam scintillam in magnum ardorem igne dei suscitabit per fidem et succendet per bona opera / Ad eph. 5. Eratis aliquando tenebre nunc autem lux in domino / Alia glosa exponitur:

Et per arundinem quassatam intelligit gentes vanitatis vento agitatas / quas vacuas non confregit sed ad salutem conservavit Et linum fumigans .i. exiguum spiritum et velut quasi usque iudeus non extinxit .i. non amplius sed in fine credere disposuit / Alia glosa

Id est arundinem quassatam non confringet quia peccanti manum porrexit linum fumigans non extinxit quia modicam fidei scintillam in paruulis non contempsit / Unde glosa Nam peccanti non porrigit manum / nec portat onus fratris quassatum calamum confringit / et qui modicam scintillam fidei contempnit in paruulis, linum fumigans extinguit / quod Christus non fecit potius venit querere quod perierat / Donec eiciat iudicium hic ostendit perfectio iusticie primo in condempnacione incredulorum de iudeis / 2o de remuneracione credencium de gentibus ibi Et in nomine eius gentes sperabunt / Ergo ita Christus venit querere quod perierat et paciens suffre / donec iudicium passive s. quo iudicatus eiciat .i. conducat ad victoriam s. principis tenebrarum Jo. 12 Nunc princeps mundi eicietur foras

Vel sic donec iudicium active s. quo iudicaturus est in fine eiciat .i. proferat s. de inimicis suis quos condempnabit pedes. ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum

Et in nomine eius s. filii dei gentes sperabunt quarum plenitudo intrant per hostium fidei et sperabunt de salute eterna / Act. 4 Non est aliud nomen sub celo in quo oportet nos saluos fieri / Ad Ro. 15 Erit qui exsurget regere gentes in eum gentes sperabunt

Non sine auctoritate / Sed est ad propositum nostrum describitur in Christo perfectio gracie / perfectio sapiencie / perfectio pacis / perfectio mansuetudinis / perfectio iusticie / nam ista currunt Prima patet perfectio gracie in renovacione legalium et sabbati / Unde dixit Venite ad me omnes qui laboratis et onerati estis / Secunda perfectio sapiencie in confutacione phariseorum interrogancium s. hoc sabbato curare / 3a perfectio pacientie in declinacione phariseorum machinancium quod recessit / Perfectio mansuetudinis et sanacione turbarum secuti eum / quas omnes curavit / perfectio iusticie in occultacione suorum operum / quod manifestari indignis nolunt Vel voluit manifestari ad vanam gloriam ... Hic propter illud iudicium gentibus nunciabit / Jo. 3 Non misit deus filium suum ut iudicet mundum / Ergo non venit ut iudicet iudicio condempnacionis in presenti / Sed venit iniciare iusta iudicia ut nos careamus /

Est enim iudicium Christi multiplex Unde quod venit sustinere s. passionis pro homine ... et merede iudicio meo deus meus

Aliud quod venit iniciare s. futurum condempnacionis Jo. 5 Pater omne iudicium dedit filio / 3m quod venit facere ... discrecionis quo ad iudeos Jo. 9 In iudicium veni in hunc mundum ut qui vident ceci fiant / 2m ... quo ad demones ps. Iudica domine nocentes me Et ... 3m ... quo ad ...

Ie. 23 faciet iudicium et iusticiam in terra. Est autem iudicium quod volt sustinere, scilicet correctionis p^e ad cor. xi. Dum iudicamur a domino corripimur. Item quod volt si s. oppe discussionis p^e ad cor. x. Si nosipsos iudicaremus non utique iudicaremur. Item non contendet. Concordat Ie. 2°. ego in iudicium contendam tecum eo quod dixisti non peccavi. Primo non contendet contencione ire sed iusticie futuri examinis. Neque non clamabit. Concordat Jo. 11. Stabat Ihesus et clamabat. Ad idem ad Heb. xi. cum clamore valido exauditus est. Ad idem luc. 23. Clamans voce magna Ihesus ait Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Ergo non clamavit ut impaciens ad amplius innotescere, sed [clamavit ergo] ut docens in sua predicacione, ut intendens in sua passione, ut patens omnibus in sua morte. Item neque audiet in plateis. Concordat sic murmurasse contradente aliquam Jo. 18. Si male locutus sum etc. Videos ergo brevis angustie hoc dixit non ut iratus, sed sui percussore instruens et eciam ad maiora tolleranda paratus etc.

Tunc oblatus est ei homo demoniacus etc. Ostensa virtute Christi in amocione mali culpe a primo intrinseco corporali, hic ostenditur in amocione mali culpe a principio extrinseco scilicet spirituali. Ubi ostenditur primo in miraculo virtus salvatoris, 2° conpressio adversariorum non credencium miraculum esse ab effectu divine virtutis, ibi Pharisei autem. Circa miraculum tangit tria. Primo indigencia, 2° efficacia ibi Et curavit, 3° consequencia ibi Et stupebat. Dicit ergo Tunc scilicet postquam curavit manum aridam oblatus est ei. In quo ostendit offectum fidei homo demonium habens. In quo notat primus caecitatem in tribus: demoniacus, quod cecus, quod mutus. Sic sic tamen miracula in eo facta sunt quia spiritualiter

hic ab latum est ei

cottidie fiunt quodammodo in conversione hominum fiunt, ut expulso demone simul fidei videant et deum laudent. Et curavit eum in quo notatur ereptio a demone. Ita ut loqueretur in quo restitutus loquele. Et videret in quo illuminatio cecitatis. Et stupebat. Hic subditur consequens admiracio turbarum et hoc in duobus. Primo in stupefactione interiori, 2° in locucione exteriori ibi Et dicebat. Et hoc est quod dicitur Et stupebant omnes turbe id est minores et insipientes ingenibus frequenter facta domini fuerunt causa salutis, sed in maioribus fuit occasio blasphemie, sicut dicit Jo. damascenus non dicitur stuporem et admiracionem. Nam admiracio est extima cogitacione insoliti, sed stupor ex ymaginacione magni. Et dicebat turbe id est minores. Numquid hic est filius David id est messias in lege promissus de semine David, quasi dicat sic. Inchoant minus eruditi et per vulgaria filium David predicant quem vestigia ostentant. Filius ergo David [dicebatur christus] per promissionem scripture. Mat. 22 Quid vobis videtur de christo cuius filius est. Dicunt omnes David. Item per consuetam [illegible] quia David fuit maior inter eos sicut patet 1 Reg. 28, propter singularem excellenciam que apud eos celebris de David erat. Act. 2°. Licet nobis ~~dare~~ dicere de patriarcha David etc. Spiritualiter per eum monstratur in hoc [terra fuit] cecitas intellectus, sicut patet de saphane Judith 12. Vexat affectum sicut patet in Saule primo Reg. 19. Claudit os ne confiteatur peccatum, ut patet in Cayn Gen. 4. numquid custos fratris mei sum ego. Adveniens ergo Christi gracia intellectum illuminat ut hic et Thob. 2. Affectum liberat sicut in petro Act. 12. Os aperit ut in zacharia luc. primo. Pharisei autem audientes post virtutem salvatoris ostensam in miraculo, hic ostenditur adversariorum confutacio. Ubi continentur primo detractiones, 2° temptaciones ibi Et responderunt ei quidam de scribis. Dicit ergo Pharisei a deo scilicet divisi. Phares enim interpretatur divisio. Audientes scilicet quod dicebant turbe quod erat filius David.

Ita ut loqueretur — et stupe — dicebant — pharisei

dixerunt / ex invidia blasphemantes / Hic non
eicit demonia nisi in Beelzebub principe de
moniorum / quia cum signum inevitabile / negare non po
terant / Ideo modo simili calumpniabantur
dicentes eum per aliquem demonem superiorem sibi
familiarem / eicere demones inferiores de cor
poribus obsessis / sicut supra dictum est capitulo 9 / Glossa
Beelzebub est deus Accaron / quo nomine
vocant principem demoniorum / quia multi similiter
dixerunt principem demonum Sathanam / Item
Beelzebub interpretatur deus muscarum / propter sor
des ymolatarum sanguinis circa ipsum / capitulo 3 ex
pressius habetur / Dicebat enim quod in furore
versus est / et quod Beelzebub habet / et in principe
demoniorum eicit demonia / Unde dicebat Be
elzebub auctorem operis / Christum ministrum eius
Ex hoc patet / quod ex invidia loquebantur / quia
invidus non curat quid loquatur dummodo
loquatur in augmentum eorum in malicia / Hic
fuit generalis detractio / Supra enim dixerunt
quod in Beelzebub eicit demonia / hic vero
dicunt quod non nisi in Beelzebub / Ihesus autem
sciens / Hic contradicit eorum / malignitas ·
committentem / Dicebant enim dyabolum auctorem esse
miraculi / Christum ministrum dyaboli / Ostendit ergo primo
quod dyabolus non est auctor miraculi / secundo quod Christus
non est minister dyaboli / ibi Aut quomodo potest quis
/ tertio quod miraculum non de opere dyabolico
indicavit / ibi Aut facite arborem bonam / In
prima parte primo excludit contrarietatem / secundo instruit veritatem
ibi Si autem ego in spiritu dei / In prima ponit primo
racionem ducentem ad inconveniens per comparacionem
demonis ad demones / secundo racionem consimilem
per comparacionem operis ad discipulos / ibi Si ego in
Beelzebub / Prima ratio talis est / Si Christus
/ eicit demones / vel in virtute demonis
/ ergo in virtute dei / Cum vero / quod non in virtute
demonis / probat in littera manifeste sic / Omne
quod est in se ipso divisum destruetur et mini
matur / Sed notum est quod demonum dando potesta
tem eiciendi demones seipsum divideret
/ ergo et destrueretur / Sed non destruit seipsum
Ideo regnum dyaboli in hoc consistit / quod homines
ad peccatum trahat / et impediat ne deum confi

teantur et laudent / et ne peccata peniteant
/ Si modo unus demon alium eiceret de homine
homines aperte redderet ad laudem dei / et
ad peccatum penitendum / et per consequens regnum suum
destrueret / Item concordes sunt in voluntate
et in malicia et maxime delectantur in ob
sessione et decepcione hominum / et ergo nullus
unus eicit alium voluntarie / Et haec est quod
dicit / Ihesus autem sciens cogitaciones eorum
q. d. non tantum sermones blasphemie / sed et
cogitaciones invidie / ex qua movebantur
et in haec proferunt ore dicens / Dixit eis / Omne
regnum contra seipsum divisum / ut potest per dis
cordias principum / contra se pugnancium / De
solabitur / quia quod solidum est / firmum est / Si
vero per partes dividitur / dissolvitur et an
nichilatur / Unde concordia parve res crescunt
discordia maxime dilabuntur / Unde primo Machabeorum
primo / Divisit illis regnum suum / et multipli
cata sunt mala in terra / Et omnis civitas
vel domus divisa contra se non stabit / Osee
quod / divisum est cor eorum / nunc interibunt
Indicatum vero facit in tribus / In regno
in civitate / in domo / Est triplex unitas
sub qua vivunt homines / Aliqui tamen vivunt
sub una lege vel iure / et hii per regnum
Alii sub una consuetudine / et hii per civitatem
/ Alii sub uno quaestu et societate et hii
per domum / Et si Sathanas Sathanam
eiciat / ita ut quod uno obsidet / alius
liberet / adversus se divisus est / Sicut
probatio est divisionis / et divisio in
pugnacionis / et verba dicit adversum se divi
ditur enim adversum nos / ut divisi vicissim
pugnent et decipient nos / et ista divisio
non dissolvit regnum eorum / Sed quod adversus
se dividuntur / quomodo ergo stabit regnum eius
q. d. non stabit / et ita destruetur / sed
nullus sciens intendit sue destructioni
vel quomodo stabit regnum eius · i · non
stabit / et ita erit finis mundi / ut dicit
Iheronimus / quia usque ad finem mundi stabunt
hic ad temptandum nos / Ex hoc crede
bant Pharisei esse falsum / quia non dum ipsi er

erant phariseae. Et sic convincuntur pharisei per
vestrum ductorem admonemus / Et si ego
in belzebub / Hic subditur alia ratio consimilis
Et potest intelligi dupliciter primo glossa / vel de
exorcistis qui ad invocationem dei / per ex-
orcismos salomonis / aliquando demonia
de obsessis corporibus eiciebant / de quibus
act. 19 / Vel potest intelligi de apostolis /
Et est ratio talis / Eiusdem potestatis est
eicere demonia per me / et per filios vestros /
sed filii vestri non in principe demoniorum non
eiciunt demonia / ergo nec ego / et ergo / Et si
in principe .i. auctoritate principis demoniorum
Eicio demones .s. a corporibus obsessis /
filii vestri .i. exorciste qui erant de secta
vestra primo Bedam et Rabanum / sed secundum beatum Augustinum
filii vestri .i. apostoli qui de vobis nati sunt
In quo eiciunt .i. in qua potestate / Unde
glossa / filii vestri .i. exorciste iudeorum qui ad
dei nominis invocationem eiciebant demo-
nes / Item glossa / filii vestri .i. apostoli qui vestri
consilii erant nichil male artis ab
eo didicisse / Ideo ipsi exorciste / Iudi-
ces vestri erunt / vos scilicet condempnantes de
mendacio / quod dicitis contra me / Vel quia
ex suis corporibus condentur condempnabiles
quia non crediderunt in christum cuius deitas
declarata fuit per miracula / quia si in virtute
dei eiciunt multo plus et ego cuius
operum mediator affirmatur / Vel secundum beatum
Augustinum apostoli de stirpe eorum geniti / qui
sibi vestri consilii nichil male artis a christo di-
dicisse / ipsos ergo innocentes et iudi-
ces in hac parte / Vel erunt iudices in
futuro .s. in assessione et approbatione
iudicii / Si autem ego in spiritu dei / Superius
removit phariseorum falsitatem / Hic astruit
veritatem / quia ex quo non eicit virtute
dyaboli ut probatum est / sequitur quod eicit virtu-
te dei / cum non sit aliud medium / Et ergo
Si autem ego in spiritu dei / Hic lucas
ait primo glossam / Si ego in digito dei .i.
digitus dei spiritus sanctus per participacionem

donorum / Eicio demones / igitur pervenit in vos regnum
dei et cessat regnum dyaboli / Exponitur hic multipliciter
Regnum dei .i. christus qui debeo regnare in vobis
istud regnum expectabant iudei / tamen in hoc erant
decepti quia credebant istud regnum temporale / quem
errorem exclusit christus Jo. 18. Regnum meum
non est de hoc mundo / Unde ysa. 9. Et regni
eius non erit finis / Vel regnum dei .i. tempus
gratie ad perveniendum regnum glorie / quod vobis
offertur si velitis recipere / Vel in vos .i. contra
vos qui contradicitis regno gratie / et ideo excludimini
a regno glorie / Aut quo potest / probato quod
demonium non est auctor miraculi / hic probat quod
christus non est minister dyaboli / Et ratio est ratio talis vel
prima ratio talis / Auctor potencior est ministro /
sed christus potencior est dyabolo / ergo christus non est
minister dyaboli / Iudicem ponit in littera .s. quod christus
est potencior dyabolo in quadam parabola sic / Aut
quo potest quisquam intrare domum fortis .i. dyaboli /
de quo Job 41 non est potestas super terram que
ei comparetur / Et vasa / dyabolus .i. facit fortes in mane
glige[?] non illius potens / Domum dyaboli dicit
corpus obsessi a dyabolo vel cor peccatoris / Et vasa
eius diripere .i. homines obsessos vel deceptos
a dyabolo ab eius potestate eruere / nisi prius alli-
gaverit .i. superaverit / fortem .i. dyabolum / Et tunc
domum illius diripiet .i. peccatores dyabolo
subiugatos / ab eius potestate eruet / Et ex
hoc patet quod christus cum eicit demones et
ab eius potestate liberat homines / potencior est
demonibus / non est ergo eorum minister / Sed secundum beatum
Augustinum / Domus dyaboli dicitur mundus / quia totus
mundus in maligno positus est / prima Jo. 5.
qui quidem dicitur suus non ratione nature sed ratione
malicie qua in eo principatur / Hanc domum
intravit christus in incarnatione / fortem alligavit
maxime in passione totaliter quantum ad mutum
bonos retinendo in inferno / et aliqualiter quantum
ad maium impellendo ad peccatum / Et domum
et vasa diripuit in descensu ad inferos / qui
traxit vinctos de lacu zacharia 9 / Et dici-
tur vasa / quia sicut receptacula virtutum et graciarum
Et quedam sunt vasa in honore quedam in

Blasphemia est impositio falsi veritatis in deo
super quod [illegible] petri est quod [illegible]
in puero testis fuit deus invocat in blasphemia
aut falsum deo imponit.

cotuchianum / Qui non est mecum / 2° ibi. Et est
talis / Voluntas eius qui obedit alteri / est con
formis voluntati illius cui obedit saltem in
facto / Et ideo si xpistus in virtute demonis faceret
miracula / sequeretur quod xpistus et demon essent
concordes in factis / Hoc autem patet falsum / quia facta xpisti
et doctrina erant ad retrahendum homines a peccatis /
facta autem demonis sunt ad distrahendum homines per
peccatum / Ex quo concluditur quod xpistus non operabatur in
virtute demonis / et hoc est quod dicit / Qui non
est mecum per concordiam in facto et voluntate / contra
me est / et similiter est de diabolo / ut patet ex dictis / Secundum dicit
qui cum diabolo non est contra ipsum est / quia ille voluit
animas tenere captivas / quas xpistus liberare de
sideravit / Et qui non colligit mecum / 3° ibi. ad
idem / Eadem sunt opera principalis actoris et ministri
si non sunt eadem xpisti et diaboli / ergo xpistus non est
in operando minister diaboli / et hoc est quod dicit
Et qui non colligit mecum in fidei unitate /
in caritate firmi in ovile superni / dispergit sicut
lupus. Jo. 10 lupus rapit et dispergit o
ves / Diversa enim sunt opera xpisti et Beelzebub
quia xpistus colligit / Beelzebub dispergit etc.
Ideo dico vobis omne peccatum et blasphemia etc.
post instructionem veritatis / subdit hic comminationem
damnationis / et primo occulte / 2° manifeste
ibi Qui autem dixerit / In prima parte tangit
duplicem modum peccandi / primo remissibiliter
scilicet ex infirmitate vel ignorantia / 2° irremissi
biliter scilicet ex malicia certa et pertinaci malicia
ibi Spiritus autem / Dicit ergo / Vos non vultis acquiescere
verbis / nec operibus / immo blasphematis / Ideo
dico vobis veraciter / Omne peccatum / subaudi factum / Et
blasphemia / ubi / quod supple peccatum vel blasphemia
humana fragilitate vel ignorantia committitur / Vel
sic Omne peccatum quod fiat homo ex infirmitate /
et blasphemia quam dicit ex ignorantia / remittetur
hominibus scilicet remissibile est de se / quia non obviat
divino principio per quod fit remissio peccatorum /
sicut patet in paulo qui fuit blasphemus / et
misericordiam consecutus fuit / quia ignorans fecit / prima
ad thimotheum primo / Et petrus qui negavit xpistum
ex infirmitate / quia timebat mortem / Matthei
26 / Spiritus autem blasphemia non remittetur

scilicet de se talis peccatum non est remissibile / quia obvi
at divino principio per quod fit remissio / Et
hoc patet diversimode peccatum / Blasphemiam / et spiritus
blasphemie / quia divino primo principio remis
sibilia sunt / Contra vero / Peccatum est in spiritum sanctum vel
in xpistum / Blasphemia in deum / que si est ex
ignorantia vel infirmitate dicitur blasphemia filii
si ex certa malicia dicitur spiritus blasphemia
sancti si aliquis contrahet se ad fornicandum
qui non appeteret fornicari / licet illud peccatum
esset ex malicia et industria / non tamen diceretur
in illa fornicatione peccare peccato in spiritum
sanctum / Et ideo dicit / Et peccatum in spiritum sanctum est
ex certa malicia / Hoc potest intelligi de ge
neribus peccatorum que fiunt ex malicia sicut ex
tu / sicut impugnatio veritatis agnite / et
invidentia fraterne gratie / et de consimilibus / Item
nota / blasphemia erat in turbis / Spiritus
blasphemie in phariseis / quia ex invidia
et malicia impugnabant opera xpisti / Quorum
eorum evidentia est facta / Et pharisei
et legisperiti ex consideratione operum xpisti et ex
consideratione scripturarum in quibus de ad
ventu xpisti erat tempus determinatum / ut habetur
dan. 9. et consilium cognoverunt illum esse
xpistum in lege promissum / ut habetur infra 21
Agricole videntes filium / dixerunt inter se
hic est heres / Et glossa ibidem dicit / Aperte probatur
cognoverunt / Et xpistum secundum veritatem / Et
tamen incepit vitia eorum reprehendere et fal
sificationem eorum publice predicare / ideo conce
perunt odium et invidiam contra ipsum / Vo
luntati acciderunt in errorem / quia etiam
putatur vox iudicium romanis / et ex tunc
inceperunt omnia facta eius interpretari in
malum / Et primo vocaverunt eum voratorem
et potatorem vini / et peccatorum amicum / et in
tanta insania prorumperunt / quod miracula
que nullo modo poterant sine magna virtute
divina demoni attribuebant / licet
esset gratie / quod vocaverunt voracem et
potatorem vini / tamen erat solum blasphe
mia contra eius humanitatem / Vel tamen
sunt incapabiles gratie / quia erat contra

eius divinitatem. Unde talis blasphemia
est peccatum in spiritum sanctum, quia est impugnatio
bonitatis agnite. Et tale peccatum non remittetur
quia vix aut numquam remittitur, quia talis pec-
cator vix penitet, quia hoc peccatum non
habet racionem annexam sive excusationis. Et
quicumque verbum dixerit. Hic explicat ap-
te dictam divisionem dicens: Et quicumque
dixerit verbum scilicet blasphemie ex infirmi-
tate vel ignorancia contra filium hominis, ut
Iudei, qui scandalizati infirmitate
mee carnis vocaverunt me voratorem
et potatorem vini, venia hic poterit. Hoc
est remittetur ei de facili, quia de facili
ad penitenciam redire poterit. Qui autem dixe-
rit contra spiritum sanctum verbum scilicet blasphemie,
id est qui peccat ex malicia certa et industria
contra divinitatem, quod est peccatum in spiritum sanctum,
non remittetur ei, id est vix vel numquam, neque
in hoc seculo neque in futuro, quia raro vel
numquam tales penitent. Nota hic excluduntur
due hereses. In hoc quod dicit remittetur
est contra Iovinianum, qui lapsis in mor-
tale peccatum veniam negabat. In hoc quod dicit
non remittetur, est contra Origenem, qui
dixit omnes veniam consecuturos post
hoc iudicium mille transactis seculis. Item (no)
super illud Quicumque dixerit verbum etc.
datur distinctio peccati in patrem et filium et spiritum
sanctum secundum appropriationes. Prima peccatum in patrem
dicitur esse quod sit ex infirmitate etc. Et licet non
una est maiestas trinitatis, una bonitas, una
sapiencia, ergo una offensa in illos. Et con-
tingit peccare ex triplici causa. Ex infirmi-
tate, et sic contra appropriatum patri quod est potencia. Ex igno-
rancia, et sic contra appropriatum filio quod est sapiencia.
Ex malicia, et sic contra appropriatum spiritui sancto
quod est bonitas. Huic concordat philosophus in
ethicis dicens: contingit peccare tripliciter:
ex ignorancia, ex passione, ex electione. Ex
ignorancia, quando ignoratur aliquid circum-
stanciarum quorum scitum retraxisset a peccato. Ex passione,
quando propter impetum passionis vel innate vel illate
iudicium racionis obruitur. Ex electione, quando ex
certa deliberatione sive acceptatione voluntatis propter
se placet peccatum, et propter se intelligitur finaliter, non
per aliud. Item notandum secundum Hugonem de sancto Victore:
Aliquis blasphemat ex infirmitate, et ex ignoran-
cia, et hii peccant in patrem. Alii ex decep-
tione, et hii peccant in filium. Alii ex certa ma-
licia, et hii peccant in spiritum sanctum. Et hoc est
sceleratissimum genus peccati, in vituperium dei
delectari. Et postea subiungit: tercius modus est per
blasphemie insit affectus et desiderium sine
paratus dicere. Et unus enim blasphemie
sic spirat ad odium dei sicut spiritus sanctus
ad amorem dei. Sed contra istam distinctionem
aliquis arguet: si peccatum in patrem illud
intelligitur quod sit per infirmitatem, tunc omne peccatum
esset in patrem, quia cum potencia peccandi potius
sit impotencia quam potencia, hoc ipso quo quis potest
peccare infirmus est. Item si peccatum in filium
est per ignoranciam, cum omnis peccator sit ignorans,
sicut dicit philosophus 3o ethicorum, videtur quod omne
peccatum sit in filium. Ergo nulla est distinctio pec-
catorum. Respondeo: cum dicitur peccatum esse ex infir-
mitate et ignorancia, non accipitur hic quecumque
infirmitas et quecumque ignorancia, sed infirmi-
tas que quidem est ex carne, et ignorancia
que est respectu alicuius circumstancie facientis
rem culpe. Et hoc modo talis infirmitas non
est respectu omnis peccati, nec talis ignorancia. Communiter
largo modo accepta infirmitate pro quacumque
impotencia et ignorancia pro quacumque nesciencia sive cogni-
tionis practice sive speculative in omni
peccato reperitur. Omnis malus ad minus hac
ignorancia practica, quia prosequitur aliquid tamquam
bonum et conveniens quod in rei veritate est
malum et nocivum. Ad obiectum principale dicendum quod
licet sit una maiestas trinitatis, tamen sunt appropriata
personarum que capiuntur ista distinctio. Item quomodo
que et quot sunt species peccati in spiritum sanctum.
Unde sex species assignantur a magistris, scilicet

Quinque species blasphemie

Quot sunt species peccati in spiritum sanctum

desperacio / presumpcio / obstinacio / finalis impenitencia / inuidencia fraterne gracie / impugnacio agnite veritatis / Cuius sufficiencia accipitur sic quia absolute remouentur primo per quod fit remissio peccati / Et contingit tripliciter remoueri primum per quod fit remissio Uno modo ex parte ipsius dei / Alio modo ex parte donorum ipsius / Tercio modo ex parte ipsius peccati / Ex parte ipsius dei primum per quod remittitur peccatum est ipsa dei misericordia / Et hoc tollitur per desperacionem / sicut fecit Cayn / Alio modo timor iudicii dei est primum per quod aliquis resilit a peccato et hoc tollitur per presumpcionem per quam aliquis presumit consequi gloriam sine meritis / continue agit mala /

presumpcio

Ex parte autem donorum dei sunt que maxime faciunt hominem resilire a peccato / primum est veritatis cognicio / et hoc tollitur per hoc quod aliquis veritatem agnitam impugnat / et sic viam salutis a se strenue repellit / Secundum est gracie diuine collacio et hec repellitur ab homine quando est in se per inuidenciam fraterne gracie / Et hic non accipitur inuidencia fraterne gracie prout aliquis inuidet fratri suo vel alicui singulari persone / Sed quando est tanta malicia in eo quod displicet sibi de gracia dei crescente in mundo / Ex parte uero peccati duo sunt que retrahunt hominem a peccato / Unum est turpitudo actus commissi / ex cuius consideracione solet homo penitere / Et hoc tollitur per finalem impenitenciam / Et non accipitur hic finalis impenitencia prout est peccati circumstancia scilicet quando aliquis in peccato mortali moritur / Sed quando aliquis tante malicie est quod eligit de peccato suo numquam penitere / Ita quod nollet quod deus daret ei graciam penitendi / Secundum est vilitas delectacionis que est in peccato / ex cuius consideracione solet homo frequenter peccatum refugere et hoc tollitur per obstinacionem / quando scilicet homo firmat propositum inherendi omni peccato / Et hec species scilicet impugnacio veritatis agnite erat in phariseis / quia miracula diuina Christi pharisei ex certa malicia attribuebant dyabolo / Item dicitur in textu / neque in hoc seculo neque in futuro / Ex hoc videtur sequi quod aliquod peccatum sit remissibile in futuro / Sed contra Damascenus dicit / Quod hominibus est mors hoc angelis est casus / Sed angelis post casum nulla culpa remittitur ergo nec hominibus post mortem / Respondeo Duplex legitur circa hoc opinio / Una dicencium quod in separacione anime a corpore in sanctis remittitur eis culpa venialis / que venit ex contagio et fragilitate carnis / Sola vero pena remittitur post mortem / Alii dicunt conueniencius quod in futuro remittitur pena sine mortalis sine venialis debita / Sed non remittitur culpa nisi venialis / Unde glossa hic super illo verbo neque in futuro / Et reuelata causa culpe in hoc seculo relaxantur / quedam vero peccata in futuro / que quidem post mortem durant sed dimittuntur si homo bonis actibus in vita ut ibi dimittantur promeruit / Secundum primam opinionem remittuntur quo ad penam / sed secundum secundam quo ad venialem culpam / Ad illud quod obicitur Quod hominibus est mors hoc angelis casus / dicendum quod illud intelligitur quo ad remedium non quo ad expiacionem per modum pene satisfactorie / Sequitur Aut facite arborem / Probato quod dyabolus non est auctor miraculi / et etiam quod Christus non est minister dyaboli / Hic tercio probat / quod ipsum miraculum non debet opus dyabolicum iudicari / Ubi utitur primo probacione / 2° argumentacione ibi Progenies viperarum / 3° comminacione ibi Dico autem vobis / Notandum est hic / primo quod licet virtute magica possint aliqua mira fieri / tamen illa pertinent ad curiositatem et vanitatem / sicut Symon magus faciebat statuas ambulare / loqui et ridere et consimilia / ut habetur in Itinerario Clementis / Sed illa que sunt salubria / ut curacio languidorum / illuminacio cecorum et huiusmodi / magicis artibus fieri non possunt / Et ideo talia opera attribui debent virtuti / Talia autem miracula faciebat Christus / Et hoc est quod dicit Aut facite arborem bonam / Et cetera

talis, id est voluntate sua mala, quod egreditur mala
sunt opera, et a bona bonum. Dyabolus habet malam
voluntatem, ergo numquam facit bonum opus. Sed
bonum fuit quod seminavit terras et multos
ergo illud non fuit opus dyaboli. Et hoc est
quod dicitur, comparando arborem voluntati et fruc
tum operi. Aut facite arborem bonam et fructum
eius bonum. Facite id est iudicate vel dicite,
et loquitur vulgariter. Facite id est dicite,
sicut quando dicitur iste facit se bonum, id est dicit vel
indicat se bonum. Aut facite id est dicite
vel iudicate arborem bonam id est si voluntas
est bona, fructum eius bonum id est bonum
opus eliciet, quod non dicatis in diversis locis. Aut
facite id est dicite vel iudicate arborem
mala id est si voluntas est mala fructum
eius malum id est opus eius malum. Siquidem
ex fructu arbor cognoscitur supra 7. A fruc
tibus eorum cognoscetis eos. Sed opus istud
malum non est, ergo non est opus dyaboli.
Christus glosa. Iustitie arbor bona et opera
fructus. Pietatis, elemosinarum, caritatis,
operis. Arbor mala dyabolus et sui, id est scri
be et phisei et pharisei mali. Fructus
invidia, detractio, blasphemia, heresis
et simonia. Progenies viperarum. Hic incipit
redargutione eorum explanando et adap
tando dictam similitudinem phariseis. Unde
primo redarguit eos per modum comparationis,
2° per modum repositionis sive declarationis
comparationis ibi: Bonus homo. In prima parte ponit
comparationem, 2° rationem ad comparationem ibi: Ex habun
dantia enim. Dicit ergo: Progenies viperarum, id est
filii dyaboli, eius veneno corrupti. Vel
progenies viperarum id est venenati filii ve
natorum iudeorum, qui venenum invidie
ex vestris parentibus traxistis, qui persecuti
sunt prophetas, ex invidia, et vos ex eadem
ratione persequimini me, et qui occiderunt patres
vestri, invenient, et illam quam in vobis est.
Item vipera a filiis in ventre perimitur.
Ita ipsi phisei a machinacionibus perpesse
que sunt lacerabant. Item vipera occidit
veneno lingwe. Ita et ipsi Christum. Job 20. Occi
det eum lingwa vipere. Quomodo potestis bona loqui
cum sitis mali, quasi dicat nullo modo. Ex mali ma
la intentione locuti sunt, quod dicitur comparatione. Cum
enim sitis mala arbor, ramus dyaboli, non po
testis fructum bonum facere. Ysaie 32. Stultus fa
tua loquitur. Et est ratio: Ex superhabundantia enim
cordis os loquitur, sicut fumus ab igne sur
git, sicut olla bulliens redundat. Proverbiorum 15. Et
os fatuorum ebullit stultitiam. Bonus homo.
Hic procedit per modum declarationis comparans
eos malos, eo quod mala verba proferant verbis
similitudines. Sic: Bonus homo de bono thezauro, id est
de bona intentione et voluntate, profert bona. Sic
et a simili: Malus de malo thezauro, id est ma
la voluntate et intentione, profert mala, scilicet
verba. Unde Proverbiorum 18: Mors et vita in manibus
lingwe. Et Matthei 15: De corde exeunt cogi
tationes male, homicidia, adulteria, fornicationes.
Dico autem vobis quia de omni verbo ot
ioso. Postquam arguendo et arguendo hic
procedit comminando, et primo pena per verbis otiosis,
2° pro peccatis, ibi: Ex verbis enim tuis. Dicit
ergo: Dico autem vobis quia de omni verbo otioso,
non solum peccatoso vel blasphematorio, quod
locuti fuerint homines reddent rationem, quod locuti
sunt sine ratione, de eo in die iudicii. Verba
Ecclesiastes 12: Cuncta que fiunt adducet deus in iudi
cium. Item dicit quod verbum est angelus intelligere.
Unde plus de eo in ratione quam in prolatione,
plus ad linguam quam ad lingwam. Glosa dicit: Si de
verbo otioso reddet homo rationem in die iudicii,
quanto magis vos qui opera spiritus sancti dicitis
esse in beelzebub. Item dicitur super glosam super
canonicam Iacobi, otiosum verbum, Otiosum est quod caret
ratione iuste necessitatis aut intentione pie uti
litatis. Iob. Otiosum verbum est quod sine utilitate
loquentis dicitur et audientis. Idem super leviticum
quidquid non edificat audientes in periculum

loquatur verbis. Item qui scurriliter replicat in carissimis ora dissolvit, et aliquid preter continudinem dicit non ex causa sermonis sed causa risus movebitur. Ideoque in verborum pondere prelatus consistit humane vite. Ad idem glossa dicit: et sine utilitate loquentis dicentis et audientis, ut de fatuosis et scurrilia non sunt ociosa sed criminosa. Ex verbis enim tuis iustificaberis, id est iudicaberis vel tamquam iustus remunerabereris, si fuerint verba tua intencione prolata. Et ex verbis tuis condempnaberis, si sint mala, vel sub indebita circumstancia prolata. Unde Proverbiorum 18: Mors et vita in manibus lingwe. Item propheta: Pone domine custodiam ori meo et hostium circumstancie labiis meis. Crisostomus dicit hic: Magne tu iudicium, non enim ex quibus alius dicit de te sed ex quibus ipse met locutus es calculaciones iudex feret. Unde 2 Regum 1: dixit David: Os tuum locutum est de te. Sequitur textus. De omni verbo ocioso reddent racionem. Contra ociosum est quod racione caret est. Unde de eo non videtur quod possit reddi racio. Respondeo licet ociosum sit racione carens tamen quod verbum debuit habere racionem, et ideo de ipso exigetur racio scilicet obmissionis racionis. Item de omni verbo, quare non dicit simpliciter de omni opere ocioso. Respondeo quia verbum ex racione oritur, non autem sic omne opus; loqui enim est actus racionalis, non sic omnia alia opera hominis. Item ex verbis tuis iustificaberis vel condempnaberis. Ex hoc videtur sequi quod nullum sit verbum indifferens. Contra: salutare aliquem et vale ex quadam urbanitate videtur indifferens. Respondeo quidam concedunt quod nullum verbum est indifferens quia omne verbum immediate de racione deliberativa procedit, non sic omne opus. Ad illud quod opponitur dicendum quod salutare ex quadam urbanitate licet non sit pro sternitu tamen moris est. Et si dicat aliquis quod aliquod est verbum indifferens, tunc dicendum est quod non loquitur hic de quibuscumque verbis generaliter sed tantum de bonis et malis ut patet in littera. Item ex verbis tuis condempnaberis, igitur ex ociosis cum sint mala. Ad idem: ad iudicium venient qui hec condempnabunt cum sint mala. Solucio non intelligitur de ociosis sed de perniciosis verbis, vel si de ociosis

dispositive non effective intelligitur. Ad idem quod veniet ad iudicium non tamquam condempnanda sed condempnatura dampnatorum. Et generaliter in verbis sive in loquendo attendenda sunt quinque: quid, cui, ubi, quando et qualiter dicatur. Que sunt quinque digiti in manu lingwe. Primo debet attendi quid. Apostolus ad Colossenses 4: Sermo vester sit semper in gracia sale conditus, id est fructuosus, utilis, sine ociositate. Ociosa sunt omnia que aut inutilia aut inhonesta aut nociva sunt. Inutilia sunt que nec loquentibus nec audientibus prosunt. Inhonesta que nec dignitati loquentis nec audientis conveniunt. Nociva quia vel ad errorem vel ad peccatum ducunt. Cui debet attendi. Ecc. 23. Consulte ne multum loquaris. Item qui cum alio loquitur consideret an pro se vel pro illo debeat loqui cum illo. Unde sit talis qui sua correccione indigeat vel cuius correccionem non recipiat. Ubi: quedam sunt loca ubi non ut in sanctuario, quedam ubi raro ut in convivio, quedam ubi moderate ut in capitulo. Quando debeat attendi. Eccl. 3: Tempus tacendi et tempus loquendi. Et aliquando callandum propter auditorum infirmitatem. Jo. 16: Adhuc habeo vobis dicere multa sed non potestis portare modo. Aliquando propter vitandam precipitacionem. Proverbiorum 18: Qui prius respondet quam audiat stultum se esse demonstrat. Et Eccli. 32: Si bis interrogatus fueris habeat caput responsum tuum. Et ibidem: Adolescens loquere in causa tua vix cum necesse fuerit. Aliquando propter persone reverenciam. Eccli. ubi supra: In medio magnatorum non presumas loqui, et ubi sunt senes non multum loquaris. Aliquando propter auditorum indignitatem. Math. 7: Nolite sanctum dare canibus. Qualiter, quedam id est quo gestu, quo sono, qua perfectione. Ut gestus modestus et humilis, sonus mitis et suavis, sermo verax et dulcis. Sequitur: Tunc responderunt ei quidam. Scribe quidam sunt adversarii operibus Christi contradicentes. Hic quidam adversarii Christi temptantes, et probantes hii qui volebant

sunt experimentu sue infirmitatis / 2o carna
le affectionis ibi Adhuc eo loquente / In pa
primo tangit temptationem eorum / 2o dni respon
ibi At ille respondens ait / Dicit ergo Tunc
accedentes apte quidam sunt / Voluerunt temp
tare occulte ut sic possent calumpniari /
cum eum non valent per verba / recurrunt ad sig
nata / Tunc ruderunt quidam de scribis
et phariseis / quia enim pharisei primo ipse consulta
ti sunt / alios et adiungunt quorum societate
suffulti pualere intendunt / pharisei vide
bantur excellere in vita scribe in scriptura di
centes magister / tria tangit / eorum adulationem
magister / eorum presumpcionem Volumus a te / eorum
curiositatem / Signum videre / sic ad eorum
Iudei signa querunt et promittunt nomine
sapientie magistri / subdunt actum clementie vo
lumus / quia dicunt tamen condescendas volunta
tibus meis / addunt effectum potentie a te signum
videre / Unde nonendum secundum quod dicitur luce xi
Aliqui volentes experiri potestatem pe
tebant signum sibi fieri in corporibus celestibus /
quod petebant non ex devotione sed magis ex
curiositate et calumpniatione / Et hoc est quod dicit
magister volumus a te signum videre non contentos
sed de celo / ut dicitur Mt xvi / et luce xi / At ille re
spondens ait / Hic subditur Christi responsio / Ubi
repellit eorum temptationem / primo per obiurgationem
culpe / 2o per comminationem pene / ibi Viri ninivi
te / In prima ostendit primo eorum pravitatem
2o propositum repellit eorum / ibi Et signum non
dabitur ei / Et hoc est quod dicit / At ille respondens
ait illis generatio mala / et operibus / quia malos
fructus faciens / Et adultera / in fide
quia a vero sponso Christo per perfidiam se ali
enabat / Quod egregie aut dixit Et ad
ultera / quia dimiserat virum / Et more ex
chelem multis se amatoribus copula
verat / Signum querit / ad calumpniam quia
me / quia alia que viderat signa non
fuerunt facta / quia quod pharisei imputabant
ei / in principe demoniorum eiciat demo
nes / manifeste videt eis per voces imp

bans dum eos / hic vero eum laudat / aspe vi
det eos / In quo docet amplectenda esse obprobria
et adulationes vitandas / Item non multiplex est
generatio mala primo 3o generatio que proprio malo
dicit / ecce blasphemia / generatio que sibi munda
videtur / ecce simulatio / generatio cuius excelsi sunt oculi
/ ecce superbia / generatio que pro dentibus gladios habet
/ ecce detractio / Iulius Christus primo modo rep
hensibiles erant scribe et pharisei / Et signum non
dabitur ei / hic repellit eorum peticionem / Ubi primo
negat eis signum intentum / 2o exponit quod da
ibi dicit / ibi Sicut enim fuit ionas / Dicit ergo
hec generatio petit signum ad calumpniam quia me
Et ideo signum non dabitur ei scilicet potentie vel
potestatis quale petit / quia tali signo indigna est
nisi signum Jone prophete idest quod significatum fuit in
facto Jone prophete / quod fuit humilitatis et infirmitatis
/ et exponit quod fuit illud signum / Sicut enim
fuit ionas in ventre ceti / Jone 2o preparavit
dominus piscem grandem ut deglutiret Jonam
tribus diebus et tribus noctibus ad literam Jone
ubi est / Sic erit filius hominis scilicet xpus in corde
terre scilicet in sepulchro tribus diebus et tribus noctibus
per synodochen / Non in facto Jone fuit tam
absorptio / detentio / evomitio / Absorptio fuit
signum mortis Christi / detentio sepulture / evo
mitio resurrectionis / Et sic dabitur eis signum idest signifi
catio in facto Jone quo ad prima duo non quo
ad tertium ut scilicet crederent et salvarentur fecit
propter illud / Et signum non dabitur quia non
dedit signum ut ipso signo crederent in ipsum
Et quia non petebant ad credendum sed ad reprehen
dendum ipsum / Et ideo tunc non dedit preces
eis / Item multa signa fecit dominus coram
iudeis sicut fuit illuminatio mortuorum re
suscitatio etc / Signum non dabitur quod de ce
lesti sicut ipsi petunt sed gloriam / Et quia
Jo xii vox de celis audita est sicut tonitruum
et sol obscuratus est luce 2a / Solo signum
gloriam non dabitur eis signum de celo idest divinitatis
sed humanitatis / et ideo dabitur eis signum infirmitatis
et mortis / non autem signum potestatis scilicet virtutis

et ascensionis / quia non viderunt resurgentem et ascen
dentem sicut morientem / Unde glossa Et signum
non dabitur ei nisi signum Jone prophete / Despi
cio / non de sublimi passionis non glorie / Item
ita erit filius hominis in corde terre tribus diebus
et tribus noctibus / Fuit autem dominus una die arti
ficiali et duabus noctibus tantum in sepulchro
scilicet a die veneris de sero usque ad diem sabbati
mane sicut dicit glossa super illud ad Ro. 6.
Scientes quia vetus homo noster crucifixus est / Ver
sus vero Jo. hoc dicit per synodochen ut a
parte totum intelligas / Est enim dies naturalis
et artificialis. Dies naturalis continet diem
et noctem artificialem scilicet xxiiii horas
/ Prima ergo dies naturalis computatur a parte diei
parasceve cum nocte precedenti / Secunda a die
integro sabbati cum nocte precedenti / Tertia a noc
te dominica cum eodem die illucescente Et
sic habes tres dies naturales / que continent duos
dies artificiales et tres noctes / Eodem
modo computat beatus Augustinus li. de trinitate
/ Unde glossa dicit hic more antiquorum quo die
cum nocte precedenti computabat partem diei
qua sepultus est cum precita nocte accipe
hoc est pro toto die per synodochen / sabbati
nocte et die integre accipe absque syno
doche nocte dominica cum eodem die illucescen
te partem pro toto et ita habes tres dies
et tres noctes / Allegorice Jonas interpretatur
dolens vel columba / Jonas id est dolens significat
illum est qui dolores nostros portavit / et
signum est illius super quem spiritus sanctus in co
textus lumbe specie descendit / Viri ninivite Supra
repulit adversarium temptatorem per obiurgationem
tacite / hic repellit per comminationem pene et hoc
duplicis / primo future dampnationis / secundo presentis
confusionis / ibi Viri ninivite surgent / In
prima parte ponit duo exempla gentium / primo
quorum ad penitentiam per quam peccata precita delentur /
secundo quorum ad amorem sapientie per quam futura
cavetur / in regina saba ibi Regina
austri / Dicit ergo Viri ninivite glossa inde qui
prius assirii gens incredula / Surget in

non tam turpe quam
sui studii demonstrare.

comparacionis
iudicio id est in quo omnes venient / cum generatione
ista scilicet iudeorum que similiter tunc resurget
Et condempnabunt eam scilicet comparatione meliorum
factorum non auctoritate iudicandi / Unde Jeroni.
condempnabunt non potestate sed comparatione
quia penitentiam egerunt non videntes signa
sed predicatione Jone per paucos dies facta
scilicet solo tribus / Et ecce plus quam Jona hic
scilicet in medio vestrum / qui tanta signa
facio et ideo maiorem dampnationem
merentur / In hac autem comparatione notan
tur quatuor ex quibus ostenduntur isti dampnabiles
/ Primo ex comparatione personarum ad personam / quia ibi
ninivite gentiles et barbari / hic iudei
populus dei / Secundo ex comparatione predicantis
ad predicantem / quia ibi Jonas purus homo /
hic christus deus et homo / Ibi Jonas peregri
nus et advena / hic christus civis et
incola / Tertio ex comparatione predicationis
ad predicationem / quia ibi Jonas tribus
diebus / hic christus tribus annis / Ibi Jo
nas nullum fecit miraculum / hic christus
multa / Quarto ex comparatione effectus ad effectum
/ quia illi egerunt penitentiam / isti non sed addi
derunt blasphemiam / Regina austri
etc. / Secundo subdit / in quo tangitur secundum [illegible]
in parte / Dicit ergo / Regina austri que etiam
esse non dubitatur / que dicitur regina sa
ba .3. Reg. 10 / quia saba regnum austri est
in respectu ad nos / Et secundum quosdam
ista regina fuit Sibilla / Surget
in iudicio communi cum generatione ista que
debebat esse populus dei / Et condempnabit
eam id est condempnandam ostendet / Quia venit
ecce labor itineris / a finibus terre ecce
distancia regionis / audire sapientiam
ecce fama nominis / Salomonis qui
purus homo erat / Et ecce plus quam
Salomon hic scilicet inter vos / quod debetis
honorare / Et sic magis aggravatur iudeorum
malitia / quia ista mulier / isti viri / illa
a remotis venit / isti presentem habuerunt
/ Illa cum labore / isti sine difficultate

Illa laudavit alienam sapienciam, isti propriam contemp-
serunt presentem. Illa ad ipsum venit
que sola fama cognovit, isti presentem
miraculis contempserunt. Illa ad prophetam,
isti ad deum et hominem. Illa cum muneribus,
isti ad obprobria et vulneribus. Unde glosa
Nimium speciosa inceptatur et significat genti-
litatem quam Christus adamavit fedam ut
pulcram faceret. Item glossa In Ninivitis
et regina austri fides ecclesie significatur
que non iniquitate per primam partem insipiencie
quam per industriam discende sapiencie deo
conciliatur. Due enim partes sunt ecclesie que
peccare nescit et que peccare desistit per
penitenciam; enim peccatum abolet, sapiencia cavet.
Cum autem immundus spiritus exierit ab ho-
mine. Hic comminatus est salvator iudeis
incredulis penam future dampnacionis.
Hic comminatur penam presentis excecacionis
per similitudinem demoniaci. Ubi primo similitudinem
ponit, 2o porcionem exponit, ibi Sic erit
generacioni huic. In prima parte ponit primo
demonis egressum, 2o progressum ibi Ambu-
lant, 3o regressum ibi Tunc dicit revertar,
4o ingressum ibi Et veniens invenit, 5o
effectum eius ibi Et fiunt novissima. Pro
intellectu huius est sciendum quod dyabolus
fuit eiectus quodammodo a populo iudaico
per legis dacionem, que condempnabat cultum
demonum, et inducebat ad colendum unum
verum deum, et sic eiectus transivit ad possi-
dendum plenius gentes sine lege et sine
cultu viventes. Et ideo eos te-
nebat in ydolatria subiectos. Sed ad
adventum Christi per predicacionem et apostolorum iudi-
ci in maiori parte fuerunt increduli, genti-
les autem devote fidem Christi acceperunt,
et sic dyabolus eiectus ab eis per fidem Christi
reversus est ad possidendum populum iudai-
cum errore excecatum, et sic facta sunt novis-
sima huius populi peiora prioribus, quia
status populi iudaici peior est modo quam
fuit a principio ante legem datam. Et hoc est

quod dicitur Cum immundus spiritus, scilicet dyabolus, exierit
ab homine, id est a populo iudaico per circumcisionem
et legem datam, ambulat per loca arida, id est
corda gentilium humore gratie et virore fidei
carencia. Querens requiem, id est in ipsis quietam
mansionem per infidelitatem et dominacionem. Et non invenit
quia apostolis predicantibus inde eiectus fuit, quia
humiliter gentes fidem Christi susceperunt, sed
invenit requiem in superbis et excecatis iudeis.
Job 40. Sub umbra dormit in secreto ca-
lami et locis humentibus. Glosa umbra, tenebro-
sa conscientia, calamus foris nitidus, intus va-
cuus, simulator, locus humidus, lascivia molli-
cies est. Tunc dicit, scilicet spiritus immundus, — tunc dicit spiritus
id est apud se proponit, Revertar in domum meam,
id est in iudaicum populum excecatum per infidelitatem,
Unde exivi, scilicet tempore legis et circumcisionis. Et
veniens. Hic tangit regressum, circa quem insi-
nuat quatuor: 1o disposicionem iudeorum ad recepcionem
ingredientium, 2o crudelitatem demonum ingressorum
per vacuum ibi Tunc vadit, 3o crudelitatem ingressorum
ibi Et intrantes, 4o manendi et nocendi oppor-
tunitatem ibi Habitant ibi. Dicit ergo Et veniens, scilicet ad — et veniens
domum vel castrum populi iudaici, invenit eam
vacantem, id est fide et bonis operibus vacuam,
scopis mundatam quia populus iudaicus habebat
quandam exteriorem mundiciam, et ornatam
per bonam simulacionem vel per legis apparenciam. Tan-
git tamen que dat locum dyabolo, vacuitate, sancti-
tatis presumpcione et virtutum simulacione. Tunc
vadit. Hic notatur crudelitas ingressorum por-
racio. Ubi innuit triplicem condicionem crudelem — tunc vadit
in ingredientibus, scilicet diversitatem quia assumpsit ali-
os, universitatem quia septem alios, et pravitatem
quia nequiores se. Dicit ergo Tunc vadit diabolus pro
fraudo quod intendit quia invenit magis dispos-
tam. Et assumit septem alios spiritus, septem — et assumit
per universitate vicia de quibus temptat, scilicet spiritus
superbie, spiritus avaricie. Hec sunt septem gentes
pugnantes contra filios Israel Josue 9. 10 et
20. Iste septenarius septem donis spiritus
sancti expellitur, scilicet dono sapiencie et intellectus

vel glo(sa) septem vitia / septem virtutibus contrariis
sunt contraria / Et alios septem demones spiritus scilicet sunt
contraria nequiores se / vel per peccatum vel per effectum / quia
faciunt eos ad quos redeunt nequiores quam ante
fuerunt / Mathei dicitur qui temptat de panibus quorum
principium est cupiditas / nequiores qui de pravo
blasphemie cuius principium est infidelitas
De spiritu nequissimo non loquitur adhuc de quo
nichil est summe malum / quia in demone bona
est natura / Et intrantes non oportet intelligi quod per
substantiam intret habitant ibi per effectum sui mali
hoc est in recto demonum ut non ad horam sed
innotescant usque ad mortem / vel usque ad finem
mundi / qui reliqui salvi fient / Et fiunt
etiam instigationis effectus quia fiunt novissima
hominis illius id est populi iudaici peiora prioribus
quia peiores sunt modo quam ante circumcisionem / et legis
promulgationem / unde glo(sa) melius est viam veritatis
non cognoscere quam post agnitam retrorsum converti / 2a
pe(tri) 2o / Unde notandum / quod iudei ante legem data
fuerunt parvis irretiti et a dyabolo possessi / Et
post adventum Christi in peccato suo obstinati
peiores sunt facti / quia ex multitudine corporum
corpus sunt multiplicata / Item notandum quod loquendo
hic est de uno homine per similitudinem intelligitur
est de toto populo iudaico / Et hoc patet per hoc
quod dicitur sic erit generationi huic pessime glo(sa)
[illegible] / quo tendit hec parabola exponit
hec generatio mala fuit mala in deserto que
vitulum adoravit Exo. 32 / Et que contra dominum
murmuravit Exo. 16 / Peior intra promissio-
nis cum adventu Christi / qui filios et filias demo-
niis immolavit Deut. 32 / Sed pessima post
adventum Christi qui dei filium ad ea missum
contempsit / Iuxta 22 novissime misit filium suum
ubi eis fuit illud [illegible] / Theophilus
exponit de homine qui post gratiam baptisma-
lem vel penitentialem recidivat in culpam / sed
trahitur rursus ad vomitum / Cum autem immundus
spiritus exierit ab homine in baptismo vel per penitentiam
ambulat per loca arida id est corda fidelium que
ab omni carnali [illegible] humore siccantur
et nervus requiem in eis et non invenit

in cordibus eorum / Tunc dicit id est apud se proponit
Revertar in domum meam unde exivi per vir-
tutem scilicet / Et veniens invenit eam
vacantem a bonis per negligentiam / scopis
mundatam per baptismum a vitiis / et ornatam
simulatis virtutibus / Tunc vadit et assu-
mit septem alios spiritus id est universa vitia de
quibus septenarius [numerus] est numerus deus spiritus que
ad septenarium reducuntur / nequiores se quia
nequiores faciunt ad quos redeunt / et
fiunt novissima hominis illius peiora prioribus
quia tales recidivantes deteriores fiunt
nam post recidivacionem in infirmitatem
corporalem periculosa est / et fortius consumit
Sic sibi recidivacio in peccatum magis
periculosa et fortius arripit et consumit
Adhuc eo loquente / convictis temptatoribus
qui volebant opprimendo sermone divine
potestatis / hic quidem volentes opprimendo
sermone carnalis in Christo affectionis sibi
ponitur. Primo temptacio / 2o temptationis confutatio
ibi At ipse dixit / Dicitur ergo Adhuc eo
loquente ad turbas scilicet predicando et docendo
licet eum persequi essent iniusti cum Christus
et tantum predicabat per verba eundicendo
Ecce mater eius in quo in temptatione
Cristus videtur quia persuadebat ipsi
populo quod esset filius dei / dicens. Et ecce
plus quam Salomon hic / timens ne derelinquerent
ad interrumpendum sermonem eius misit mater
parentes eius carnales / ut per corporale
procedere dicunt autem eius abstraherent
nam / Ecce mater eius et fratres eius id est
consobrini / more veteris scripture dicit
glo(sa) Item glo(sa) fratres domini sunt
consobrini eius / filii Marie matris eius / que
dicitur mater Jacobi minoris et Joseph / Jude et
Symonis / foris stabant quia non pote-
rant pre turba venire ad eum / ut dicitur Luce
8 / et Marci 3o / querentes loqui ei scilicet
post predicationem / Dixit autem ei quidam
hic subditur temptationis modus eo dicitur
dixit autem ei quidam Cristus vero aliquos

et fiunt

peiora

sic erit

Cum autem immundus spiritus

sed quasi adulterinus qui alieno ore verba dyaboli loquitur. Ecce mater tua. Sic licet in predicando dicit, ut compleret sermonis affectionem, predicationem inceptam dimitteret, et eo intus impleret carnalia, quia ipsum movere poterant ad cessandum. Ecce quod in proprio sunt sub divino. Mater tua que proprie dicitur honoranda et fratres quos et natura et lex iubet diligi. Foris stant. Expectantes te in loco communi et sub divino ubi verbum est stare querentes te. Super Ieremias dicitur iste Christo, secundum gloriam suam in celo, qui radices habes in terra, non potest esse filius dei quem homines genuerunt. Non hic de ista sanguine, sed tamen contra nos filium querebat ... quia eius absentia non sustinebat. Luce 2. Ego et pater tuus dolentes querebamus te. Querebat admittere quia eius presentia ... non poterat. Ut hic querebat cum ... quia ea eius presentia amittebat. Io. 19. Stabat iuxta crucem mater Ihesu. Sed nec cum primo in medio doctorum interrogantem sive in medio ... predicantem. Ultimo in medio latronum patientem. At ipse respondens. Hic subditur tercia consideratio in duobus, in questione et visione. In qua ostendit quod non habet affectum carnalem. In visione quod habet spiritualem ibi. Et extendens et hoc est quod dicit. At ipse respondens, quia videt intus ... et acuta intentione illius insidiatoris. Dicit. Que est mater mea et qui sunt fratres mei. Audiens quod spiritualis occupatio est carnali affectioni preponenda. Quasi dicat: predicatio non est propter hec interrumpenda seu dimittenda. Similiter fratres non cognovit sed opus spirituale preter cognationem dicens meliorem copulam mentium quam corporum. Io. Non ... Marcione et Manicheum negavit ... ut matrem de fantasia ... putaret. Sed apostolos cognacioni ... ut et nos in ... dilacionis carni spiritum preferamus. Item in glossa. Non recusat obsequium matris sed preter mistica patris. Fratres non cognovit sed opus spirituale preter cognationem, ut nos carni spiritum preferamus. Unde qui amat patrem aut matrem plus quam me, non est me dignus. Et extendens manum in discipulos suos quod ad presentem veritatem dicit: Ecce mater mea et fratres mei. Quasi dicat: mater est mihi aliquis proximus quia mihi est spiritualibus actibus iunctus. Vel Ecce mater mea quia me concepit spiritualiter in sua mente, quia me parit in proximo credere sermone verbi dei. Et fratres mei quia opera patris mei faciunt, quoniam in celo coheredes erunt. Unde glossa: Hii sunt mater mea qui me in cordibus credentium generant. Hii sunt fratres qui faciunt opera patris mei. Nec solo isti spiritualiter sed et omnes fideles et iusti generaliter. Quicumque enim fecerit voluntatem patris mei qui in celis est, ipse meus frater, soror in credendo. Io. primo: Dedit eis potestatem filios dei fieri etc. Et mater parturiendo quia deum quasi gignit in cordibus audiencium. Sequitur: Hic adhuc eo loquente ad turbas ... ubi hic locutus est phariseis confutans eos, sed ... loquebatur phariseis ad confutacionem et turbis ad erudicionem, ne crederent phariseis mendacibus. Hic queritur quare sit mentio potius de turbis ... quia supra compositum erat de phariseis ad invicem quod necessario loquebatur. Vel quia prius intendebat turbe erudicioni quam phariseorum confutacioni. Sed ... videtur quod publice arguebat phariseos coram turbis. Ergo a simili sacerdotes et prelati in publico coram populo sunt arguendi. Sed publice arguuntur pharisei quia publice intendebant avertere populum a via fidei. Et concedo ubi est similis causa in prelatis similiter sunt arguendi. Secus autem est de aliis prelatis ex quibus non imminet tale periculum populo. Item mater mea et fratres. Quia non facit mentionem de patre, ... Ratio: mater generat in recipiendo ab alio, pater dando alii. Et hoc a deo accepit ut aliud spiritualiter generet. Et deus est pater ... quod mater. Item quia maiores labores et dolores compatitur

mee quod ptes in predicacione precedit et in gub.
spuali est habere ¶ Item que addit hic sorores
et non sup. Ratio ne alius sponsus contemptui vi-
deatur ¶ Item quod hic postponit matrem cum
preemineat dignitate. Ratio duplex est
officium matris scilicet parere et alere / magistri parere
sic producit pueros et sic ordinat super magistrum
alens sic scilicet compdomino puero et sic ordinatur hic

In illo die exiens Iesus de domo etc. Cap. XIII
Supra dictum est de praedicatione legis mani-
festa / hic agitur de occulta sive parabolica
/ Et primo de divulgacione / 2º de divulgacionis
confirmacione infra eodem capitulo Et factum est
cum consummasset Iesus / In prima ponit primo divulga-
cionis exordium / 2º narracionem ibi Ecce exiit
/ 3º conclusionem ibi Intellexistis hec omnia / In prima ad
divulgacionem audiendam ponitur primo modus
congregacionis / 2º modus praedicacionis ibi Ita
ut naviculam ascendens / 3º modus divul-
gacionis ibi Et locutus est eis / Dicit ergo
In illo die dicit Augustinus quod ibi accipitur dies
pro tempore primo modo loquendi scripture / Et est sensus
In illo die id est pauco in tempore inter illa que
narrantur in fine precedentis capituli et illa
que sequuntur in primo capitulo / exiens Iesus de
domo / in qua predicaverat / quia domus non
poterat multitudinem capere / convenerat ad
audiendum eius doctrinam / exiit ad locum
spaciosum iuxta mare / unde dicit Sedebat
secus mare / Notandum hic tria / tempus quia
in illa die / ordo quia exiens / locus quia
iuxta mare / Et congregate sunt ad eum
tanquam ad doctorem / turbe et devoti non
scribe et pharisei / quia cum simplicibus sermocinacio eius
prima 12 / Et ista sequitur secundum glossam In illo die scilicet tempore
gratie / de quo ad Ro. 13 nox precessit dies autem
appropinquabit Exiens de domo scilicet a iudeis que
domus dei fuit Ier. 12 Reliqui domum meam
Sedebat secus mare scilicet gentium / quia gentes tu-
midis amarisque fluctibus silebant / Et congregate
sunt ad eum turbe multe scilicet gentilium per predica-
cionem apostolorum / Ps. Populus quem non cognovi servi-
vit michi / Ita ut naviculam ascendens

/ hic subditur modus praedicacionis duplex
/ primo ex parte doctoris ad predicandum / 2º ex
parte plebis ad audiendum ibi Et omnis
turba / Dicit ergo / Et simul erat multe / Ita
ut naviculam ne impediretur ascendens
ut audiretur sederet ut eius auctus
attenderetur / quia sedere ad iudicem vel magistrum
pertinet / Et omnis turba in quo humi-
litas ad audiendum / stabat in quo audi-
tas audiendi / In littore in quo preministras
ad magistrum / glossa non solum facta et dicta domini
sed itinera et loca plena sunt sacramentis
/ Et locutus est hic subditur modus divul-
gacionis dicens / Et locutus est eis ad multitudinem
ceteros multa in parabolis dicens non omnia / quia si omnia
loqueretur in parabolis multitudo remanserat
sine vacua et sine utilitate / Unde glossa
multa non omnia / quedam aperte / ut per ea ad
intelligendum obscura provocetur / Nota
salvator multas parabolas proponit / quia
non omnes erant unius voluntatis / sed ut
unusquisque inveniret quod sibi placeret
/ Ita quedam quod placet uni non placet alii
/ Unde glossa locutus est eis multa / quia illa
non unius [illegible] est prece / sed diversorum voluntatis
/ loquitur eis in multis parabolis ut unius
varias parabolas varias disciplinas
reciperent ¶ Item nota secundum Ambrosium
parabola est rerum dissimilium genere comparacio
secundum quosdam parabola est rerum in natura discordantium
sub aliqua similitudine facta comparacio / Nota
hic / proponitur secundum doctoribus ad docendum
/ et hic in quo primum est separacio a carnali
conversacione / unde dicit Exiens de domo / Gen.
12 Egredere de terra tua et de cognacione
tua / 2um est sacre scripture meditacio
ibi Sedebat / Tren. 3º / Sedebit soli-
tarius et tacebit / quia levavit se super
se meditacione / 3um est sublimitas
exempli / ibi ascendens naviculam
/ hoc figuratum erat quod Ier. 10 [illegible]
[illegible]

fuit tumultus populo ab hominibus et sui(?) scriptum
ergo est auctoritas magistri ibi Videns
v. Videns ihesus turbas et in fine cum sedisset
accesserunt ad eum discipuli Et ecce exiit
Hic subditur narratio parabolica multiplex
prima in genere seminis scilicet diversam seca
tionis 2a in genere seminis secundum diversam
superseminationis ibi simile est regnum
celorum homini qui seminavit bonum semen
3a in specie seminis quod est granum synapis ibi
simile est regnum celorum grano synapis 4a
in fermentacione panis ibi simile est regnum
celorum fermento 5a in thezauro abscondito
ibi simile est regnum celorum thezauro
abscondito 6a in margarita ibi Iterum
simile est regnum celorum homini negociatori
7a in sagena ibi simile est regnum celorum
sagene prima parabola respicit concordiam
earum quibus scriptores respiciunt scriptis alia consideracio
Prima parabola est de semine proiecto in terram
cuius quarta pars tantum fecit fructum Et in
hoc denotatur predicacio christi qui predicavit
iudeis indifferenter bonis et malis et
pauci quantum ad eius predicacionem cre
diderunt et pro maiori parte in infidelitate
permanserunt In hac parabola notantur
tria primo parabole edicio 2o ratio qui habet au
res audiendi 3o exposicio ibi Vos ergo
audite prima continet primo seminis iactum
2o casum ibi Et dum seminat In prima implicatur
tria que debent esse in predicatore scilicet zelus
quia exiit officium quia seminat iactus seminis
fructus seminis suum in quo est species fruc
tus Ergo exiit scilicet christus qui de invi
sibilitate patris mundo visibilis apparuit
Ecce qui seminat. Exivit a patre et venit in mundum
Vel exiit scilicet secundum humanitatem de loco
in quo manebat ad docendum vel de loco
arto ut de domo ad locum spaciosum
ut visum est secundum divinitatem non potest exi
re nec de loco vel ad locum progredi quia
ubique est qui seminat i. qui habet

officium sciam et graciam seminandi Seminare
semen suum i. doctrinam verbi quod est suum et quod
ab eo alii acceperunt Et dicit semen suum non semen
quia bonum est illud semen et bone forme
que est veritas et bone finis quod est utili
tas Seminavit enim per angelos revela
ciones per moysen precepta et prohibiciones per
prophetas promissiones et comminaciones sed nunc
per se ipsum exiit seminare ad hebreos primo Novissime
diebus istis locutus est nobis in filio
Et dum seminat post seminis iactum hic ostendit
casum in deserto 2o casum in prato ibi Alia vero
ceciderunt in terram bonam Desertum non tangit
triplex locum primo demum errorem quoad racionabile
quia secus viam 2o pravitate mentis quoad
irascibile ibi Alia autem ceciderunt in petrosa
3o anxietate desiderii quoad concupiscibile
ibi Alia autem ceciderunt in spinas Hunc
autem triplicem defectum adiungit triplex temp
tacio prima diabolice persuasionis quia venerunt vo
lucres celi 2a impacientia persecucionis ibi
Sole autem orto 3a sollicitudine prosperitatis
ibi Et creverunt spine secundum gloriam et divi
sionem prohibens expositor sic Et dum seminat i. doct
rina indiriguit sequitur Comparatur autem divina
doctrina semini quia sicut semen proiectum in terra
bona resurgit multiplicatum sic verbum
dei in corde devoto receptum facit mul
titudinem bonorum operum quedam ceciderunt
secus viam i. in cor demum per errorem
et actum per malas affeccionesque fecit
eos in invio et non in via Et volucres
celi venerunt i. demones qui celestes sive
spirituales non sunt et per aera discurrunt Et co
mederunt illud i. fructum eius impedie
runt vel sua suggestione rapuerunt
et destruxerunt Unde glossa secus viam via
est mens malarum cogitacionum sedulo
meatu trita et arefacta ubi dupliciter perit
semen quia et transitu cogitacionum conculcatur
ut lucas ait et a volucribus rapitur Vo
lucres volucres dicuntur seu quia celestes spirituales

[illegible]

Secus via

2a q nunc sunt quia pacem voluerunt / Alia autem
ceciderunt in petrosa / glosa petrosa sunt duricia
proterue mentis / Ubi non habebant terram multam
i. lenitatem mentis obedientis. Et continuo exorta
sunt quia ad horam verbum audiunt ubi compunguntur
sed non multum durat ista compunctio quia non habebat
altitudinem terre i. stabilitatem pacientie in temptacionibus
probate / Sole autem orto i. fervore persecucionis
estuaverunt per tempestatem sicut Jone. Et percussit
sol super caput Jone et estuabat / et quia non
habebat radicem timoris humilitatis et profunditatem
dampnis / Eccli. 4°. Radix sapientie timere dominum. Item
caritatis humilitatis Ephe. 3°. In caritate
radicati et fundati / aruerunt / glosa sine ore
fidei perdiderunt / Ysa 17. Aruit herba et de-
fecit germen / viror omnis interiit / glosa dicit
hic / petrosa tenuis cutis humore sed non fi-
gitur radix / quia non est alta terra i. quia parum
mentis desiderii fidelis desiderii salutaris et multum
duritie / Et sublevit glosa In hac expositione
dominus discernimus quia res non sunt in eadem significatione
ponuntur / nam petra hic pro duricia / terra pro
lenitate mentis / sol pro fervore persecucionis /
cum sol alibi in bono accipiatur / fulgebunt
iusti sicut sol / et petra in fundamento pro for-
titudine fidei / et terra pro terrenis cogitacioni-
bus / Item secundum glosam aliter petrosa vera hii
sunt qui nunc predicacione compunguntur nunc vero agere
incipiunt / petrosa sunt qui dulcedine tamen
auditi verbi et promissionis ad horam delectantur /
sed radicem non figunt / Alia autem ceciderunt
in spinas i. in corda diviciarum a vicione
sollicita / Et creverunt spine i. divicie / Et
suffocaverunt ea i. occupaverunt mentem /
ut fructus spiritualis in ea proficere non possit /
nam divicie spine compungunt / quia cum amore
acquiruntur / cum timore possidentur / et cum dolore
et punctione amittuntur / Ideo videns predicator
peccator verbi dei non debet cessare a predicacione /
licet videat quod inde pauci proficiant / quia tres
partes seminis perierunt dum sic infructuose

cadit autem pars una de fructu faceret / et
tunc intelligitur ad literam de predicatore
Christi / qui est exemplum omnium predicatorum /
et ideo licet auditores non proficiant
predicator tamen faciens quod in se est non
perdit mercedem suam / quia unusquisque secundum
suum laborem mercedem recipiet non
secundum fructum / Alia ceciderunt / Hic agitur
de casu seminis ad profectum / Ubi implicatur
secundum glosam auditio seminantis / quia alia ceciderunt
in diversis recipientibus / quia in terram bonam / Uber-
tas seminis quia dederunt fructum / Diversa
fructificacionis / quia aliud centesimum etc.
2°. Alia vero ceciderunt in terram bonam
i. in cor fidele et devotum / Hec terra cum magis
pro despectu pinguis est per effectum et fecun-
da per fructum / Unde in psalmo / Dominus dabit
benignitatem / et terra nostra dabit fructum
suum / Sic sequitur / Et dederunt fructum
s. bonorum operum / Aliud centesimum / vir-
ginibus et perfectis / Centesimus enim numerus con-
stat ex denario ducto per denarium /
Unde decies decem / sic actum / et per-
fectus est duplex perfectio / in quo signatur decalo-
gus ductus per evangelicam perfectionem
Aliud sexagesimum in viduis continentibus
Sexagenarius enim constat ex denario
ducto per senarium / in quo signatur decalogus
cum senario per opera misericordie / que in viduis
maxime vigere debent / Unde apostolus i.
ad Thi. 5 / Vidua eligatur non minus sexa-
ginta annorum / in operibus bonis maxime misericordie
testimonium habens / Aliud tricesimum in con-
iugatis / qui fidem Trinitatis cum observancia
decalogi / Unde nondum / In hoc quod salva-
tor dicit dederunt fructum aliud centesimum etc.
tangunt tres gradus / qui possunt sufficere
in quibus vivere / Ubi gratia / In vivere casto
primus gradus est castitatis coniugalis /
et que gradus in viduitatis illicito con-
cubitus / licito tamen concubitu sublato in
virginali actu / 2us gradus est castitas

virginalis / per quam castitas et actus omnis
concubitus / ut cum quis possit libere deo ser-
vire / hoc est posset licite uxorem ducere / Tertius
gradus est castitas virginalis que est
superior istis / per quam omnis concubitus simpliciter
vitatur / ut mente et corpore christo sponsa soli
deo pro amore copuletur / secundum apostolum prima ad
corinthios vii. virgo cogitat que domini sunt ut
sit sancta corpore et spiritu / que autem nupta
est cogitat que sunt mundi quomodo placeat
viro suo etc. In virtute fortitudinis possunt
tres gradus assignari / Primus qui pro bono
virtutis sustinet constanter detrimentum
in bonis exterioribus / ut in possessionibus
et divitiis et similibus / Secundus gradus qui propter
bonum virtutis cum hoc quod sustinet detrimentum
in exterioribus bonis / etiam exponit se periculis
quo ad corpus / patiendo persecutiones
corporis et detractiones / Tertius autem gradus est
qui pro virtute contempnit et totam vitam
per martirium et sic potest exemplificari
de aliis virtutibus / Sequitur Qui habet
aures audiendi / Hic / excitat attencionem
auditorum / dicit ergo Qui habet aures / secundum
bedam quod utrumque ponitur hoc verbum designatur
misticus intellectus / quia sub verbis pa-
rabolarum alius sensus requirendus est pro intel-
lectu / Item rabanus utrumque hec admonicio
ponitur misticam rem et attente credendum
audit / secundum illud apocalipsis 2°. Qui habet au-
res audiendi audiat quid spiritus dicat
ecclesiis / Innuit ergo triplicem auditum
Primus est exterior in corpore / de quo dicit
Qui habet aures / Secundus interior in mente /
de quo subdit audiendi / Tertius utrorumque
requires / de quo addit audiat / Primus
auditus est sentiendi / secundus intellectus /
tertius affectus / de hiis psalmus Audi filia et
vide et inclina aurem tuam etc.
Et accedentes discipuli dixerunt ei etc.
Hic consequenter ponitur huius parabole intel-
lectus / et primo queritur / secundo intellectus aperi-
tur ibi Vos ergo audite / primo ergo dicit sic Accedentes

discipuli dixerunt ei quare in parabolis [aperte et obscure] id est per enig-
mata loqueris eis ita scilicet ipsi non capiant / in quo
ostenditur magna caritas discipulorum / dolebat
enim quod populus non intelligebat / et talium
verborum edificatione fraudabatur / Advertendum tamen
quod non quesierunt tunc quando fuit in actu pre-
dicandi / sed quando fuit in domo sine turba / ut habetur
Marci 4 / Item non hic tangitur duplex questio una
implicita scilicet quare nobis manifeste et expresse /
et quare turbis in parabolis loqueris / Qui respondens
hic subditur domini responsio / Ubi videtur dominus primo
cognoscere implicite / secundo cognoscere expresse / ibi Ideo
in parabolis / Ad primam assignatur duplex racio
prima ex parte manifestantis / secunda ex parte recipientis
ibi Qui enim habet dabitur ei / Dicit ergo Qui respondens
scilicet cognoscens implicite ait illis / Sed quare primo
videtur cognoscere tacite quam expresse / Respondeo quia apostoli
in ordine interrogacionis caritatem suam osten-
derunt / dominus autem in ordine responsionis ostendit
excellentiam apostolorum / Ideo primo videbat quod
que pertinebant ad eos / Unde dicit Quia vobis
Iudeis et scribis vobis / datum est nosse misterium
regni celorum id est abdita scripturarum / secundum illud
apte / et ideo non loquor vobis parabolice
luce ultimo / aperuit illis sensum ut intelligerent
scripturas / Vel misterium regni celorum id est secreta
ecclesie militantis / ymo etiam triumphantis / Io.
xv. Iam non dicam vos servos sed amicos quia
omnia quecumque audivi a patre meo nota feci
vobis scilicet amicis fidelibus et humilibus / Nam apostoli
erant fundatores ecclesie post christum / unde
apocalipsis 21 dicitur quod murus civitatis habebat fun-
damenta 12 / et in ipsis 12 nomina apostolorum et
agni scripta / Et ideo ad ipsos pertinebat scire
secreta ecclesie de quibus erat processurus ecclesie
a christo usque ad finem mundi / Et istud notatur
hic cum dicitur misterium regni celorum id est secretum
ecclesie militantis / Illis autem non est datum — Illis autem non est datum
id est vulgaribus et turbis / vel phariseis et mar-
dulis non est concessum illa intelligere / propter
hoc loquebatur eis parabolice Illis autem non est
datum id est turbis vulgaribus et phariseis / hoc
figuratum fuit numeri 8 ubi precipitur quod ca-

chite portent omnia thabernaculi involuta que
tantum aaron et filii eius inde tangebant Cui
enim habet dabitur ei / Matth. 13 / scilicet ex parte recipi
entis quia danda est clara intelligentia illis qui
sunt ydonei et hoc est quod dicit illis datum est
et ceteris non et multo Cui enim habet scilicet amorem
verbi dei dabitur ei intelligentia verbi amati
Eccli. 6. Investiga illam et manifestabitur tibi
Et habundabit scilicet in intelligendo Item qui habet
opus (fidei) dabitur ei intellectus et habundabit
prosperitas ps. Intellectus bonus omnibus facien
tibus eum Item cui habet gratiam dabitur
ei perseverancia et habundabit gloria quia
gratiam et gloriam dabit dominus Qui autem non
habet amorem verbi dei id quod videtur habere naturali
ingenio vel labore proprio studio auferetur ab eo
quia illa verbi sapere dulcedine non gaudebit
Luc. vero dicit quod videtur habere neque enim habet ipsum
habet set scilicet tollatur ab eo quod non habuit aut si
non habuit quod aufertur videtur qui habet
aliquem intellectum naturalem et non facit de illo
misteria pertinentem ad gloriam dei Set cogi
tatio rerum terrenarum occupat ipsum et habere dicitur
et non habuit quia quantum ad deum nil habet qui deo
nichil facit sicut homo malus dicitur patribus vi
vens set deo mortuus Sic qui habet intellectum
nec operatur bonum non intelligere dicatur
sapientie assumere Id est Ita ponit verbum bonum
Item aut non habet et quod habet auferetur ab eo
et tunc iste modus loquendi exponendus est sic Et qui
non habet opus id quod habet id est quod videtur habere
scilicet intelligentiam auferetur ab eo quia fides sine
operibus mortua est Aliter ponitur secundum glo.
Habent amaram virtutes habet apes et illas quia
mittes sunt ei Sic qui non habet dominum
super proprium habet illam quia illa est plus utilis
sine ea ... Jo. vias nescit quia pa
trus ignorat vide glo. qui enim habet dabitur
ei hoc est apostolis habentibus fidem et habundabit
scilicet quod minus habuit supplebitur eis Iudeis qui
non credunt in filium dei etc si quid boni
per naturam habent tollitur ab eis ut nichil sapiant

sunt intelligere qui capiunt non habent sed
loquitur Ideo in parabolis loquor Hic
videt ad quorum expositionem scilicet quare in parabolis
loquebatur turbis Et primo tangitur causa
occultacionis parabole scilicet turbis Secundo
ponitur expositio cum manifestacione sed disci
pulis ibi Vestri autem oculi beati Prima causa
est incredulitas infidelium 2a causa
fides discipulorum Dicit ergo Ideo in parabolis
loquor eis id est velate et mistice quia
videntes opera (mea) Christi (exterius) et miracula non vident
id est non intelligunt ea divinitus facta quia
virtuti demonum attribuebant contra ut vi
sum est supra Vel quia videntes id est videre se
presumentes ingenio suo non vident
quia carent spirituali intellectu Et audi
entes (mea) Christi scilicet doctrinam sanam et bonam
et doctrine moysi et prophetarum consonam et
ipsius presumam sicut supra visum est
non audiunt assenciendo neque intelligunt
intellectum spiritualem predicacionis Christi
Vel non intelligunt exposicionem legis in
libris moysi et prophetis vide post Nescierunt
neque intellexerunt in tenebris ambu
lant Et adimpletur Hic confirmat quod
dixit per testimonium ysaie ubi tangit (prophecia)
tria scilicet eorum incredulitatem 2o incredulita
tem ibi Incrassatum est 3o effectum
excecationis ibi ne quando videant Dicit ergo
Et adimpleatur in eis scilicet iudeis incre
dulis prophecia ysaie dicentis Nomini hi
vel tenentur convenientur non tamen scilicet
ad statum iudeorum consequenter impletur prophecia
ysaie ysa. 6. secundum ... Ita vae audi
te audientes et nolite intelligere et
videte visionem et nolite cognoscere Et ...
habent auditu scilicet corporis audietis verba
Christi et non intelligetis spiritualiter
Et videntes oculo corporis videbitis mi
racula opera salvatoris Et non vide
bitis mistica oculo mentis Incrassatum
enim est cor ... cum incredulitatis

dicit Incrassatum est enim cor populi huius. i. induratum
ex habundancia malicie / et est locucio me
taphorica / Sicut enim crassitudo circa
cor suffocat et extinguit vitam corporalem /
sic habundans malicia iudeorum extinxit
in eis vitam spiritualem / Unde sequitur / Et
auribus graviter audierunt quia audita
a christo molesta eis fuerunt / et invite
verba dei susceperunt / Capitulo 2° gravis est
nobis ad videndum / Et oculos suos clau
serunt scilicet interiores ipsius mentis facta
christi evidentia pervertendo / Et eius miracula
virtuti demonum attribuendo / et ex hoc
sequitur est eorum excecatio et induracio /
quia suis culpis exigentibus sunt derelicti a
deo / Unde sequitur / Ne quando videant oculis / quia
oculos suos clauserunt / Et auribus audi
ant quia aures aggravaverunt / Et corde
intelligant quia cor incrassatum fuerunt
Et convertantur ad penitentiam / Et sanem eos
i. reddam innocentes / Vel sic ne quando
ergo videant oculis fidei opera / audiant
auribus obediencie verba / et corde intelli
gant misteria / Et convertantur a culpa /
Et sanem eos infusa gratia / et iste est
ultimus effectus inflammabilitatis huius populi
/ et sic patet infidelitas / ideo infelicitas /
quia credere noluerunt / Glossa dicit hic super
isto verbo oculos suos clauserunt i. ipsi
sibi causa fuerunt ut deus eis oculos clau
deret / Alius textus dicit excecaverunt
oculos eorum / Item super illo verbo ne quando
videant ideo quia oculos et aures aperire
noluerunt non meruerunt alii gratia
Glossa interlinearis hic / super illud locutus est eis
in parabolis / videtur quod male / quia tunc cer
te discipulis non capiebat sermonem parabolarum
Respondeo ad hoc / assignantur septem raciones
quare / prima ut finem modum palestine
[illegible] / secunda ut magis memorie
imprimat / 3a ut vitas indignus celetur

4a ut studiosi exercitentur / 5a ut desidiosi ex
citentur / 6a ut per eorum ignorantia tract ad incog
ta / 7a ut per similitudines expositiones doceat
scripturarum / Et sic adimpletur illud psalmi / aperiam
in parabolis os meum loquar propositiones ab in
icio / propositiones locutus est dominus quando precepta et
prohibitiones dedit / Item quare tercio / quia si
parabola ocius penetrat / ad quod nota / prima
hec parabola facit auditorem attentum / erigit
ergo mentem eius per parabolam verbi / Unde permit
tit hac quasi prohemium / Item ut ondat gratia
tam phariseorum ad turbas quia illis verbum
despiciebat / in illis proficiebat / et adhuc
hodie videmus despicere per deum errorisque
ad hereticos per perfidiam mentis quo ad iudeos /
per anxietatem desiderii quo ad malos
christianos / primum semen cecidit vias / 2m super petra
tamen inter spinas / 3m tamen in parte videmus
proficere et afferre fructum / 30um quo ad bonos
laicos / 60um quo ad bonos clericos / 100um quo ad
bonos religiosos / Item aliud cecidit secus
viam aliud inter petrosa / Contra impossibile est
agricola qui proicit semine suo secus viam vel
super petram / vel inter spinas / ergo iste sator
non fuit christus / Respondeo quod christus non dicitur proicere
semen quod cecidit vel dicendum quod non est simile
quia petra materialis vel spina non potest fieri non
petra vel non spina / saltem in tempore [illegible] / sed spiritualis
petra potest fieri non petra vel [illegible] / Et 3° po
tens est deus de lapidibus istis suscitare filios
abrahe i. de peccatoribus facere iustos / ideo proici
endum est in eis semen ut [illegible] / Vel quia
sunt inexcusabiles / Vestri autem beati oculi / hic
subditur causa manifeste predicacionis christi
quam ad discipulos / dicit ergo Vestri autem / non scribarum
et phariseorum oculi meliores beati qui vident
per fidem / Augustinus beatitudo est visio ineffabilis
pulchritudinis / Apostoli autem videbant visu meliori
et [illegible] filii dei per filium hominis / et ideo
quodammodo beati / beatitudine vie / que fundatur
in hiis tribus virtutibus / fide spe et caritate / quibus
succedunt in beatitudine patrie / clara dei visio
firma tencio / et caritatis perfectio / Et aures

re que audiunt per obedientiam Luc. 10 Beati oculi
qui vident que vos videtis Dico vobis
hic quantum dat corporis fidem in comparatione ad fide
les preteritos quos commendat ex intellectu quia dicit quod
multi prophete ex affectu quia et iusti cupierunt videre que
vos videtis in presenti scilicet filium dei incarnatum
Et non viderunt quia vobis hoc reservatum fuit
Et audire que vos auditis scilicet xpm predicantem
Et non audierunt Luc. 2 Heu me quis vi-
turus est quando faciet ista deus Sancti patres
maximo desiderio fuerunt ut xpm possent
corporaliter videre Unde ysa. in ps. Domine inclina
celos tuos et descende Et ysa. 64 Utinam
disrumperes celos et descenderes Et cant. 8 Quis
michi det te fratrem meum sugentem ubera matris
mee ut inveniam te foris et deosculer te glo.
dicit hic Oculus est oculus quo naturalis vigore ad
intellectus aliquid dirigitur auris que alio do
cente distillat Item glo. Beati oculi quia
que priores videre et audire meruerunt quod nullus
vero quamvis magni meriti meruit quamvis
multum desideraverunt Item glo. Lucas dicit Reges
et prophete iustos reges dicit quia motus suos vi-
cerunt Sequitur hic Beati oculi vestri qui vident
quod Jo. 20 dicitur Beati qui non viderunt et crediderunt
Sed utrique beati per fidem et in spe sed illi qui non viderunt magis
difficile assensu in quo maior firmitas
illi per presentem aspectum in quo maior delec-
tabilitas Item Et non viderunt quod Job dicit Au-
ditu auris audivi te et nunc oculus meus
videt te Ad idem Jo. 8 Abraham exultavit
ut videret diem meum vidit et gavisus est Secundo
isti viderunt in enigmate non in specie ipsa
isti in subiecta creatura non divina unita
Item viderunt in spe aperti in re illi promissione
isti exhibitione Sciendum quod ad bene videndum
tria sunt necessaria Instrumentum sanum medium aptum
obiectum solidum Sic in spirituali visione Instrumentum
sanum est cor mundum Mt. 5 Beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt Cor mundum reddit
animos expulsio impedimenti sive macule cor
sic purgatum est conualis aberroe dicat

corruptis ab amore carnali per castitatem
a timore mundi Primum facit fides secundum cari
tas 3m spes Medium autem aptum ad videndum
est duplex Speculum scripture Scru
tamini scripturas Jo. 5 Speculum creature
ad Ro. 1 Invisibilia dei etc. Obiectum solidum
est xpus in quo habitat plenitudo
divinitatis corporaliter In hoc autem obiecto videre
specialiter aspicienda Exempla operum mira
cula virtutum documenta verborum Primum videre
debemus ut imitemur Jo. 13 Exemplum
enim dedi vobis Secundum ut confirmemur Jo. 7
Opera que ego facio testimonium perhibent
de me 3m ut informemur Jo. 6 Domine
ad quem ibimus verba etc. vite eterne habes

Vos ergo audite parabolam seminantis etc.
Superius posuit seminantis parabolam
hic subdit parabole expositionem ubi primo
~~ponit~~ excitat ad audientiam 2o ponit expositionem
ibi Omnis qui audit Dicit ergo in presens
exposuisse Sic Quia vobis datum est vobis
non aliis nosse misterium regni Vos ergo
audite parabolam seminantis id est expositi
onem parabole seminantis Hanc autem
parabolam ideo dominus discipulis exponit
ut se mistice loqui ostenderet et admini
culum spiritualis eorum intellectum elevaret Omnis
qui audit verbum Hic exponit parabolam
de semine Et primo de eo quod cecidit in de
serto 2o de eo quod cecidit in petram ibi
Quod autem cecidit in terram bonam In prima exponit
parabolam seminis quod defecit per demi-
cionem 2o per prematuritatem ibi Quod
autem super petram 3o per sollicitudinem
perpetratam ibi Quod autem seminatum est
in spinis Dicit ergo Omnis qui audit verbum
regni id est evangelii Qui promittit regnum
celorum ad differentiam legis que promitte
bat terrena Et non intelligit scilicet
id est ad actum non producit secundum illud ps.
noluit intelligere ut bene ageret Venit
malus id est dyabolus non quia sit malus per
essentiam ut dixerunt manichei qui posuerunt

duo priora verbum bonum simpliciter / sed altum ma
lus / scilicet dyabolus malus quia est in malo obstinatus /
et ad mala nos incitans / Vel malus quia
fuit primo auctor mali per superbiam Eccl. 9.
Inicium omnis peccati superbia / Vel malus quia
primus suggestor mali per invidiam Sap.
2o Invidia dyaboli mors intravit in orbem
terrarum / Venit magis suggerendo errorem la
tenter. Et rapit auferendo quasi violenter /
illud quod seminatum et natum est
verbi dei ad cor humanum quia ad celestia
natum est. Rapit / quoad fructum eius auferen
do per suggestionem et immittendo mala
cogitaciones / Quod seminatum est in corde
eius scilicet audientis a deo / Hic est qui seminatus
est secus viam / videlicet male dicere / Hic
seminatus est. Sed debuit dicere. Hoc est
quod seminatum est cum loquitur de semine / Respondeo
Et semen seminatur et ager seminatur in
quo fit seminacio / Et sic intelligendum est
hoc quod ponitur hic / de cuius corde semen
rapitur. Hic est qui seminatus est. id est
semen recepit ipse est secus viam Intelli
gitur meatus malarum cogitacionum verbum
immissum absorbent ut nichil boni inci
piat / Vel ille est sicut ager secus viam
quia semen in mente eius seminatum per
suffocacionem et conculcacionem dyaboli deperditum
periit. Qui autem seminatus est / Hic
2a dicta magistri tangit et consequenter prime auditum
verbi / 2o iocundam susceptionem verbi audita
ibi Et continuo cum gaudio / 3o carentiam
defectus interiore ibi Non habet autem ipse
/ Et exteriorem ibi Facta tribulacione / Secundo quod
autem seminatus est. id est semen rece
pit super petrosam vel petrosa. id est qui
habet duriciam pectoris mentis / Hic est qui
verbum audit ad tempus quia talis ad tempus
credit Et continuo cum gaudio suscipit
illud / Unde de facili recipit impressionem
et de facili deleccionem / Unde Luc. 8 dicitur
Tales ad tempus credunt et in tempore tem
tacionis recedunt. Non habet autem in se ra
dicem scilicet perfecte caritatis / De hac caritate habetur
ad Ephes. 3o In caritate fundati et radicati
Et ad Colos. 2o Sicut accepistis dominum ihesum christum
in ipso ambulate radicati et superedificati
in ipso et confirmati in fide. Et ergo est sine caritas
imperfecta / que arescit in temptacione et tribulacione
Osee 9o Radix eorum exsiccata est fructum
nequaquam facient. Sed temporalis est. id est ad tempus
manet / Facta autem tribulacione / Hic ondit de
fectum exteriorem dicens / Facta autem tribulacione
in loco suo et persecucione de loco ad locum.
Vel tribulacione quoad sustinentem / et persecu
cione quoad infligentem / Vel tribulacione que
est persecucio corporis propter verbum fidei continuo
scandalizatur cadens a fide / Scandalum
passivum est spiritualis ruina / a fide / devocione
vel virtute / Non dicit Continuo scandalizatur
Rab. et glo. Distat enim inter hunc et eum
qui multis penis compellitur christum negare / et
qui prima vel quasi nulla persecucione scandalizatur
/ De primo dicitur Job 26 Tremit ut fenum
folium volantis / Non quibusdam adversitas est
causa scandali ut hic et infra 24 / Surget
gens contra gentem etc. / et tunc scandalizabuntur
multi et invicem tradent / Aliis vero prosperitas est
occasio scandali Eccl. 9 Virginem ne conspicias
ne forte scandalizeris in decore illius / Facto hoc
verbum dei sicut eciam in scriptura dicitur / Verbum
gracie quo ad iustos quos reconciliat et iusti
ficat Act. 20 Commendo vos deo et verbo gracie
eius / Verbum vite quo ad mortuos quos vi
vificat Jo. 6 Verba vite eterne habes. Verbum
salutis quo ad perditos quos salvat Act.
13 Vobis verbum salutis huius missum est / Verbum
regni in doctrina celestium bonorum ut hic
Verbum solacii in sustinencia presencium malorum
ad Heb. 13 Rogo vos fratres ut sufferatis verbum
solacii / Verbum veritatis in implecione promissorum
Jac. primo Voluntarie genuit nos verbo veritatis
Verbum virtutis in gubernacione rerum ad Heb.
primo portans omnia verbo virtutis sue / Qui autem
seminatus est. Hic ponitur 3a dicta in qua primo
tangit seminacionem verbi / 2o defectum seminati

q(uo)d aut(em) s(em)i(n)at(um) in spinis [illegible]

et hoc dupl(icite)r / p(ri)mo quo ad cam ibi Et sollicitudo /
2o quo ad effectu(m) ibi Et sine fructu / d(icitu)r ergo Qui
aut(em) seminatus est .i. semen recipit i(n) spinis
.i. in angustia et sollicitudine mentis / Ecce malis
locus susceptionis / hic est qui verbum audit sed
et sollicitudo seculi Iudith .i. spes acquirendi et timor
perdendi / glo(sa) divicijs ingit(ur) sollicitudo custo
die que affligit / Et fallacia diviciarum Iudith
q(uia) p(ro)mittitur que no(n) dat / p(ro)mittitur securitatem
q(uia) hic eas congregat ut securior sit / s(ed) non
mod(o) confirmat(ur) in malo diu sui et perimit
in afflictione pessima Eccl(esiastes) 7 / Ite p(ro)mittitur
sufficiam et no(n) dat / Luc(e) 12 a(n)i(m)a mea habes
multa bona posita in annos plurimos / requiesce
comede epulari / dixit aut(em) illi deus stulte
hac nocte a(n)i(m)am tuam repetent a te / que
aut(em) parasti cui(us) erunt / et sic possessore suo
beatum relinquit / Unde B(ernardus) Jo. blande s(un)t
divicie alia afferentes / alia p(ro)mittentes / labi
corp(or)is possio et instabilis gradu / Boecius
Quid aliud fortuna fallax / q(uam) imau(m) future
calamit(at)is / Item divicie fallaces s(un)t / q(ui)a
nobiscum diu p(er)manere no(n) p(oss)unt / Ite fallaces
q(uia) mentis in(opi)e inopia(m) co(m)pellere no(n) p(oss)unt / Suf
focat verbum q(uia) bonum desiderium ad cor intrare
no(n) sinit / et sic q(uasi) aditu vitalis flatus clau-
dit / Et sine fructu efficitur s(cilicet) boni op(er)is
Eap 3o vacua e(st) spes illor(um) et labores sine
fructu / Ec(c)l(esiasti)ci 21 Qui(?) confidit in diviciis
suis corruet Iustus aut(em) q(uas)i vires folium
germinabit / Qui in vero in t(er)ra bona Hic xpo pot(est)

q(uo)d vero t(er)ram bonam ēpo

de se(min)e ad accedit in p(er)fectu / tangens p(ri)mo
meritum / 2o fructum ibi Et fert quidem / me
ritu(m) tangens cu(m) d(icitu)r s(cilicet) in auditione s(er)monis
q(uia) audit / in amore et noticia veritatis / q(ui)a
intelligit / in ope s(an)c(t)itatis q(uia) fructum aff(er)t
Q(u)i ergo seminatus in t(er)ra bona seminatus est
.i. semen recipit qui h(abe)t comp(ar)acio(n)em ad t(er)ra(m)
bonam / et p(er) t(er)ram bonam intelligit(ur) fidelis et
devota co(n)s(cien)tia / hic est qui audit verbum / s(ed)
Et intelligit .i. intus edificat(ur) Et fructum
aff(er)t .i. bonum opus p(ro)ducit ad maturitatem

Vel verbum audit p(er) attencionem / intelligit
p(er) fidem et amorem / Et fructum affert
p(er) bona(m) op(er)acionem / Ie(remias) 17 Erit folium eius
viride et no(n) desinet facere fructum / Et
facit quidem / hic subdit diversam fructuum
glo(sa) tres dic(untur) in bona t(er)ra / sicut tres fuerunt
in mala / Et facit quidem aliud centesimum
id e(st) sicut p(ri)mus fru(ctus) .i. p(er)fectum statum fidelium
centesim(um) ad coniugatos / q(uia) tu(n)c b(ene)ficia in vicem
s(er)vant p(ro)pt(er) denarium .i. remuneratore(m) sicut
ter decem faciunt triginta / denarius
vita et(er)na significat / q(ui)a denarius e(st) nu(merus) p(er)
fectus / q(uia) omnes numeros sup(ra) decem co(n)stituit
et qui p(ar)s sub decem includit / Sexagesimum ad
co(n)tinentes p(er)tinet qui sex opera corporis
p(er) eundem denarium faciunt / de q(ui)bus
pater ad thy(motheum) 1 Si filios enutrivit si hos
pitio pauperes recepit si s(an)c(t)or(um) pedes
lavit si tribulacionem paciendis subminist
ravit si o(mn)e opus bonum subsecuta
est / Centesim(um) ad virgines qui nolunt
multiplicari in aliis p(er) op(us) carnale
sed in seipsis p(er) opus sp(irit)uale / et ideo
significatur p(er) centenarium qui fit ex ductu
denarii in se ipsum / Vel p(ri)mus fructus
est virginitas / Cant(ica) 2 Flores mei fruc
tus honoris / 2us predicatorum 2a ad cor(inthios) 9
laboratorem agricolam ad de fructibus
edere / 3us martirium Eccl(esiastic)i 39 Quasi
rose plantate sup(er) rivos aquar(um) fructi
ficate etc.

Aliam parabolam p(ro)posuit illis dicens etc.
Superius posuit parabola(m) una(m) p(er)tinente(m)
ad exordium eccl(es)ie / hic subdit quas(dam)
p(er)tinentes ad p(ro)fectum ip(s)i(us) / Tres aut(em)
p(ri)me p(er)tinent ad p(ro)fectu(m) eccl(es)ie in fide /
Due sequentes ad p(ro)fectum in moribus
ibi Simile est regnum celorum / In p(ri)ma p(ro)ponit(ur)
p(ri)mo p(ro)diccio xpi p(er)tinens ad p(ro)fectum
fidei s(e)c(un)da tu(n)c ibi parabola / 2o exponit(ur)
s(e)c(un)da discipulis manifeste ibi Tunc dimissis
turbis In p(ri)ma ponit(ur) p(ri)mo in parabola s(ed)
occultacio / 2o occultacionis ro ibi /

Sed autem locutus est. Et in prima parte ondit
salvator triplicem processum ecclesie in fide recitans
tres parabolas. Primo in fide veritatis xpi
2º in fide quantitatis eiusdem ibi simile
est regnum celorum grano synapis. 3º in
fide utilitatis ibi simile est regnum celorum
fermento. In prima ondit primo seminationem veritatis
2º superseminationem erroris ibi cum autem
dormirent. dicit ergo. Alia parabola a predictis
secreta iuramenti proposuit illis scilicet xpus
turbis dicens. Simile est regnum ce-
lorum id est status ecclesie militantis homini
qui seminavit. hic homo dicitur xpus. bonum
semen id est fidem katholicam vel bonum
semen id est bonam voluntatem. Non est
dupex semen. Bene seminatum id est verbum
dei de quo dicitur in prima parabola. Et est
semen inspiratum scilicet fides vel voluntas
bona de quo dicitur in ista parabola. In agro
suo scilicet in ecclesia vel mundo. Ager est cultu
labore et passione xpi comparatus. Ambrosius
et Remigius exponunt melius de semine
quod seminatur in agro cordis. Unde dicitur
bonum non seminat nisi bonum. qui semen
bone voluntatis ad bona opera studet producere
de hoc semine prov. xi. seminanti iusticiam
merces fidelis. Sed tunc queritur quod
est a nobis semen voluntatis. cum non sumus
sufficientes aliquid cogitare ex nobis
tamquam ex nobis 2ª ad cor. 3. Respondeo in
nobis est et ex nobis quantum ad operationem
sed post operationem indiget auxilio divi-
no quantum ad infusionem vel quantum ad imple-
tionem. Sciendum est hic quod non sit comparacio
in istis parabolis persone ad personam sed
negocii ad negocium sicut fit ad finem
q. d. finem quod agitur circa regnum celorum
id est circa ecclesiam simile est sic tali. Cum
autem dormirent post seminationem veritatis
ondit hic superseminationem erroris.
Et sic ostendit salvator ad 3ª. Primo
ad cancellam 2º ad paciam ibi sinite

dentes autem fructum 3º ad districtionem ibi ne for-
te colligentes. Primo ad longanimitatem ibi sinite
utraque crescere. dicit ergo. Cum autem dormirent
homines id est custodes ecclesie qui ad cancella
et custodiam sunt deputati per quos prelati
presentantur. quorum sopore id est negligencia inimici
ecclesie id est dyabolus superseminant zyzania errores. Dormiunt
1 enim tales prelati vel cum torpet sompno glorie sicut
quod prov. 6. dicitur curre festina ne dederis
sompnum oculis tuis. Vel cum resoluti lasci-
2 via Amos. 6. Qui dormitis in lectis ebur-
neis et lascivitis in stratis vestris. Vel cum penitus
3 ignorant sine culpa. 1ª ad thess. 5º non
dormiamus sicut ceteri sed vigilemus et sobrii
simus. Vel sic cum autem dormirent homines
secundum glossam id est post mortem xpi et apostolorum. post
mortem xpi et apostolorum dyabolus invidit fidei
seminate in cordibus fidelium et ideo inter fide-
les aliquos movit ad perfidiam et hereses.
Immo aliquas hereses viventibus apostolis fuisse
seminatas ut patet in epistolis pauli. Et hoc est quod
dicitur venit inimicus id est dyabolus qui est inimicus
eius id est xpi. Vel inimicus eius id est quidam
homines. Et superseminavit zyzania id est erro-
res et perversitates iniquitates. Ad literam zyza-
nia est nomen cuiusdam herbe nocive segeti-
bus que alio nomine dicitur lolium et quamvis sit
in singulari sicut vel neutrum in plurali. In medio
tritici id est electorum glossa hereticos miscuit electis.
Vel in medio tritici id est in corde hominis in quo
erat bona voluntas. Et abiit inimicus id est latuit
circa triplex actus dyaboli venire superseminare
et abire. Venit in suggestione erroris
superseminat in consensu hominis. Sed abiit in oc-
cultacione erroris sub specie veritatis. Cum
autem crevisset herba hic subdit erroris ma-
nifestationem et per oppositum processus ecclesie in fide
et moribus. dicit ergo. Cum autem crevisset herba
per processum fidei. Actus 9. magis autem augebatur
in deo credencium multitudo. Et fructum fecisset
per effectum boni operis quod fides sine operibus

Cum autem dormirent
Albertus
dormicio est torpor
per negligencias de
vians a ubi con-
templacionis et virtute
ad quam homo id est affectu
et ope non excitatur
1 thessal
5º non dormiamus
sicut ceteri sed vigile-
mus et sobrii
simus.

mortua est. Iac. 2o. Tunc apparuerunt zizania per manifestationem erroris, et sordium peccati. Quia cum fides katholica incepit multiplicari, tunc hereses que sub latitancia apparuerunt in persecutione fidelium. Crisostomus: monstrat errorem post veritatem contendere. Error enim non habet principium nisi in vero. Quod rerum eventus ostendit, quia post prophetas pseudoprophete, post apostolos pseudoapostoli, post Christum antichristus. Accedentes autem. Hic subditur invitatio ad patientiam. Ubi ponitur primo questio servorum admirantium; 2o responsio patrisfamilias ad patientiam invitantis, ibi: Et ait illis. Dicit ergo: Accedentes autem servi patrisfamilias, tamquam fideles domini sui, tamquam diligentes curam rei eius. Isti servi sunt patres antiqui, qui fuerunt in primitiva ecclesia, qui admirantes perfidiam hereses insurgere, ad dominum accesserunt per orationem inquirentes unde talis perfidia oriretur, quibus fuit divinitus revelatum quod hoc erat ex dyaboli arte, domino permittente, et hoc ut stabilitas fidelium probaretur. Dicit ergo: Domine, nonne bonum semen seminasti. Crisostomus: volentes distinguere aperte mirantur. Tria ponuntur in hac questione ex quibus crescit admiratio. Primo ex eo quod supponunt: Domine, qui omnia potes, omnibus dominaris. Item ex eo quod ponunt: Nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Erat enim seminans, semen et ager, et ita crescit admiratio ex seminante: Nonne tu seminasti, cuius ergo auctoris est superseminare. Et ex semine: bonum semen, cuius ergo auctoris est corrumpere. Et ex agro: in agro tuo, cuius ergo ausus est mittere. Glossa: per eum eos monet quia sub nomine Christi sunt tot hereses. Unde dicunt: Nonne bonum semen seminasti in agro tuo. Item poterant moveri ex eo quod querunt: Unde ergo habet zizania. Sanctus querit unde est malum, cum non habeat causam efficientem ex parte actoris, quia deus non est causa mali. Item cum non habeat causam sufficientem ex parte sui, quia malum inhabile est recipiendo per prima principia. Iste tamen

non habeat naturalem inclinationem ex parte loci, quia ager cuius est ad bonum naturaliter ordinatus. Huius partem notat omnes et actionem cum quodam defectu. Defectus autem in agendo ille est ex causa secunda, sicut a libero arbitrio in quantum deficit ab ordine primi agentis, scilicet dei. Unde defectus iste non reducitur in deum sicut in causam, sed in liberum arbitrium, sicut defectus claudicationis reducitur in tybiam curvam sicut in causam, non autem in virtutem motivam, a qua tamen causatur quicquid est motionis in claudicatione. Et sic hoc deus est causa actus peccati, non tamen est causa peccati, quia non est causa huius quod actus sit cum defectu. Et licet non habeat causam efficientem, habet tamen deficientem, scilicet liberum arbitrium, quia liberum arbitrium dicitur peccare quia deficit in agendo ab aliquibus vel aliquibus circumstanciis requisitis vel requisite ad bonum actum. Unde Augustinus: malum causam incidens ex defectu boni. Item substantiatur in bono et per ipsum agit et corrumpit. Item natura, licet non ex eius institutione, tamen ex eius corruptione prona est ad malum. Adhuc est alia causa ab extrinseco, et hanc assignat dominus tamquam manifestam, evidentem. Et ait illis: Inimicus homo, id est dyabolus, hoc fecit. In hoc notatur pacientia. Unde glossa: Ecce pacientia, non enim audito dolo excepit in iram, licet mox vindicare(?) voluit. Ita et nos legis patienter ferremus. Dyabolus dicitur inimicus homo, quia sub similitudine nominis humane hominem decepit. Vel ex eo quod homini a principio inimicatur, Gen. 3: Inimicitias ponam inter te et mulierem. Vel ab eventu, quia vincit hominem, sicut a principio dictus est differens, quia affectum devicit. Vel quia voce mendaciter temptativa, quod est proprium hominis, tamen inimici suggessit. Servi autem dixerunt ei: Vis, imus et colligimus ea, id est vis ut exerceamus eos et separemus a nobis. Et ille

moti sunt discipuli Luce 9 / Vis dicamus
ut ignis descendat de celo et consumat
illos / Et dixit / Filius hominis non venit
animas perdere sed salvare / Unde sequitur hic Et
ait non / In quo patet magna patientia con-
spectantis / Ne forte / Hic post patientiam
invitat ad discretionem dicens Ne forte
colligentes zyzania eradicetis sim-
ul cum eis et triticum / Intellige Erat discretio
non esset discretum simul evellere bonas
herbas et malas / Hic reprobatur eradi-
catio festinata / despiciosa / et suspicio-
sa / Festinata est quia non precedit admonitio
aliqua. De qua ad Tytum 3o / Hereticum post
primam et secundam admonitionem devita / Despi-
ciosa est quia multitudo est in ea / vel
princeps / Ut beatus Augustinus dicit et habetur
hic in glossa / Multitudo excommunicanda non est /
nec princeps populi / Unde aliqui tollerandi
sunt mali pro pace ecclesie / Et suspiciosa
est quia non habetur certitudo sufficiens /
sed sola suspicio de heresi vel vicio aliquo /
et tales condempnandi non sunt / In hiis tribus
modis prohibetur hic eradicatio / Unde
consequens est / Ne eradicetis simul et tri-
ticum id est illud quod est triticum / Sicut si aliquis
fidelis sola suspicione dampnaretur / Vel
quod est triticum quo ad alios / sicut si
eradicaretur aliquis non premonitus / tunc
alii fideles scandalizarentur quia non servaretur
ordo iuris / et sic eradicaretur triticum id est alii
fideles per scandalum / Vel triticum id est quod est
futurum triticum / quia modo aliquis est malus /
qui cras erit bonus / Augustinus super isto verbo
Vis imus et colligimus / dicit sic / Cum spiritualis
homo audit hoc esse a deo / qui nescit velle
contra auctorem dei / potest ei voluntas suboriri
ut tales auferat de medio si facul-
tatem habet / sed consulit iustitia dei
an facere debeat / et an deus velit hoc
officium esse hominum / Et videt non / quia homo
non habet in hac vita qualis futurus

sit qui modo errat / Vel quod error eius bonis
proficiat / Et ideo non esse tollendos ne boni mi-
nuantur qui forte futuri sunt / Vel ne bonis ob-
sit quibus prosunt / Sinite utraque crescere / Hic salva-
tor invitat ad longanimitatem que usque ad finem
vite tenenda est / Unde Gregorius / Sinite utraque crescere id est
zyzania et triticum / hoc est bonos et malos
usque ad messem id est usque ad diem iudicii / Et
hoc est intelligendum / qui non sunt notorii / neque pri-
vates / neque convicti de criminali / neque per
eos imminet vel dampnum ecclesie / Et in tempore
messis / Hic sequitur fructus quia occulta divino iudi-
cio sunt reservanda / quia ipse est qui iuste retribuet
unicuique iuxta opera sua / Unde Gregorius / Et in tempore messis
id est finalis consummationis / Apocalypsis 14 / Mitte falcem
tuam et mete / Dicam messoribus id est angelis / Col-
ligite primum zyzania id est malos a consortio bonorum
in perpetuum excludendo / et hoc quo ad penam
dampni / et sequitur pena sensus / Et alligate / vel
implicentur cum primo penarum perpetuitas / cum
dicit alligate id est ut non possint evadere
ipsos / ad alligandos reges eorum in compedibus
2o penarum varietas / cum subdit ea in fasci-
culos / Intellige non in uno fasce quia pro modo
peccati punietur sic unusquisque punietur / 3o penarum
acerbitas cum addit / ad comburendum / Triticum
autem / Hic subditur premium electorum / Triticum autem
id est fideles in area huius mundi ventilatos
et agitatos / Congregate in horreum meum
id est in celestes mansiones / Remigius / Hic tamen quod
bonum semen et malum non comparantur sed in agro
seminali / licet in mali / quod Gregorius satis dicto est
ad propositum / Unde idem / simul non est katholicus
et hereticus / electus et reprobus / Vel / In spirituali
agro comparantur sed bonitas nature et malicia
culpe / Etiam in eodem decimas proprie et
zyzania crescunt / semine virtutes et zyza-
nia corporales / Et virtus vel fortia
et sic representatur zyzania vel malum
/ Vel in formis et sic mortalium / Vel loquitur
de diversis personis / Item / Sinite utraque crescere

usque ad messem / Ex hoc videtur quod heretici non
sunt ab ecclesia amputandi / et multo minus mali
gladio feriendi / Ad idem Matthei 26 Mitte
gladium tuum in vaginam / Et 1 Corinthiorum 5 ad corin-
thios Auferte malum a vobis / et subdit nescitis
quia modicum fermentum totam massam
corrumpit / Ad idem Titum 3 / hereticum hominem devita
ut etiam omnem leprosum de castris / Respondeo
patet quod heretici notorii qui alios movent ad
malum tollendi sunt ab ecclesia presidio non tamen gla-
dio ne membra putrida alia corrumpant Occulti
vero occulti si tollantur dicitur / tamen quia forte
convertentur / tum quia non bene discernuntur Sicut lolium
et triticum quando dum herba est parum distant /
Unde glossa / ex hoc videtur contrarium illi apostolo
Auferte malum a vobis / sed sciendum quod lolium et
triticum quando dum herba est parum distat Ita
monet dominus ne de ambiguo iudicemus
quia dum indicium non suspicione sed manifeste
dampnabit / Item In fasciculos glossa non in
uno fasciculo / contra ysaia 24 Congregabuntur
congregatione unius fascis in lacum / Respondeo quo
ad penam sunt etiam plures fasces / quo ad
penam dampni unus / Notabiliter in tota hac pa-
bola proponuntur nobis tres persone / patrifamilias /
Inimicus eius / et servi patrisfamilias /
In patrefamilias habemus quod amemus et imi-
temur / et hoc sunt 4 or a quibus pro ordine com-
mendatur / Primum est bonitas eius / que patet in
1 seminando bona / quia seminavit bonum semen
in agro suo / 2um est prudentia eius / que patet
2 in cognoscendo mala / Unde ait / inimicus homo hoc fecit / 3um est sapientia
3 eius / que patet preveniendo pericula / Unde ait /
ne forte colligentes zizania eradicetis
simul cum eis et triticum / 4um est iustitia eius
4 que patet in reddendo unicuique pro merita /
Sinite utraque crescere usque ad messem et
in tempore messis etc. / In inimico habemus quod
vitemus et detestemur scilicet malitiam / que est
quadruplex / quia tria mala / Venit inimicus /
tria actus quia superseminavit zizania / tria

locus quia in medio tritici / tria tempus quia
cum dormirent / scilicet dormiente hospitali
ysboseth occidunt 2 Regum 4 / Dormiente
principe concutus / Saul spoliatur primi
Regum 26 / Dormientibus custodibus / zizania
superseminantur ut hic / In servis habemus
quod laudemus et imitemur / et sunt 4 or
et sunt 4 or / fidelitas in hoc quod accesserunt ad patremfamilias ne perditores
viderentur / sollicitudo in hoc quod asserunt
dominum nonne bonum semen / Obedientia ibi
volumus / zelus cum dicunt Et colligimus
ea etc. / Aliam parabolam proposuit eis dicens
Simile est regnum celorum grano etc.
Hic subditur alia parabola in qua denotatur
processus ecclesie in fide humanitatis Christi / In hac
parabola tanguntur quinque de Christo / primo
incarnatio / 2o passio ibi Quod minimum
est / 3o resurrectio ibi Cum autem creverit / 4o
ascensio ibi et fit arbor / 5o predicatio
apostolorum eius divulgata ibi Ita ut
volucres celi / Sequitur ergo aliam parabolam
proposuit dicens Simile est regnum celorum
id est progressus ecclesie in fide humanitatis
Christi grano sinapis id est Christo propter humanitatem
quia quanto plus conteritur tanto plus redo-
let / Primum in ibi Quod accipiens homo scilicet filius
est dei verbum carnem assumpsit / Seminavit
in agro suo id est in corde fidelis in-
ad gala 4 non dicitur quasi seminibus qui in
utero / sed semini tuo qui est Christus / Vel
sic Accipiens in incarnatione seminavit
in morte / Unde Rabanus Granum sinapis
corpus Christi seminatum in agro sepultum
in orto / Quod minimum est omnibus seminibus
scilicet suis amicis in passione quo ad
reputationem / quia vilissima morte passus
fuit / ysaia 53 vidimus eum novissimum
virorum Unde non reputavimus eum Cum autem
creverit in virtute maius est omnibus oleribus
id est hominibus in excellentibus / Johannis 3o Illum oportet cre-
scere autem minui / ysaia 2 In die illa

Sinapis piper meum contrita ff contra accipi-
tur herba Sinape medela fuerunt et semine
vel confectione que fit ex illo hugutio.

erit germine domini in magnificencia et gloria et fructus
terre sublimius / Et fit arbor / in monte Sion
hec est arbor fructifera cuius non defici-
et fructus sed erit in cibum et folia eius in me-
dicinam Ezech. xl. Ita ut volucres celi
i. homines ad celum facti et ordinati veniant
credendo / Et habitent perseverando in ramis
eius i. apostolis per mundum dispersis / quorum
doctrinis et exemplis fideles respirant
vel in eius ramis i. gaudiis et dotis
volucres celi i. angeli / et beati alii ve-
niunt et habitant quia in ipsum respicere de-
siderant / prima petri primo In quem angeli etc.
Et in ps. Sicut letancium omnium habitacio
est in te / Aliter exponitur super illud Io.
et gloriam / Simile est regnum celorum i. predi-
catio evangelii sive que de regno quia docet
quos sponsus debet regnare super carnem
grano sinapis quia calefacit i. amorem
gignit / vel venena repellit / caput pur-
gat i. mentem / Vel glossa regnum celorum
predicatio est evangelii / de qua alibi
auferetur a vobis regnum dei et dabitur
genti facienti fructum eius / Vel no-
ticia scripturarum grano synapis comparatur
per fervorem fidei / Vel quia venena dicitur
expellere i. omnia dogmata hereticorum
Quod accipiens homo i. christus a patre
seminavit per se et per discipulos suos
In agro suo i. in mundo / quod minimum
est omnibus seminibus i. omnibus disciplinis
Vel quia vix ei creditur in principio / Vel quia
deum predicat crucifixum / Vel quia docet quod
mundus sit vilis / Vel quia beati pauperes
spiritu / Vel quia caret ampullositate verborum
ad modum doctrina fidei nichil vi-
detur vilius / in aliis vero disciplinis
statim vero consentit / Cum autem creverit
per divulgacionem maius est omnibus oleribus
i. scriptis philosophicis naturalibus et poeticis
que dicuntur olera / quia cito decidunt

vel vitalis promittentes / quos cruciatus ... olera
viride erat et cadet / Et fit arbor alta per eius
sublimacionem / fructifera per eius utilitatem
Ita ut volucres celi i. contemplativi celos
affectantes veniant per fidem / Et habitent per
amorem / In ramis eius i. in dogmatibus
ipsius / Vel volucres celi i. predicatores qui
ut nubes volant / veniant studendo / Et
habitent meditando et operando / In ramis
eius i. diversis expositionibus sacre scripture
Ezech. xx. Statuet filios suos sub tegi-
mine illius et sub ramis illius morabitur
Aliam parabolam. Hic declaratur profectus ecclesie
in fide trinitatis / sive unionis deitatis
et humanitatis in christo / dicit ergo Aliam parabolam
locutus est eis / Intelligi ut per varietate mor-
borum varia sit medicina / Simile est regnum
celorum i. ecclesia militans in qua dominus reg-
nat per fidem / vel doctrina fidei / que regnum
celorum predicat / fermento i. fidei / quod accep-
tum mulier i. divina sapientia / que deus est in hac
per fecunditatem / vel ecclesia abscondit in fa-
rine satis tribus / farina divina certa
tria sata tres persone / Satum est genus
mensure iuxta morem Palestinorum modium — fermentatum est
et dimidium capiens / Donec fermentaretur
totum i. donec multiplicaretur fides trinitatis
per totam ecclesiam / Ita quod volo tibi dicere / Vel
divina sapientia / abscondit in ecclesia fidem
trinitatis donec apostoli ipsam promulgarunt
per totam ecclesiam / Aliter exponitur sic / Sicut
creditur in deo tres persone in una natura
sic in christo tres nature in una persona / Fuerunt
enim heretici qui non posuerunt istam fermen- — ut arrius et sabellius
tacionem totam / Quidam enim dixerunt quod non
univit sibi animam sed corpus / quia divinitas
erat loco anime / Quidam quod univit sibi
animam non corpus / quia corpus fantasticum
et non verum assumpsit / Unde isti non fermenta-
bant nisi duo sata / Vel sic mulier i. virgo
maria abscondit fermentum i. christum in se

satis farine .i. in una carne et deitate / et
hoc sub archa veritatis / Aliter exponitur secundum
Bedam mulier .i. ecclesia sancta abscondit fer-
mentum .i. dilectionem In tribus satis farine .i.
in tribus modis diligendi s. ex toto corde /
ex tota anima / ex tota mente / vel in tribus viribus
anime s. rationali concupiscibili irascibili / in quibus
caritas sive doctrina absconditur ut per
illas diligere impleatur / Aliter secundum btm
hil. divina sapientia absconditur in tribus satis
farine / .i. in tribus partibus scripture s. mosa-
yce prophetice et evangelice / Aliter exponitur
secundum eundem btm hil / farina est ~~hec~~ plebs
ex diversis collecta / tria sata / triplex status
fidelium / Noe Daniel et Job / Eze. xiv / cui
dei sapientia fidem et caritatem et sanam
doctrinam commendat in presenti / donec totum
fermentaretur .i. donec in fine mundi com-
pleto numero electorum fideles ad gloriam iudicis
perveniant / et tunc perfecta calescet caritate / in
eum est ignis primus sed tunc erit tamen
/ Nota fermentum sumitur aliquando in malo / ut prima ad Cor-
inthios .v. / Expurgate vetus fermentum / et infra
non in fermento veteri quantum ad concupiscentiam carnis
/ que innata est nobis ex vetustate primi
parentis / neque in fermento malicie quantum ad pra-
vam vitam / et nequicie quantum ad concupis-
centiam oculorum / Levitici .ii. omnis obla-
tio absque fermento fiet / In bono aliquando
sumitur / Est enim fermentum veritatis / de quo
accipitur hic / secundum primam exposicionem / et est
fermentum caritatis / de quo exponit Crisostomus ista
parabola secundum glosam / Levitici .xxiii. offeretis panes
fermentatos / Quia autem caritas fermentum / per suo
venit / quia sicut fermentum pasta / ita caritas
mentem / Item sicut fermentum insipida reddit
sapidam / ita caritas sapore replet vel
insipidos et amaros .i. tribulationibus et labo-
ribus / Hec omnia locutus est / et quia porta
est / parabolica occultatio veritatis / hic ostendit

facit simila

dicitur ad occultacionem dicit ergo / Hec omnia
s. predicta locutus est Ihesus in parabolis ad
turbas non autem ad discipulos / Et sine
parabolis non loquebatur eis s. tunc / licet
aliquas alias sine parabolis disseruit
ut adimpleretur quod dictum est per prophetam
Ps. lxxvi. Intendite in psalmo dicit / Aperiam
in parabolis os meum / quem quidam apponunt
sunt prophetarum / Eructabo abscondita / id est
de profundo mentis et cetera vel verbum / Ps. eruc-
tavit cor meum verbum bonum / abscondita
michi a constitucione mundi / Ita quod
hec a nimia abscondita erant / quod de se
... / quod virgo ... / quod beata pompes /
In eructatione notatur quod de ple-
nitudine emittitur verbum doctrine / Sic
non potest plurimi hoc eructare / sed possunt
loqui vel balbutire / Differentia est inter
absconditum et parabolas / Absconditum
respicit illud quod dicebatur / parabola modum
dicendi / Tunc dimissis turbis / post
parabolas a Christo / hic subditur exposicio
... / et secundo parabole de zyzaniis
exposicio ponitur explicite / secundo aliarum
exposicio datur intelligi / ibi / Qui habet
aures audiendi audiat / In primo ponitur
primo discipulorum peticio / secundo salvatoris
responsio sive exposicio / ibi / Qui seminat bonum
dicit 3o ~~...~~ adaptatio exposicionis
ibi / Sicut ergo zyzania / Dicit ergo Tunc
dimissis turbis que non interrogabant
exposicionem / venit in domum / Et acces-
serunt ad eum discipuli eius tanquam fa-
miliares / Accedunt discipuli ad Christum
... / Aliquando ut petant ... sive
petat / Mt. 8 accesserunt ad eum dicentes
Domine salva nos perimus / Aliquando ut
querant iudicium sue voluntatis / Infra
26 Accesserunt ad Ihesum discipuli di-
centes ubi vis paremus tibi pascha

aliqui ut habeant noticiam veritatis, ut h[abetur]
de ec[clesiastica] dogmat[e] 1 ap[ostolus] q[uia] nemo nomen intus
tenu[it] n[isi] p[ar]te no[ste]r quam r[ecte] credimus | S[ed]
discipulis vobis datum est nosse misterium
regni | parabolam zizaniorum | Sed hic
hac petunt magis quam alias | R[espondeo] quia
plus videbatur hic poderis quam alie |
eo quod deus finisset cum multa voce | c[on]iuncta
cumque permissione | sicut supra patuit | Ibidem
notandum | quod etiam alias parabolas ibidem
eis exposuit | licet non stat hic mencio
de aliarum exposicione parabolarum | Unde
dicit glosa: Exposita omnia discipulis suis
disserebat omnia | Qui respondens ait hic
subditur exposicio parabole | eo ordine
quo superius est posita | Primo quantum ad seminacionem | 2° quantum ad superseminacionem ibi zizania autem sunt filii | 3° quantum ad messis consummacionem ibi messis vero | Et hoc est quod dicitur
Qui respondens ait | Qui seminat bonum semen
est filius hominis id est Christus filius virginis
Ier[emias] 31 Verbo domini ipse seminem
hominum | Ager autem est mundus | Per quod manifestum est quod mundus est suus | possessione
et creacione contra manicheos cum supra
dicitur in agro suo | Bonum vero semen
hii sunt filii regni | Intelligendum est, sicut hic
non sicut illi de quibus supra 8 Filii regni
eicientur foras | Unde notandum quod quidam
dicuntur filii vocacione tantum | sicut in fide-
lis iudei | quidam vocacione et eleccione |
sicut iusti fideles | quidam vocacione
eleccione et participacione | sicut angeli
et alii beati | Zizania autem filii sunt nequam
ysaie 65: Ve genti peccatrici filiis sceleratis
semini nequam | Inimicus autem qui superseminavit ea scilicet zizania est dyabolus Ps.
Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte ne quando dicat inimicus
meus prevalui adversus eum | Messis vero consummacio
seculi est quia tunc damnati Ier[emias] 8 Transiit
messis finita est estas et nos salvati non
sumus | Messores angeli | Iohel Mittite falces
quia maturavit messis | Sicut ergo ziza-
nia | hic ponitur exposicionis adaptacio | et
primo ad supplicium reproborum | 2° quo ad premium electorum ibi | Tunc iusti fulgebunt | Circa
supplicium reproborum tangit et tempus oportunitatem quia in fine seculi iudicis auctoritatem quia
mittet filius hominis | iudicii equitatem
quia colligent de regno | supplicii acerbitatem
quia mittet eos in caminum | Dicit ergo Sicut
ergo zizania colliguntur et igni comburuntur
taliter stipule | Sic erit in consummacione seculi
id est in fine mundi | Mittet filius hominis comparabiliter
et hoc verum est non quantum ad se sed quantum ad corporis
sui iusticiam | Mittet filius hominis scilicet Christus
angelos suos sibi ministrantes scilicet bonos per quos
procedit vindicta | Nota dominus esse promptum
ad beneficium | tardum ad penam | per se seminat |
per alios punit | Et colliget de regno
eius id est de eccl[esi]a militante omnia scandala
emphatice loquitur id est omnes homines scan-
dalizantes qui scilicet alios verbo faciunt impariter
Et eos qui faciunt iniquitatem quantum ad se |
non dicit qui fecerunt quia multi peccaverunt
et pacem per penitenciam dilexerunt | sed qui faciunt
continuando scilicet mala voluntate usque ad
mortem | Et mittet eos Hic ostendit supplicii acerbitatem scilicet ex loco quia in caminum |
ex dampno quia ibi erit fletus | ex tormento quia et stridor dencium | Mittet eos
scilicet iniquos In caminum ignis scilicet infernalis
Mala 3° Dies domini veniet accensa quasi
caminus | Nam sicut caminus amoris et
glorie erit in iherusalem civitate beatitudinis | sic camini
ardor et miserie erit in babilone
civitate confusionis | Unde sequitur Ibi erit
fletus propter carenciam visionis divine | Et stridor
dencium propter penarum acerbitatem | Apo. 16.
Commanducabunt linguas suas pre dolore

Hic iusti fulgebunt

a l. vel

In caminum

stridor

vel fletus ex calore displicebit. Et stridor ex
frigore constringente. Iob xx. Ab aquis
nivium transibunt ad calorem nimium. Secundo in
fletu duo sunt: turbacio cerebri et fluxus
lacrimarum. Primum est erit in dampnatis, 2m
non. Tunc iusti fulgebunt. Hic describit premium
bonorum dicens: Tunc, scilicet malis confusis
et in tenebras eiectis, fulgebunt iusti
sicut sol. Comparatur gloria iustorum soli maxime
quo ad corpus, quia anima glorificata multo
pulchrior erit sole, et gloria corporis erit ex
redundancia glorie anime. In sole autem quatuor dotes
corporis notantur: Claritas quia in creaturis
inferioribus nichil sole clarius. Agilitas
quia oriens ab oriente cito venit ad occi
dentem. Subtilitas quia radii eius transeunt
per vitra. Impassibilitas quia radius eius non
leditur neque maculatur. In regno patris eorum
quod est sine defectu. Ergo tales filii regis. Capit
precium regni decorem. Ro. quia gloriosum est regnum
in quo sancta societas quia iusti. In quo perfecta
claritas quia fulgebunt. In quo perfecta delecta
bilitas quia sicut sol. Dulce enim lumen
et delectabile est. In quo sublimis dignitas
quia in regno. In quo perfecta caritas quia
patris eorum. Qui habet aures. Expósita pa
bola zizaniorum completive. Hic aliarum duarum
innuit expositionem implicite. Qui enim habet
aures audiendi audiat. Intellectu quia omnia premissa
intelligenda sunt mistice.

Simile est regnum celorum thezauro abscon
dito. Christus ecclesie in fide. Sic dictatur Christus
eiusdem in moribus. Et primo quantum ad vitam
activam, 2o quantum ad prelatum ibi: Iterum simile
est regnum celorum homini negociatori. In the
zauro ergo intelligitur exercicium boni operis.
In margarita que fit de rore celesti et indurato
in concha, devocio contemplacionis. In primo
ondit primo terram quid est sollicitudo, quia terra
thezaurus absconditus in agro. 2o quantum ad que
opera est sollicitudo ibi: Quem qui invenit. Ab

homine primo: Primo invento thezauri per bona
operacionem, 2o absconso per vanam intencionem
ibi: abscondit, 3o vendicio proprium per
spaltum abdicacionem ibi: Et pre gaudio.
4o empcio thezauri per amorem dilectionem
ibi: emit agrum. Vel ergo vide: est regnum
celorum, id est presens ecclesia, vel presens congrega
cio sanctorum thezauro, id est Christo qui
ecclesia invenitur in operibus actionum, et ideo
ei est similis. Absconditus in agro: per agrum
intelligitur exercicium actionis. In humili
tempore operum et pene tormentorum fuit
absconditus, sub illis divinitas latuit.
Ysa. xlv. Vere tu es deus absconditus
deus Israhel. Vel secundum bonum glosam thezaurus
est celestis regni desiderium quem tunc abscon
ditum in agro quando se ostendit in bonis
actionibus desiderio isto. Et de eo est absconditum
quia secundum psalmum: quam magna multitudo dulce
dinis tue quam abscondisti timentibus te
non ab eis. Quem qui invenit hic qui fit
per bona operacionem. Luc. 3o post eum
milites sibi succedentes vigilabant
ad custodiam exercitus | Quarta igitur
vigilia est ultima pars noctis | Ex quo 3 | in
illius partibus precedentibus in periculo fuerunt |
Unde ait .6. dicitur | q tota nocte laboraverunt in
remigando | Quarta igitur vigilia noctis ve
nit ad eos ambulans super mare | moraliter
qr amicos tribulatores mundi peccati eius
subiectos si pro | In amaris peccati maris
Allego. In fine seculi erit copiosius presu
ras seculi | Venit glo et ait voles pu
re eos | per quibus tamen liberandis qr venit | q
fit ut ad turbati habeat | sed mox liberati
ampius et gratias agat | q idem sepius fit
in passionibus sanctorum sicut de sancto anthonio
legitur | glo d hic | spiritualiter tota nocte pu
cheant | qr dum homo se considerat nichil invenit
nisi tenebras angustiarum | et estus tempta
sed quarta vigilia dominus venit .i. iam diluculo
cum mentem ad aspectum dei erigit | qui inter
tenebras ortum luciferi videt | Vel spiritualiter
prima vigilia est persecucio tyrannica | 2°
heretica | 3° in falsis fratribus | 4° postea veniet
dominus cum suam liberaturus | Vel prima
vigilia est in sanctis sui sicut 31 vi
gilia honestatis tabefaciet carnes | 2°
in sollicitudine pacis committi Ecclesiastici 38 vigilia
sua mundabit fornacem .i. voluntatem
3° in proposito non peccandi mattheus 26 vigila
te et orate ut non intretis in temptacionem
4° in voluntate satisfaciendi Apocalipsis 3
primam age q si non vigilaveris veniam
ad te | Et tunc veniet dominus per gratiam gen
17 gratie quarta veniente sunt | Et viden
tes eum hic subdit signum mirabilis de
ambulacionis effectum | et primo ostendit discipulorum
terrorem | 2° magistri assecuracionem ibi Statim
qz ihesus | Terrorem discipulorum ostendit ex tribus
primo est turbacio in racione | Perterriti in affectione
ibi Et pre timore | 3° clamor in voce ibi
clamaverunt | Dicit ergo | Et videntes eum super
mare ambulare turbati sunt | qr reputati

erant etiam vid(er)e / Dicentes quia fantasma est .i.
apparicio non corporis / Jo. Et in hoc marcionem
et manicheum dicentes ihesum xpistum non est
natus de virgine / sed visus in fantasmate
quos ipsi timent ne fantasma videant
Et pre timore clamaverunt / Intelligitur magni timoris
indicium est confusus clamor et incerta vox .
timentes ne esset apparicio alicuius spiritus ma
ligni nocte volentis / Et statimque ihesus hic
subditur assecuracio eorum a xpisto / Ubi dicit
primo fiduciam ingerit contra turbacionem / et primo
audit contra clamorem ibi Ego sum / 3o dat
securitatem contra timorem ibi nolite timere / Dicit
ergo Et statimque ihesus ne a timore absorbe
rentur / locutus est eis dicens ysaie 30 Ad
vocem clamoris tui statim ut audierit
respondebit tibi / Et intelligitur quia ipse est omnibus
timentibus / habete fiduciam liberacionis contra
desperacionem / quia ego sum ~~liberacionis~~ liberator
tribulacionis non fantasma / Unde non quod
noscebat personam eius propter tenebras sed
vocem bene noverunt / nec dixit quis esset
quia ex voce sibi nota poterant eum agnoscere
Ipse est qui hic verum esse Exo. 3 Ego sum
qui sum / Secundum glossam non supponit quis quia ex
voce sibi nota poterant eum cognoscere quia
ipse est qui dixit qui est misit me ad
vos ipse solus per se habet esse / cetere alie
res dicuntur habere esse / Nolite timere quia
qui xpistum adiutorem habet timere adversa non
debet / Respondens autem petrus habito verbo
effectu divine potestatis / quod super mare ambu
lavit / hic subditur alius quia potestas am
bulandi petro prebuit / Ubi audit primo huius
potestatis a petro postulacio / 2o postulate col
lacio ibi At ipse ait / 3o experiencia ibi Et des
cendens petrus / et hoc est quod dicit Respondens autem
petrus / intelligitur qui vehementer ardentissime fidei
est / credit se posse facere per voluntatem magistri
quod non poterat per naturam / Dixit Domine qui

sicut de experiencia quod demittantur in periculo

habes omnem potestatem / Si tu es sicut quos
dixisti / Iube me venire ad te super aquas
in tua missione sunt aque solide / et cor
pus leve contra naturam / Et spiritualiter Domine
si tu es in persona principis ecclesie / Iube
me venire ad tuam imitacionem super
fluctus pessimas / At ille ait Veni
Ad verbum eius sequitur potestas / Unde sequitur
potestatis execucio / Et descendens petrus
de navicula / In qua erat cum aliis /
ambulabat super aquas et venit ad
ihesum / In hoc deprehendabat sanctitatem
xpisti / quia nolebat adventum eius exper
tare usque ad mane / sed volebat occurre
super aqua oblitus / pro amore xpisti aque
periculum / Et in hoc apparuit magis miraculum
quia non solus xpistus virtute divinitatis super
aquas ambulavit / sed et petrus ad ipsum
eadem virtute venit / Sequitur perhibet Per hunc mo
tus quia ambulabat super aquas invidiam
prestitatis / per acceptum sed felicior tunc
quia ut veniret ad ihesum salvatorem magis
festinavit / hic Si tu es quasi videtur
quod petrus dubitaverit / Sed contra agnosce
bat vocem eius / sicut glossa / Preterea Unde
non querit ostensionem / sed amore per fidem
demirat / amore in desiderio eundi ad
xpistum / fidem in credendo quod imperio suo pos
set ambulare super aquas / Item Dominus
hac petro contulit potestatem quod pe
trus habebat naturam / Unde Jo. Si solus
xpistus hoc fecisset / veritatem carnis nobis
dubiam reliquisset / Unde idem sicut in puncto
corporis xpisti non esse verum quod super aquas
ambulavit / Videant quos petrus super
aquas ambulavit / quia verum corpus fuisse
non negat / hoc idem dicit glossa / Item
in hoc innuebatur singularis eius potestas
super alios / Item quia ex aqua preter

immaculum fuit / vel ex parte aque super naturam
solidate / vel ex parte omnis super naturam levate
per primum [illegible] Ex parte corporis / quia illo tempore
assumpsit dotem agilitatis / Secundo i. virtutem [illegible]
ex parte aque / que pedibus salvatoris pal-
pabilis se prebuit / Tertio alios vero qui [illegible]
bant in sua natura / sed corpus ferebatur in aquis
virtute divina / Ex primo habetur Dyonisius in libro
de divinis nominibus / Sicut ignoramus qualiter
de virginis sanguinibus alia lege preter
naturalem formabatur / sic et qualiter pedibus
pondus habentibus deambulabat in humida et
instabili substantia / Videns autem ventum / Ecce
audit effectum divine potestatis in suo deam-
bulacione / Hic audit in petri liberatione
circa quod 4or continentur / primo necessitas libera-
cionis / 2o petitio liberationis ibi clama-
vit / 3o modus liberandi ibi Et continuo
continuo ihesus extendens / 4o redarguicio
incredulitatis / que fuit causa periculi / ibi Et
ait illi / modice fidei / Dicit ergo Videbat autem
ventum validum i. percepcionem vehementem
timuit ex infirmitate humana / Et talis
est natura humana ut multociens in magis
secure habeat / et in minoribus redarguitur /
super aquas ambulare non timuit / ventum
timet / Sic Helyas qui ausus fuit ignem
de celo petere ad devorandum sacrificium /
et audacter occurrit Achab regi et redar-
guit / et tamen minas Jezabel timuit / 3 Reg. 19
Et cum cepisset mergi / quia tamen non presumpsit
per [illegible] Docet velle et scire in glosa / super
mare ambulare fecit / ut ostendat divinam
potestatem / mergi vero ne putet se
deo equalem / et ne sua oblivisceretur infir-
mitatem / Clamavit / Timor enim compu-
tat clamorem / clamor vero impetrat
exaudicionem / ps. Ad dominum cum tribularer
clamavi et exaudivit / Dicens domine
quem omnia potes / Salvum me fac / quia

de me presumo non habeo / Et continuo extendens
ihesus manum apprehendit eum / Iuvit impendens
auxilium quia non est volentis neque currentis sed
dei miserentis / ad Ro. 9 / Et ait illi / Arguendo
eius titubacionem modice fidei quare dubitasti /
quasi diceret fuit non meritoria quare subiuge-
bar Apostolus 21 Timidis et incredulis pars
illorum in stagno ardenti / In hoc enim apparuit
puritas fidei in petro / quia ex quo ad preceptum
dei super aquas liquidas ambulaverat / de vento
contrario timere non debebat / Fides autem petri ar-
guitur pro modicitate ut hic modice fidei / com-
mendatur pro integritate Mat. 16 Beatus es Symon
Bariona quia caro et sanguis etc. / Admiratur
pro instabilitate / Luc. 22 Ego autem oravi
pro te ut non deficiat fides tua / In signum
quod fides certe debet esse magna integra et firma.
Et cum ascendisset / post effectum divine potestatis
ostensum in tempestate / ostenditur hic in tranquilli-
tate duo / Et cum ascendisset in naviculam cessavit
ventus / In hoc ostendit se dominum aeris sicut
in deambulatione super aquas / ostendebat se
dominum maris / Iuvit / In quocumque deus per gratiam
adest / mox universa bella quiescunt / Et hoc
3o anni post tempestatem tranquillitas fiat /
et post lacrimacionem exultacionem infundit.
Qui autem in navicula / post [illegible] tempestatis
et post effectum divine potestatis / subditur hic re-
verencia domini / primo in signo / quia adoraverunt / 2o
in verbo quia dixerunt / Vere filius dei es / Dicit ergo
Qui autem in navicula erant venerunt
per fidem / Et adoraverunt eum per fidei confessionem
adoratione latrie / sicut magi supra 2o
venimus adorare eum / [illegible] Sed nunc
vero certe nunc est fides / nunc vera adora-
cionis / Dicentes vere filius dei es / Vere non
methaphorice / nec per adopcionem sed [illegible]
et eiusdem [illegible] Jo. ad verum signum tranquilli-
tas redditur / nunc filium dei confitetur
Et cum in [illegible] [illegible] creatura [illegible]
ipsum esse filium dei / ipse met xpus confitetur

Modice fidei

Et cum ascendisset

[illegible]

est Jo xvi / Et in multis locis confessi sunt deitatem
luc xx / confessi sunt familiaritatem ut petrus matth
16 / et martha Jo xi / confessi sunt communicationem / secundum
naturam / ut hic / Et milites / secundum actionem matth
26 / si magis legimus quod pontifices vel sacerdo
tes hoc confitentur / quia superbi et avari erant quibus
deus valde resistit / Et cum transfretasset
hic subditur tertium miraculum corporalis curationis infirmorum
ad tactum vestis unde ostenditur primo tempus cura
tionis et locus / 2º meritum ibi Et cum cogno
uissent / 3º modus ibi et quicumque tetigerunt
/ dicit ergo / Et cum transfretassent venerunt in terram
genazer vel genezareth / ita vocata a
vicinia loci / quasi generans auras ex se spatiis
undis / venerunt capharnaum / secundum dicitur Jo 16 /
ut inde transiret bethsaida / sicut dicitur luc
9 / Et cum cognovissent / hic ostendit meritum
curationis scilicet meritum fidei eorum / quod ostenditur
primo in corde / 2º in opere ibi / miserunt / 3º in
ore ibi Et rogabant / dicit ergo Et cum cognovissent
eum viri loci illius / inde / alii curiose / alii
fatie / Jo 10 · cognosco oves meas et cognoscunt
me mee / miserunt in universam regionem
illam / scilicet ad congregandum infirmos / Fideles magis
fideles non contenti salute eorum / aliorum salutem
querunt / Et obtulerunt ei omnes male habentes
et rogabant eum / non postularet salutem nisi
crederent salvatorem / Ut vel fimbriam vesti
menti eius tangerent quia non poterant pro multitudine
eum tangere / portabat enim propriis vestimentis
secundum ad modum iudeorum / quibus erat preceptum
ut angulis palliorum fimbrias insererent
Num xv / ut dictum est 9º cap / Et illa
pars vestimenti poterat facilius tangi / hic ergo
notatur confessio fidei / quia non vocabant dominum ad
domum / vel ut tangeret infirmos / vel ut imperaret
/ nisi sufficit tactus fimbrie / Et quicumque
tetigerunt salvi facti sunt i corpore et mente / quia
illos quos christus salvabat in corpore salvabat
et mente / secundum quod dicit Jo 7 / totum hominem sal
vum fecit in sabbato / contra quosdam non recte

Et tactus hic perficitur fide operante per dilectionem.

intelligentes scripturas / Anagogice transfretatio
hic significat transitum christi ad gentiles per apostolos
innuit ergo primo transitum apostolorum ad gentilium
apostolorum conversionem / genezar enim interpretatur
bellum nativitatis et significat gentilitatem / 2º
innuit scripture fidei confessionem ibi Et cum
cognovissent eum / per plus quam non cogno
vi scilicet populus quem non cognovi servivit mihi scilicet conversus ad
me / 3º fidelium multitudinem quia misit
in universam regionem / luc 10 / Ite in quam
vis domum et quicumque unum ad me ceteros per
fidem per omnia christi / Unde patet curationem
ibi Et rogabant eum / fimbria enim que est
extrema pars vestis est extrema in christo car
ne mortalis operatio / quam tangit per fidem et
quo tetigero fimbriam vestimenti eius sal
va ero / Unde glossa fimbriam id est minimum man
datum eius vel caro enim verbum dei unitum
est quod qui credendo tangit ab omni
morbo impietatis sanatur / Cap xv

Tunc accesserunt ad eum ab ie
In principio xi capituli dominus egit de
promulgatione nove legis per ipsum per
synagoge iudeorum / hic insinuatur per
dinatur promulgatione fidei catholice gen
tium / et est hec pars ad duplicem eius partem
/ primo quantum ad perfectionem veritatis / 2º quantum ad per
fectionem bonitatis / infra 18 ibi Et cum ve
nisset capharnaum accesserunt qui di
dragma accipiebant / In prima parte primo fit eli
minatio iudaici erroris / 2º fundatio
christiane veritatis / infra 16 ibi venit ihesus
in partes cesaree philippi / In prima fit
eliminatio erroris / primo quantum ad agenda
/ 2º quantum ad credenda infra 16 in principio
/ In prima parte primo fit iudaici erroris quantum ad
agenda eliminatio / 2º promulgationis
nove legis fide gentibus per ordinationem
transitus ihesus inde secessit in partes
tyri / 3º reliquiarum de iudeis cre
dentium conversio ibi Et cum transisset ihesus

Tunc ... accesserunt

iudei / hoc aut fcm ut p xpm fcm ondit
nobis quid factum eet in eccl'a / qr i adhuc
tn xpi iudei p maiori pte sut expec
tati / gcon ipsi illuiati / ȝ itm xpus
in fine reuertetur ad iudeos qui con
uertentur in fine mundi / In pa sit elimi
natio erroris in agendis q's ad corre
ctionem opabilium / 2o q's ad correctionem
agendorum ibi Uidens aut petrus / Elimi
natio vero z illuminando iudicem cecitas
q'm ad correctionem / po ondit errorem supsti
cionem / 2o subdit supsticionis confuta
tionem ibi Ipse aute uidens / 3o reprobatio
ibi Tunc accedentes discipuli / Erupstico
eorum ondit in hoc / q'r arguebat disci
pulos de moditibus / z ipsi erant rei i
magnis / Tangit 2o reprehensiois ac
tores / 2o forma ibi Quare discipuli /
3o ma ibi Non enim lauant / Dicit 2o / Tunc
s. qn omnes male hntes ad tactum
fimbrie sanarentur / et debuit eum magi
ficare deum / Unde Cris ppter hoc euangelista
hoc tpus designat / ut ondat inessa
bile illorum nequicia / quia ubi venerunt
qui plurima signa operatus est / Accesserunt
ad eum / ad arguendum discipulos / Scribe
qui predicabant se scire peccatorum scire in
lege / et pharisei qui sibi dabant se scire
perfectionem vite / ab ierusalem / Ierusalem metropolis
erat / et fons religionis z doctrine / z
habitatores honorabiles / Hii venerunt q'i
peritatem hntes arguendi / z hntes
zelum legis / z sic in eorum accessu ostendit
sibilos z presumpcio / in loco ergo intelligitur
glacies / Cris dicendum est / q'i pro omnes alibi
erant dissemmati / qui in metropoli
habitabant peiores aliis erant / vel
ampliori fructus honore z maiorem
superbia possidentes / Dicentes Quare sor
mgmaris z mil discipuli tui transgrediuntur
verbum notabile est / discipuli tui dicit

doctrinis maiorum consentire / Tui quorum magister
recorquenda est in te / qr non corrigis / Transgrediuntur
dicit non solum aliqui obmittunt / sed etiam infrin
gunt / traditiones seniorum / quas oportet observare /
qr in antiquis est sapientia / Iob 12 / Sed Cris
multa noua inducebat contra moyses dicit /
non addicietis ad verbum quod ego vobis hodie
z non aufferetis ex / superstitiose / Isti gerunt
typum eorum qui plus zelant transgressionem
humanarum tradicionum / quam divinorum preceptorum /
plus decretorum / quam euangeliorum / plus consue
tudinem quam veritatem / Non enim lauant manus
suas / Hec ma reprehensionis / Cum panem
manducant / quod s. est vnum de mandatis seniorum /
dicitur s. pugna res detrimabat inepta z
nota / Beda intus nichil arguunt / et inter
pleni liuore polluti sunt / manum baptis
mata sunt / qui suorum cordium sordes ablue
negligunt / Apostoli aut aliquid hoc non fecerunt
uel corripiunt / ut qui erant in deserto ubi non
est copia aque / Uel qui cursibat per sata /
Uel qr intelligebat hoc non pertinere ad vita
te vite / Sed Cris despiciebat apostoli superstitiosa /
attendentes vero / hic est notandum / qr a tpe
moysi de voluntate dei constituti sunt lxx.
senes / etate z moribus maturati / z spiritu
preditì / ad regimine populi z moyses
erat super eos / Ita qr in uniuerso erant lxxi
ut habetur Numeri xi / Et exemplo tpe statutum est /
qr tot essent ad regimine populi ordinati / Et
isti dicebantur iudices ordinarii / z eorum
determinatio habebatur pro lege / ut habetur Deut 17
Isti statuebant aliqua que credebant sub precep
to teneri / z aliqua sub minore ratione
quidam decentie z honestatis / de talibus
aute erat istud statutum / ad hoc tangitur
videlicet qr accedentes ad mensam primo
lauarent manus suas / Secundo pharisei z
scribe intellexerunt hoc mandatum volebat
esse ad quandam sanitatem / videlicet qr per hoc
acquireretur quandam mundicia spiritualis

primum illud ysaie primo lavamini mundi estote / Inne-
bant(ur) autem ad hoc quia in lege aliquas immundicie
corporales abluciones docebant(ur) emundari
Et quia discipuli xpi aliquando quod non erant necessaria
sed magis cuiusdam superstitucionis magistrorum intelli-
gencie sic tenebantur non observabant / xpm igitur
in discipulis suis arguebant tanquam contemptorem
doctrine seniorum ut sic redderent eum populo odio-
sum / Ipse autem videns hec dua superstitione
et errore confutat / primo arguendo / 2o enucleando
ibi / Nam deus dixit honora patrem / Dicit ergo / Ipse
autem videns non dixit / propter dignam sui indig-
nacionem et eorum indignitate / sed per contraria questione
et reprehensionem confutat eos / Et vos quare
et vos transgredimini mandata dei propter tradicionem
vestram / videlicet cum oportet magis deo quam
hominibus Actuum 5 / Quasi diceret non debetis quando apostoli faciunt
transgressiones / ut non detis eis occasionem calump-
nie / nec sic vituperat quod ab apostolo scriptum
est / ne agitet eos tradiciones / sed [illegible]
[illegible] / Dicit eos defice(re) / quia faciebat
transgredi mandatum dei propter mandatum hominum
Nam deus dixit Exo. 20 / honora parentem
tuum et matrem tuam / Iuxta / dando necessitati / in-
becillitati eorum consulendo / honor iste non
solo intelligitur reverencia / sed et administra-
cione / Unde Gl. honor in scripturis
non tantum in salutacionibus et officiis defenditur
quantum in elemosinis ac munerum oblacione sentitur /
honora inquit apostolus viduas que vere vidue
sunt / hic eum honor donum intelligitur / Unde
exhibicio honoris intelligitur in duobus /
scilicet in reverencia et sustentacione / Exhibicio honoris
in reverencia consistit in tribus / affectu / effectu
et signo / Sustentacio consistit in hiis / In so-
lacio verborum / in sumptu / in exhibicione
necessariorum / Et qui maledixerit patri vel matri
non tantum verbo vel signo quam facto / Iuxta / Qui
maledixerit id est debitum obsequium parentes
indignos iudicaverit / morte moriatur
Iuxta etiam / Vos autem dicitis / hic subditur
tradicio impietatis contra legem divinam /
quantum ad duos scilicet de honoracione exhibenda

sit in honoracione parentum / Ideo precepit deus
in imbecillitati et penurie parentum consulerent
ut filii eos in necessitate honorarent /
Hunc autem honorem pro administracione temporalium
excludebant per suam falsam doctrinam / quia
sacerdotes qui erant cupidi / ut bona
que erant administranda parentibus / qui eciam
in huiusmodi eorum indigebant / pro melius erat
illa deo offerre / quam parentibus ministrare / Et
quia deus est pater principalis et spiritualis
tunc quod sed per talem oblacionem parentes sus-
tinent detrimentum corporale / consequuntur
tamen bonum spirituale / in quantum illud quod erat
in eorum necessitate conferendum / deo offerebatur
Et ex hoc sequebatur quod preceptum de honore
parentum magistri intelligitur in hac administra-
cione / euacuabatur per talem exposicionem
falsam / Unde glossa Impietatem sub nomine
pietatis inducunt / docent quod oblacio dicti
quod melius est quam obsequiis parentum pres-
tatur sic habeat pro libris suis / ubi promis-
ne sacrilegii crimen incurrat / deo quod sit
devitum / Unde sequitur / Vos autem dicitis
scilicet contra mandatum dei / Quicumque
dixerit patri vel matri / munus quodcumque est
ex me / deo scilicet oblatum / tibi proderit apud me
sic magis quam si expenderem in necessitates
tuas ~~tuas~~ corporales / Iuxta quod tunc
solo proderit eorum / unde vel (si) [illegible]
eciam dignius est / quasi sufficere / Remigius dixit vel
sicut expositum est vel sic / Remigius
dixit id est dicere poterit patri vel matri
sicut expositum est / Vel interrogative
Remigius dixit munus quodcumque ex
me est / id est ex meis rebus tibi proderit
q. d. quia non quia deo devovi sed potius
sacrilegus eris / si acceperis quod deo
devovi et est locus destina / Et
non honorificabit patrem suum / aut
matrem suam debitum subtrahendo / Ideo pro
23 / Item subtrahit aliquid a pre-

ponit animam / et d. hoc non est parti
contradicere est / Et iterum irritum facitis
hoc scribe et pharisei / mandatum dei de sustentatione
parentibus / propter tradicionem vestram / que pertinere
videtur ad avariciam / q. d. mandatum
pietatis despicitis / propter cupiditatem im-
pietatis / Ieron. tradicio est humana
constituens consulens cupiditati hominum
Aug. blasphemat iudeos quia habe-
bant tradiciones alienas a libris propheticis
et legittimis quas apostolus appellat prophanas
fabulas et aniles / Ad maiorem intellectum
considerandum / quod pater per se tenetur providere
filiis / quia est causa corporis eius ad esse / et ideo
debet eis nutrimentum et documentum / filius
autem tenetur providere parentibus de necessariis per
accidens / scilicet si indigeant / et ipse sit potens /
et ideo si per necessitatem ita incideret / bona
de quibus filius potest sibi administrare / nam sunt
sibi debita / de alieno autem nullus potest
deo sacrificium facere / et ideo talia deo
offerre non est licitum / quia hoc est contra dei
preceptum de honore parentum / Secus autem
esset si filius bona sua prius deo vovisset
vel obtulisset / antequam parentes in necessitate
essent positi / quia tunc non esset licitum de
eis providere parentibus / quia si esset deo vo-
tum factum de aliquo immobili / non poterat
mutari nisi per redempcionem / Ex dictis patet
solucio illius questionis / que dicit quod filius
post professionem factam in religione / tenetur
operare claustro propter necessitatem parentum / si est contra
voluntatem sui superioris / quia per talem profes-
sionem est deo iam oblatus / et ideo propter
necessitatem parentum non debet contra votum tale fa-
cere / Hoc idem patet alia racione / quia filius cum
venit ad etatem adultam potest invitis paren-
tibus licite intrare religionem vel ad sacerdo-
cium promoveri / Ita et religionem ingredi
cessante necessitate parentum / sed propter sacerdo-
tium excusatur de hoc quod non tenetur subvenire
patri / per defensionem armorum si ab hostibus invadatur /
quia iam non est sibi licitum pugnare corporaliter
/ Similiter propter matrimonium excusatur quod non tenetur manere
cum patre / quia est obligatus uxori / ergo multo
forcius per professionem factam in religione excu-
satur a subveniendo parentibus / nisi secundum exigenciam
sue regule / et per consequens non debet propter hoc contra votum
obediencie facere / immo esset inobediens
hoc faciendo / Ex hoc patet solucio cuiusdam racionis
que solet ad oppositum adduci / que talis est /
votum factum de hiis que sunt supererogacionis /
non preiudicat illis que sunt de necessitate precepti /
cum preceptum impleri sit necessarium / bene autem
talia non sed votum religionis est de hiis
que sunt supererogacionis / subvenire autem
parentibus in necessitate est de necessitate precepti /
ergo per votum religionis professione solempnisa-
tum non absolvitur aliquis quin teneatur ad
ministrare parentibus scilicet prius dante / ergo per eius tenetur
operare claustro propter necessitatem parentum eciam
contra voluntatem superioris / Dicendum quod per professionem
non absolvitur a precepto / bene tamen absolvitur ab ali-
quo modo implendi preceptum / quia preceptum de honore
parentum est affirmativum / et ideo non obligat
ad hoc semper loco et tempore et aliis debitis circumstan-
ciis / que aliquid que aliquis variantur secundum con-
dicionem ipsius implentis preceptum / Item aliquis
modus subveniendi patri efficitur inconveni-
ens et illicitus ipsi filio propter assumpcionem ali-
cuius status liciti immo et perfecti / sicut subve-
nire patri / per defensionem armorum efficitur illici-
tum propter sacerdocii statum / tenetur tamen subvenire ei
aliis modis suo statui convenientibus / Ita
eciam non propter votum obediencie subvenire patri contra
voluntatem superioris efficitur illicitum ipsi reli-
gioso / tamen ei tenetur subvenire modis convenien-
tibus professioni sue / Alexander de Hal / honor
patris consistit in pluribus / propter introitum religionis
non absolvitur ab obligacione reverencie /
licet absolvatur quo ad debitum sustentacionis

et quo ad illa mortuus est mundo / sed ab ex-
hibitione honoris in veniendo in conspectu et ora-
do non absolvuntur immo obediens magis augetur
Ypocrite conficta religione corporis propter impietatem /
hic confutat per simulationem pro auctorem ysa / in
quo arguuntur in eis tria / simulacio oris / quia
labiis honorat / elongacio mentis / quia cor eorum
longe / frustracio mercedis / quia sine causa colunt
me / dicit ergo ypocrite id est simulatores / qui sunt tamen curatores
de exteriori locutione / quia ut essent reputa-
ti ostendebant sanctitatem in verbis et in exteriori
conversacione / cum tamen corrupti essent intencione
Ideo sequitur bene prophetavit de vobis ysaias
dicens in persona domini ysa. 29 / secundum aliam
litteram / nostra littera habet / populus iste ore suo et
labiis suis glorificat me / et est sensus idem
dicit ergo populus hic scilicet indevotus labiis me
honorat id est superficialiter legem custodit
non substancialiter / verbo non facto / simulacione non veritate
verum sanctus exteriorem medicinam ostendendo
interior autem que vera est in eis non est / cor
autem eorum longe est a me / quia gloriam suam
non meam querunt / cor autem eorum id est recordacio
quo ad memoriam / intencio quo ad intelligen-
ciam / dilectio quo ad voluntatem / longe est a me
per oblivionem datus sum tamquam mortuus a
corde / sine causa autem scilicet eterne mercedis
iudei non sentient mercedem eternam cultoribus
colunt me / quia tamen simulatorie et exterius / frustra
dicitur medicina que non confert sanitatem / non
~~obligat ad preceptum sed per ... et ... et aliis~~
debitas austeritatis / que aliquo veniant secundum
conditionem ipsius implentur preceptum / tamen
aliquis modus subveniendi parentibus efficitur
inconveniens et illicitum ipsi filio propter assumpcionem
alicuius status liciti immo et perfecti sicut sub-
venire parentibus per defensionem armorum efficitur
illicitum pro sacerdotis statum tenetur tamen eis sub-
venire aliis modis suo statui convenientibus
scilicet eodem modo pro voto obediencie subvenire
parentibus quod voluntate superioris efficitur illicitum

ipsi religioso tenetur tamen eis subvenire
modis convenientibus / Sic in lege domini
que non ducit ad veram felicitatem
dicitur esse sine causa seu frustra / docentes doc-
trinas que ad credenda / et mandata que
ad agenda hominum contempta divinis /
ad Heb. 13 doctrinis variis et peregrinis
nolite abduci / docebant tamen transgredi man-
data dei propter traditionem suam ut visum est
in precedenti exposicione precepti de honore
parentum / sic faciebant propter avariciam sicut
dictum est / et propter superbiam / ut propter doctrine
auctoritatem plus deferret eis maiorem
reverenciam / glossa dicit hic / predixit ysaias
in spiritu simulationem iudeorum qui in dolo re-
pugnarent evangelio / Ieronimus 22 magi-
strorum quia verbo et re / Et convocatis
confutata traditione impietatis / hic
confutat traditionem superstitionis et inuti-
litatis / ubi ostendit primo phariseorum et scribarum
indignitatem / quia ~~turbas non~~ turbas non
ipsos vocavit / secundo excitat turbarum atten-
cionem ibi audite / 3o ponit ad confutacionem
generalem vocem ibi / non quod intrat
in os / dicit ergo / Et convocatis ad se turbis quas
pharisei despiciebant / que vocacionem gentium
prefigurabat / dixit eis audite a me
cognoscite / et intelligite inutiles / non quod
intrat per os scilicet corporis / coinquinat hominem
spiritualiter / videlicet ipsam animam / non inquinat
animam nisi cum pro delectacionem anima male afficitur
ad cibum / unde glossa super illud / nichil est quod
hominem quod intus inquinet / nec ydolatum
in hoc quod dei creatura est / sed quod procedit
ex ore coinquinat hominem scilicet id est verba
malicia cordis expressiva / secundum
pro xpus non dicit hic contra legem / licet
aliquem cibi in lege reputarentur immundi
ut caro porcina et huiusmodi / hoc tamen non erat
secundum eorum naturam / quia omnis creatura dei bona est

et nichil reiciendum quod cum gratiarum actione percipitur
prima ad Thymotheum 4. Unde Genesis primo: Vidit Deus
cuncta que fecerat et erant valde bona.
Sed tamen porcus immundus et agnus mundus
ut dicit beatus Augustinus contra Faustum, quia per por- *volupcas*
cum et alia alia inmunda per legem significantur
quedam vicia que sunt vitanda, et ideo quia
lex ceremonialis que spiritualis est inchoata erat
et per Christum, ideo et illa observacio figure
aliorum non erat amplius observanda. Vel
secundum Val. Dominus hic omnes observacias
ceremoniales quo ad litteram sabbati eliminat,
quia manducatio ciborum sine discrecione vel lavare
non coinquinat hominem, sicut tamen planius in-
telligi. Non quod intrat per os, sordes non
coinquinat spiritualiter, et ideo non est curandum
utrum lotis vel non lotis manibus quis aliquis
capiat cibus, manducare lotis manibus
quandam urbanitas et decens est.
Tunc accedentes discipuli eius dixerunt ei:
post confutacionem sequitur hic responsio *discipulorum*
ubi ostendit replicacionem inductorum: primo ponitur
obstinacio; secundo ponitur exoccacionis ibi
Sinite illos; tercio predicitur pena condempna-
cionis ibi Cecus autem si. Ad ostendendum
illorum obstinacionem primo ponitur discipulorum
interrogacio; secundo Christi responsio ibi At ille
respondens. Dicit ergo Tunc scilicet cum scribe et Pharisei
audierunt superstitiosas tradiciones
evacuari, Accedentes discipuli. Aliter
quippe accedunt discipuli, aliter adversarii,
aliter angeli: isti ad interrogandum, isti ad
temptandum, isti moti reverencia et subieccione
scilicet administrando, Mathei 4: Accesserunt et ministra-
bant ei. Dixerunt ei: Scis quia accedentes quia
sciat omnia antequam fiant: Quia Pharisei scilicet
quorum religio est in cibis, Audito hoc
verbo quod scilicet evacuat discrecionem ciborum
et tradicionem seniorum, Scandalizati sunt, id est
indignati vel offensi sunt. Unde Bernardus
15 hic: Glosa: Scandalon vel
scandalum grece, nos offendiculum vel
ruinam vel impactionem pedis possumus dicere.
Sunt ergo scandalizati, id est occasionem ruine
dederunt. Unde sumitur illa diffinicio: quod scandalum
est dictum vel factum minus rectum prebens occasionem
ruine. Et hoc proprie dicitur scandalum activum. Istud
autem scandalum Phariseorum erat scandalum passivum,
quia neque ex dicto vel facto minus recto, sed pocius
audito hoc verbo veritatis pietatis et equitatis scan-
dalizati sunt. Sed queritur: Cum Mathei 17 videatur
dominus scandalum cavere, quando precepit ut mitteret
ad petrum ut non scandalizemus eos, vade
ad mare etc., hic autem non cavit. Respondeo quod
illorum scandalum erat ex ignorancia, quia nesci-
ebant Christum esse Dei filium, ideo credebat ipse
esse obligatum. Hic autem scandalum fuit ex malicia
contra veritatem; sed veritas vite et iusticie non
est dimittenda propter scandalum aliorum, quia tale *propter ... non*
scandalum procedit ex malicia ipsius scandali-
zati. Unde dicit beatus Gregorius in 15 omelia de veritate scan-
dalum oritur, utilius scandalum oriri permit-
titur quam quod veritas relinquatur. Unde sequitur
At ille respondens. Hic subditur Christi responsio ostendens
illorum obstinacionem dampnabilem, quia dicit
At ille respondens dixit eis: Omnis plantacio,
id est doctrina ab homine inventa, quam non plantavit
pater meus celestis, sicut carnalis cupiditas,
eradicabitur, quia non habet firmum fundamentum, ergo
subsistere non potest. Sapiencie 4: Adulterine plantaciones
non dabunt radices altas. Vel eradicabitur,
non sunt plantacionibus similes de terra vinearum.
Sed obicitur: Omnis plantacio eradicabitur, ergo
plantacio Pauli eradicabitur. Prima Corinthiorum 3:
Ego plantavi. Respondeo: Deus plantavit auc-
toritate, Paulus ministerio. Item contra hoc arguit
manicheus duos plantatores, id est duo principia,
unum deum lucis, aliud deum tenebrarum. Respondeo: plan-
tare non est creare, alioquin Paulus esset creator,
ergo dicit plantator. Sinite illos, id est doctrina
eorum euitate. Sinite illos. Glosa: id est permit-
tite suo arbitrio, quia inrevocabiles sunt.
Sicut Paulus ad Titum: hereticum hominem post primam et secundam

correccionem deuitat / et ceci sunt carentes vero
intellectu legis / glosa ceci [struck through] tenebris
plene mandatorum dei sunt / Et duces cecorum
quia alios suo errore excecant / et ad precipi
cium ducunt / vnde glosa / quia non solum sibi non
proficiunt / sed alios in precipicium trahunt et
vanitates et in errorem mittentes / ysa. xi. Spe
culatores eius ceci omnes / Cecus autem sic
ondit eorum condempnacionem dicens / Cecus vero si
platus / sed ceco scilicet subdito ducatum prestet
ambo in foveam cadunt scilicet dampnacionis /
Gregorius in pastorali / Cum pastor per obrupta
vicorum graditur / necesse est ut grex in precipi
cium ducatur / Bernardus in iiii de consideracione / Miraculo
simile res est ymo magis periculosa spectaculo
cecus / doctor insipiens / prepositor claudus /
platus negligens / preco mutus / Et hodie
sicut claudi volunt preesse / ita fatui preesse
in cecorum et subiectorum dampnacionem / Sed
nunquam excusatus est subditus laicus /
qui habet plebanum vel platum ignarum er
rando ex informacione sui plebani vel doc
toris vel superioris in fide / Vnde quia sicut supra
23 Super cathedram moysi etc. / Sed in
oppositum / ignorans ignorabitur / Primo ad Corinthios
14 / Item omnes ad minus tenentur scire ea que
sunt continentur fidei / et decem precepta / Singuli
autem que ad eorum statum vel officium spectant
/ Rudens autem petrus / Eliminato medio
errore quantum ad agendorum execucionem / hic
eliminatur quantum ad cognicionem / Et primo quantum ad eos
qui verba / spiritualiter et parabolice dicta intelli
gebant / 2o quantum ad eos / qui spiritualia verba
obscura dicebat / quantum ad quos subdit / Ne
loties manibus / Rudens autem petrus tamquam
princeps omnium scilicet pro omnibus / Dixit edissere
nobis parabolam istam / Inquit est mistica in
hoc sit intelligencia / glosa vero aperte dictum
est / putat apostolus per parabolam dictum / Sed propterea
hoc tamen petrus querit ut ignarus verborum
Sed cum in multis locis scire scripture le
gem discrecionem perspici ciborum / et in verbis

domini intelligentem evacuacionem / dubita
uit vero de ore cordis vel corporis lo
quitur / et ideo inquirit edissere parabolam
cum mistica sit / vel obscura nobis in
telligentis / Sed quod dominus petrum videsse
cum nulla interrogacio processit [struck through] processit
ymo verba sua sunt pocius interrogacio
quam visio / Dicendum quod verba sua comparata ad
affectum suum sunt visio / tamen cum esset
in affectu continens vidit quia affectum
patefecit / Comparata vero ad christum sunt
quo / vnde videns i. visionem querens
At ille dixit / increpative Adhuc
et vos sine intellectu estis / Inquit pinna
tos misticum / quod est propter dominum glosa
vicium est auditor / qui vel obscura
manifeste / vel manifeste dicta obscure
vult intelligere / Sed vero quia non erat
reprehendendi quia non dum venerat tempus
evacuandi legalia / Responsio ex diutina
conversacione cum domino tamen in doctrinis que
in fide / evacuacionem legis poterant
intelligere / Vnde subdit / Non intelligitis
quia omne quod in os intrat in ventre
vadit et in secessum mittitur / post digestio
nes / Glosa super marcum hic calumpniantur quidam
heretici / quia dominus phisice disputacionis
ignarus / putet omnes cibos in ventre
ire / et in secessum citi / cum statim esse
per artus et nervos et medullas ve
nas quia fundantur / Et videtur nomine
secessus appellatur hic omnis eva
cuacio per quascumque corporis meatus fiat
in quacumque digestione / sive in prima que
fit in stomacho / sive in 2a que fit epa
te / sive in 3a que fit in omnibus membris
/ Nec est intellectus quod velit salvator
quod nil de cibo remaneat in alime
tum corporis et augmentum / Vnde
dicitur de vera religione / In hiis vero

structura alimenta que apta sunt assu
muntur / non apta vero per congruos meatus
eiciuntur / Secundo est sciendum / Omne quod in
os intrat per synodochen id est de omni mutando
quod in os intrat / magna pars per ema
nacionem emittitur / et iste modus loquendi
frequens est in scriptura / sicut Jeremie xv
omnes maledicunt michi / et apud Ja
cobum omnes sanguinem insidiantur id est de omnibus
multi / Que autem procedunt de ore / propter
cognacionem erroris / subdit hic misti
cum doctrinis / Ubi docet ea que coinquinant
hominem / primo in generali / secundo in speciali ibi de
corde enim / In prima tangit mali / ramum
radicem / et fructum / Ramus est sermo / ra
dix cor / fructus inquinacio / Dicit ergo / Que
autem procedunt de ore / Intellige verba
turpia vel nociva / De corde exeunt
id est de cordis immundicia / sicut fumus de
igne / fetor de latrina / Et ea coinquinant
hominem / Intellige id est inquinatum cogitacione /
magis inquinat sordide locuciones / Ja
cobi 3 lingua constituitur in membris nostris que
maculat totum corpus / De corde enim
exeunt hic docet in speciali / que coinqui
nat hominem / primo ex parte cordis / secundo ex parte
operis ibi homicidia / tercio ex parte oris ibi
falsa testimonia / Dicit ergo / De corde enim exe
unt cogitaciones male / sicut pullu
laciones de semine / Ex hoc arguit Ra
banus puncte ac in uno parte in cerebro
est sed uno [illegible] in corde / Sed contra dicit dya
non est immissor malarum cogitacionum sed
incentor / Unde dicit Augustinus sic ex hoc
sunt illi qui cogitaciones immitti a dya
bolo putant et non ex propria nasci voluntate / Dya
bolus enim incentor est non actor / quia non interiora
nisi per gestus et verba novit / Hec autem
glosa / Sed obicitur Johannis 13 dicitur Cum immi
sisset dyabolus in cor Jude / Ad idem per
suasiones per angelos malos / Re
missio accipitur per suggestione Alie

enim non potest illabi etc. Item quid docet
Rabanus puncte ac ut sensus et motus sunt a flumine
a cerebro secundum medicos Unde punctum dicit duplex
vel secundum originem et sic sensus et motus sunt
in corde quod in medio positum est / vel secundum
manifestacionem / sic in cerebro ubi sit formacio
sequitur homicidia et consequentes consilia ad
talia perpetranda / Subdit peccata in opere secundum
quadruplicem differentiam contingit peccare
in proximum / vel quantum ad lesionem persone in corpore
sic sunt homicidia / per quod intelligitur
omne nocumentum / quod duret in personam
proximi infertur / Exodi 20 non occides / Vel
quantum ad lesionem persone coniuncte / aut vicio
mixtum sic sunt adulteria / aut quocumque
alio modo / sic sunt fornicaciones / vel quantum
ad lesionem temporalis substancie / sic furta / falsa testimonia
contra proximum proverbiorum 19 Testis falsus non erit
impunitus et blasphemie contra deum / levitici
24 Educ blasphemum foras / Hec sunt que
coinquinant hominem hec sunt panes dyabolus quibus
vescebantur phariseyi contra septem panes Christi
quibus refecti sunt populi infra eodem / Non lotis
autem manibus manducare non coinquinat hominem

immundicia spirituali quia dicitur nullis vicius
coinquinat hominem spiritualiter / ergo a minore non
lotis manibus manducare etc. / Et sic dominus
ostendit quod spiritualia non debent intelligi localiter
Ubi quando precipitur in scriptura lotio absolu
te de locione spirituali magis quam corporali in
telligendum est / Unde glosa non lotis mani
bus / spiritualia deo placent de cordis et
corporis locione / ut hec lavamini mundi
estote / pharisei carnales de solo corpore
accipiebant / Sed quo autem potest inquinari
vel maculari / cum sit spiritualis et indivisibilis
Respondeo macula proprie accipitur in corporalibus / scilicet
quando aliquid corpus nitidum perdit suum nito
rem ex contactu alterius corporis / sicut vestis
aurum vel argentum et huiusmodi / In rebus autem

adulteria fornicaciones furta falsa testimonia blasfemie

Hic questio

spualib ad silitudine b9 ap(ar)et macula(m) dia/
hr aut a(n)i(m)a ho(m)i(n)is duplicem nitore(m) v(nu)m
quidem ex regen(ti)s l(umin)is n(atur)alis ro(ation)is / Aliu(m)
ex refulgen(ti)s l(uminis) di(vi)n(i) s(ive) sc(ri)pt(ur)e et gr(ati)e p(er)
que h(om)o p(ro)ficit ad b(onu)m et dece(n)t(e)r agend(um) /
Est aut(em) quia quidam (quasi) tactus / q(ua)n(do) p(er)
inh(er)et aliquib(us) reb(us) p(er) amore(m) / Cum
aut(em) p(eccat) / adh(er)et reb(us) aliq(ui)b(us) co(n)t(ra)
lu(m)e ro(n)is / et di(vi)ne leg(is) / s(ed) ip(s)a(m) de(bi)t(u)
nitore(m) nitor(is) / ex tali contactu p(ro)ue(n)iens /
macula a(utem) seu inq(ui)nac(i)o metaphorice
vocatur

Et egressus inde ih(esu)s secessit i(n) p(ar)tes &c.
Eliminato errore iudaico / respectu agen
dor(um) / hic subd(itu)r p(re)figurac(i)o vocac(i)o(n)is gentiu(m) /
Et hoc sub typo mulier(is) chananee veni
ent(is) ad x(ristu)m / ubi po(n)it(ur) p(ri)mo p(re)figurac(i)o p(re)di
cac(i)o(n)is in gentib(us) future / 2° eff(ec)tus p(re)di
cac(i)o(n)is gentiu(m) quo ad p(ro)f(ect)um in fide ibi Et ec
ce mulier / Circa p(re)figurac(i)o(n)em tangit(ur) p(ri)mo
recessio a iudeis / 2° accessio ad gentes
ibi In p(ar)tes tyri / d(icitu)r g(ra)°. Et egressus ih(esu)s
s(cilicet) de t(er)ra genesar relinquens obstina
tos iudeos / Unde glo(sa) relict(is) calu(m)pnia
toribus / sig(nifica)t q(uod) p(ost) resurrecc(i)o(n)em relic
tur(us) erat p(er)fidia iudeor(um) / p(er) p(re)dicacio(n)em
vero ad gentes / Secessit in p(ar)tes tyri
et sydonis / Tyrus et sydon sunt quedam
civitates syrie in t(er)ra p(ro)missionis iuxta
monte(m) libani / q(ui)a filii isr(ae)l no(n) potuerunt
tolle(re) expelle(re) gentiles de t(er)ra sua / Crist(us)
ergo secedens aut(em) est / q(ui) qui ab eff(ec)tu(m) inv(er)so
obstinac(i)o(n)e iudeos exuit / ei(us) et genti
lib(us) ianua aperuit / sicut et petr(us) in
visione iussus est h(ab)ere legem solv(er)e / et
post ad Cornelium mittit(ur) Act(uum) 10. Sic
obicit(ur) q(uod) videt(ur) d(omi)n(u)s fac(er)e c(ontra) doctrina(m)
sua(m) M(athei) 10 In via(m) gentiu(m) ne abieritis
R(espon)deo p(er) illud M(athei) 12° d(omi)n(u)s est filius ho(m)i(n)is
et sabb(at)i / Ipse e(ni)m no(n) est subd(itu)s legi
ex obligac(i)o(n)e / v(e)l s(ecundu)m ne abieritis

s(cilicet) ad p(re)dicandu(m) / Unde illud v(er)bu(m) p(ro)hib(et)
invitac(i)o(n)em / no(n) recepc(i)o(n)em / s(ed) venient(es)
Unde d(omi)n(u)s no(n) invitav(i)t infideles ex
t(ra) / s(ed) venientes recepit / et hec sig(nifica)t(ur)
in adventu magor(um) q(ui) a d(omi)no s(un)t recepti
(que) p(ri)mic(i)e gentiu(m) / Ubi eci(am) no(n) erat ab
noxius precepto q(uo)d discipulis dederat
2° aut(em) q(ui)a nec p(re)dicaturu(s) abiit / Unde
et ait d(icitu)r / nemine(m) vo(lu)it scire / Alleg(ori)ce
Egressus aut(em) ih(esu)s a secreto sue maies
tat(is) secessit p(er) assumpc(i)o(n)em h(uma)nitat(is) In p(ar)tes
tyri p(er) susc(e)pc(i)o(n)em penalitat(is) / Tyrus e(ni)m
interp(re)t(atur) angustia / cui(us) sunt due p(ar)tes /
culpa et pena / p(ri)ma(m) suscepit p(ro) sal(ute) n(ost)ra
2(am) p(ro) v(er)itatem / Et sydonis p(er) p(ro)curac(i)o(n)em
h(uma)ne salut(is) / Sydon e(ni)m int(er)p(re)tat(ur)
venac(i)o est que duplex est / t(em)p(or)alis et
sp(irit)ualis / p(ri)ma docuit fuge(re) / p(ost)ea(m) s(e)c(un)da(m)
Et ecce mul(ier) / hic p(re)figurat(ur) fides gentiu(m)
(con)seq(ue)ns p(re)dicac(i)o(n)em q(ue) sub typo mulier(is)
chananee / po(nitu)r p(ri)mo (con)mendac(i)o fidei ge(n)
tiu(m) / 2° (con)mendac(i)o fidei unitu(m) ibi (con)firmat
(ur) sicut vis / d(icitu)r g(ra)° Et ecce Ita d(omi)n(u)s
ih(esu)s egressus est in remediu(m) / et mul(ier)
egressa est in occursu(m) / Ubi no(m)i(na)nt(ur) t(ri)a (con)me(n)
dans(...) egressus / p(ro)mptitudo / (con)dic(i)o / p(ro)fess(io)
P(ro)mptitudo q(ui)a ecce sic p(ro)mpta fuit
fides gentiu(m) ysa(ie) 9 Ecce accola veni(t)
et qui no(n) erat mecu(m) / mulier in qua
fragilitas sexus / chananea in qua
gentilitas gen(er)is / q(ui)a erat nacione chana
nea / Et chananei h(ab)itaverunt in t(er)ra p(ro)mis
sionis cu(m) filios isr(ae)l n(on) potuerunt p(ro)
eos tolle(re) expellere / Unde ista mul(ier)
ab illis qui remanserant descenderat
Non chananea interp(re)tat(ur) (com)mutans
t(em)p(or)alia p(ro) et(er)nis / A finib(us) illis egressa
no(n) solu(m) a civitatib(us) p(er) pec(cat)i di(m)issio(n)e(m)
s(ed) a finib(us) p(er) elongac(i)o(n)em et occasio(n)u(m)
vitac(i)o(n)em / Intelli(gi)t(ur) mul(ier) chananea q(ue)
i(d est) eccl(es)ia de gentibus recedens a p(ri)stina

dispensacione / clamauit ad eum / nota
qui mlt audiuerat miracula et famam
xpi / et ideo firmiter credebat quod filiam suam
sanare poterat / ideo sequitur ipsum in via
ad impetrandum sue filie sanacionem / ait enim
glo. ca. capitulo quod venit ad ihesum. mt. domini
et hec est vera // sed quia ea ibi non exaudita
dimittitur secuta est eum in itinere clamans
miserere mei domine fili dauid / audierat
enim xpum promissum iudeis descendere de
genere dauid / filia mea male a demonio
vexatur ideo per maiestatem tuam libera eam / non
clamore indiguit tantum / necessitas amor /
et dolor / clamabat quia indigebat
miserere mei / clamabat / quia filiam amabat
domine fili dauid / clamabat / quia dolebat quod
filia mea male a demonio vexatur
primus clamor fuit in adiutorium / 2us in de
siderium / 3us in lamentum / glo. misericordie
causa pro fidem clamat vnde nominat
vocare filium dauid / vel ostendens rogat
pro filia i. pro populo suo non deum credente
ut ipsi a fraude dyabolica absoluantur
vel filia est anima tua vel nostra cuiuslibet
nostrum etiam dyabolo mancipata / pro qua mater
ecclesia rogat / vel ipse verbo pro fedata eo
sua / dicit ergo domine per potenciam diuinam
fili dauid per naturam / sed simul domine fili
dauid per personam in duabus naturis
vnita / quasi dicere ex diuina. vel pietate vel
domine qui potes potens es domine
humana voluntatem potens es veniens de
dauid et omnis mansuetudinis eius / ex
vnione commissionem quasi, ideo deus / factus est
filius dauid / ut nos saluet mt. 21.
osanna filio dauid / miserere mei q. d.
non allego merita / quia omnes iusticie
nostre quasi pannus menstruate ysa. 6x. /
non peto iudicium sed non merces et iudicium
vel tuo oblimissar. destinum / quia non sumus
sufficientes ex nobis vel. 2a ad cor.

3a / sed postulo beneficium / et ideo miserere mei
vnde negocium filia mea / exponit causam
generis morbi quia a demonio / qualitatem morbi
quia vexatur / qualitatem morbi / quia morbi male
glo. magna fides chananee que nondum
deum credidit. vbi dominum vocat / hominem. vbi dicit
filium dauid / nichil ex meritis postulat sed solam
misericordiam dei efflagitat dicens miserere / nec
dicit filie miserere filie sed miserere mei / quia dolor
filie dolor est matris sed ut magis eum ad com
passionem moueat totum ei dolorem enarrat
vnde sequitur filia mea male a demonio
vexatur / in quo vulnus medico detegit /
quia magnitudinem et qualitatem morbi / magnitudinem
cum dicit male vexatur / qualitatem cum dicit a demonio
notandum triplex demonium vexat filiam mentis
i. animam / amor diuiciarum hoc vexat insaciabiliter /
amor luxuriandi hoc vexat incompescibiliter / amor
dicandi hoc vexat racionalem / male vexat qui
vexatus non sentit / peius qui in morbo de
lectatur / pessime qui medicum contempnit
qui non respondit hic subditur probacio fidei
mulieris / et dicit qui non respondit ei verbum / iudicat
ut probaret pacienciam et longanimitatem eius / glo.
non respondit ei verbum non de superbia / sed ne sit
contrarius sentencie sue / in via gencium ne abieris
ut vitet calumpniam iudeorum / gencium autem
salus passionis et resurreccionis tempus reseruatur
misterio sui glorie / non respondit ei / sed ad
primam peticionem ecclesie deus salutem differt
dare / non est desperandum / vel a petendo cessandum /
sed magis precibus insistendum / et ad deum et ad
sanctos donec oret pro eam / et te prefactum
oro / et accedentes hic ostendit mulieris in
stanciam optunitatem / quam testantur apostoli
vnde dicit et accedentes discipuli iudicat
misterii ignari / sed tamen moti importunitate
mulieris victi / rogabant eum dicentes / dimitte
eam / iudicat quasi donec non exaudieris / quia
clamat / in quo vehemencia post nos
in quo instancia / ipse autem respondens hic primus

Filia me[a]

mulieris instancia ostendit eius longanimitatem /
Ubi ponitur primo excusacio salvatoris / ne eam
exaudiat / 2o instancia mulieris / ut eum
flectat / ibi At illa / Dicit ergo Ipse autem respondens
ait / non sum missus / Intellige corporali missione /
nisi ad oves que perierunt domus israel i.
ad iudeos qui perierunt per infidelitatem /
In hoc vitat scandalum iudeorum quantum est
in se / et reddit eos inexcusabiles / Io. 15.
Si non venissem et locutus eis non fuissem
excusacionem de peccato haberent / Non quod Christus
pro se et principaliter erat missus iudeis tamquam apostolus
eorum / et ideo in persona propria non predicavit
nisi iudeis / nec fecit miracula circa gentiles
nisi in casu ex aliqua speciali causa / ut patet.
ostendit etiam in fide gentium esse fundandam /
sicut legitur hic / et Io. 4 ubi Christus predi-
cavit samaritanis devote eum recipienti-
bus / post mortem autem eius fides pre-
dicata est publice gentibus / Et hoc est quod dicit
apostolus ad Ro. 15 / Dico autem Christum Ihesum
ministrum fuisse circumcisionis i. ~~apostolorum~~
apostolum iudeorum propter veritatem dei / ad confirman-
das promissiones patrum / quia antiquis
patribus iudeorum facta fuit promissio de Christo.
sicut abrahe et david / quia cum iudei pro
maiori parte fidem Christi repulerunt / et
gentiles eam devote susceperunt / Ideo
apostolus ibidem subdit / gentes autem super
misericordia honorare deum / Unde glossa Non sum
missus nisi etc. / Prius oportet sacrum meum adven-
tus compleri in iudeis / et sic adducere alias
oves / Et hoc de signo peticionis humilis deficien-
do / At illa venit Hic subditur instancia
mulieris in tribus / primo in signo appropinquacionis
quia venit / 2o in signo adoracionis quia
adoravit / 3o in verbo oracionis quia dixit
Domine adiuva me / Dicit ergo At illa venit scilicet
que a longe clamabat / Et adoravit
eum Intellige ut deum / Dicens domine adiuva
me / propter primum quia tu es dominus / prius implorabat

misericordiam nunc petit / Postquam hec audivi
quia pietas dei est / et tu domine misericors / sic
prelatus fidelis debet dextram sui subditi
suam reputare / Et cum respondens commendatur
constancia et longanimitate mulieris / Hic
commendatur eius humilitas / Ubi ponitur
obiurgacio salvatoris / 2o humilitas
mulieris / ibi At illa dixit / 3o semper
ex hoc commendacio fidei mulieris / ibi
Tunc respondens ihesus / Dicit ergo Qui respondens
ait / Non est bonum primo contra ordinem
misericordie et contra naturam / sumere panem filiorum
et mittere canibus / Intellige i. verbum salutis
quod prius debetur iudeis non debemus
dare gentibus canina rabie latrantibus /
De hoc pane scilicet Eccli 15. Cibavit
illum pane vite et intellectus / Nota
iudei filii dicebantur / quia hereditas regni
principaliter eis promissa fuit / De quibus
ysa. primo Filios enutrivi et exaltavi etc.
gentes autem comparacione dicebantur canes
racione immundicie / racione ydolatrie / racione
servitutis / Apoc. ult. Foris canes et ve-
nefici / At illa dixit / Hic ostendit humili-
tas mulieris respondentis / Dicit ergo At illa dixit
Etiam domine i. verum est quod dicis / Nam et
catelli edunt de micis Intellige non integre
panem vel sedere ad mensam sed contenta sum
reliquiis / Que cadunt de mensa Intellige
quas iudei vilipendunt dominorum suorum
Intellige i. iudeorum / quibus scriptura primo
loco porrecta est / Unde glossa Mensa est
sacra scriptura / Mice precepta sunt interna
misteria quibus humiles reficiuntur / sub mensa
quia scripture humiles subditi / catelli genti-
les humiles parvuli edunt / non panes nec
crustas i. non literam superficiem sed medul-
lam / Tunc respondens ihesus / Hic ponitur
commendacio mulieris et dicit Tunc respondens
ihesus ait illi O mulier magna est
fides tua / Ecce laus mulieris humilis

in verbis / sz magna in factis / Et qui
dam laudatore / qz laud salvatore /
non enim qui se ipsum commendat probatus e
sz quem deus commendat / laudatur quia
mulierem similem / Et laudem qz fidem
magnam / Ideo d^t O mulier fragilis
corpore non mente / magna est fides
tua magna confessione / veritate / et ad
fessione / Tres mulieres laudatas de
fide in evangelio legimus / Emorro
yssa s. q. / chananea hic / magdalena
Fides prima patuit in fideli cogi
tacione / dicebat enim intra se / fides
altera in fideli confessione et instancia /
fides tercia in fideli operacione / et clamorem
d^t / hic sub persona mulieris mira fi
des ostenditur / et parcia et humilitas / prima
fides qz credidit posse sanare filiam /
parcia qz desperata totiens / in precibus perstat
humilitas qz se non canibus sz catellis co
parat / Item glo / Magna est fides gencium
que in auditu auris obedivit / et ideo
salutem sibi sine eo impetravit / Et subdit
Et pueri centurionis et filia chananee
non veniens ad eos sanat / significat ge
tes ad quas non venit per presenciam / salva
das per verbum suum sanaverit / Fiat tibi sicut
vis / post commendacionem fidei mulieris ost^t
hic eius meritum in obtentu curacionis
filie / Ubi tangitur p^o curacionis causa / 2°
effectum ibi / Et sanata est / d^t ergo
fiat tibi sicut vis. q. d. fides tua ob
tineat / Crisostomus hic ostendit quantum valeat
in statum oracionis / qz quod apostoli non obtinue
runt / ista perfecit / In hoc et pz quod dominus
magis vult rogari a nobis pro peccatis nostris /
quam ab aliis / In hoc et pz quod fides etiam
sine parvulis suffragatur / Et sanata
est filia eius ex illa hora / Ubi glo
hic datur exemplum cathezizandi et
baptizandi infantes / quia non sapere nec

sapere aliquid possunt / sz per fidem et confessionem
parentum liberantur a dyabolo / Remigius hic / quare
dominus huic mulieri tanta diviciam ostendit / Respondetur
primum verbum / Ideo hoc fecit vel ut fidem eius nobis
insinuaret / Sciebat enim se eam dicturam /
vel ut in dictis malignandi occasionem auferret
et corpus diviciam alliceret ad amorem evange^l
veritatis / Item non fides mulieris est magis respectu
tepiditatis et malignitatis iudeorum / qui quod
etiam filiacionem et divicionem et panem et me
sam amiserunt.

Et cum transisset inde ihesus venit secus ma
Supra posita est vocacio gencium ad legem
evangelicam per doctrinam / Hic subditur vocacio
reliquiarum israel prefiguraciones / Ubi tangitur
prefiguracio predicacionis / et fides reliquiarum
ibi / Accesserunt ad eum / prefiguracio predicacionis
ostenditur quantum ad duo / p^o quantum ad illuminacionem
intellectus / 2° quantum ad elevacionem affectus / ibi
Et ascendens / d^t ergo / Et cum transisset inde
iterum scilicet in iudea venit secus mare quod est
mare tyberiadis galilee / quod erat regio in
deorum / glo / cum in filia cananitheidis sa
lute gencium prefigurasset / revertitur in iudea /
quia cum plenitudo gencium intraverit et omnis
israel salvus fiet / Unde zacharie p^o / revertar
in ierusalem in misericordiis / Et ascendens in mon
tem sedebat ibi / ut auditores ad superna eri
geret / Sedebat ibi / quia non requies nisi
in celestibus est querenda / Et accesserunt ad
eum ibi regnantem in celo / scilicet iudei de
nota / Turbe multe ibi fidelium quos adse
ducit doctrina et exemplo / habentes secum
mutos a confessione Christi / claudos per deviam
primi operis non recte euntes / cecos a lumine fidei
et debiles sanitatem a peccatorum gravatos / et alios
multos / In hoc includuntur multa miracula
et diversa que si explicarentur in particulari
implerent magnum librum / sicut quod dicit Io. ultimo
Et si omnia facta Christi essent scripta per singula /
totus mundus non posset capere libros
qui scribendi essent / Illos quantum ad literam sunt

ee dextus/ vel in inspiratiua et sic mutos/
vel in motiua sic claudos/ vel in apprehensiua
sic cecos/ vel in orgñe sic debiles/ Hec no-
s[unt] 7 ingenerunt/ p[rim]o est debilitas in volu[nta]te/
deinde seq[ui]tur cecitas in ro[ati]one/ et seq[ui]tur
claudicacio in operacione/ et ex his mutitas
in diuina laude/ Et hic ordinat[ur] s[ecundu]m mag-
nitudine nocumenti/ Et proiecerunt eos ad
pedes eius/ In quo ostendit[ur] fides turbarum
in actu expressiori/ aliter quippe no[n] proiecissent
nisi a xp[ist]o curari credidissent/ Juxta hoc
sic predicatores subiciunt curandos per humile
aduentum mediatori/ O felices pedes illius
vbi peccata purgantur/ Luc. 7. Stans retro
secus pedes/ vbi morbi curantur/ Math. 9.
vbi vba sua discuntur/ Luc. 10. secus
pedes secus pedes domini ..../ Ecclesiasticus 3
sic coram xp[ist]o humiliat peccatorum purgacionem/
morborum curacionem/ et sic doctrine misterium
recipiet/ Et curauit eos solo verbo/ vel
solo verbo poterat curare/ qui solo verbo po-
terat mundum de nichilo creare/ Unde ysa.
35. deus ipse veniet et saluabit nos
tunc aperientur oculi cecorum et aures sur-
dorum patebunt/ Tunc saliet sicut ceruus
claudus et aperta erit lingua mutorum
Sed quare istos statim curauit/ mulieris
aut chananee diu expectare fecit/
Resp. ad hoc/ quia illa erat in fide constans/
distulit curacionem in fidei probacionem/ Isti
aut modice fidei erant/ et ideo statim
curat ne scandalizentur/ Sic contingit in
temptacione/ Etiam in hoc ostenditur obstinacio
et nequicia phariseorum/ nam duos infirmos corporis
non statim et multos sanat/ illi aut tar-
de et parum recipiunt/ non nequicia sua/ Ita
ut turbe mirarentur/ Juxta hoc fideles in
enarrabili gaudio exultent qui hec vi-
dent/ Videntes aut mutos loquentes Juxta
i. xp[istu]m confitentes/ claudos ambulantes per
bona opera/ cecos videntes credendo/ magnifi-
cabant deum israel. i. sua magnitudine et
potenciam laudabant/ Juxta hoc dicentes q[uod]

deus magnus sicut deus noster/ Deum
israel. i. deum videntem per fidem/ Licet cum
supra posuit genera infirmorum quinque/ hic tamen
quatuor repetit/ Unde ad hoc videndum/ quia
in primis curatur contentiua per fidem/ vitificat
operatiua per spem/ Similiter larga sobrie soluitur
per caritatem/ Debilitas autem potencie vel
non ex toto aufertur/ quia fomes qui est
languor non manet/ nam licet debilitari
possit et subiugari/ extirpari non potest
et ideo in curacione non repetitur/ Ihesus autem
conuocatis/ Enarrata curacione infirmitatum
per quam significatur curacio errorum/ hic agit
de refectione turbe per quam significatur intelli-
gencia doctrine ewangelice/ Circa quod intellectum
tangit primo affectum diuine pietatis
2o effectum diuine potestatis ibi/ Dixit ei dis-
cipuli/ 3o ex[empl]um humilitatis ibi. Et dimissa
turba/ Dicit ergo/ Ihesus autem conuocatis discipulis dixit/
conuocat discipulos ut ministri exempla
accipiant/ ut ex collocucione s[ecundu]m mag-
nitudine colligant/ ut instruat nos quod
consuli minorem debemus quando aliquid magnum
facere proponimus/ Item ut doceat ut non
maiores consilio hic tamen minoribus/ Unde
glo. Conuocat aut discipulos ut doceat
magistros cum minoribus conferre consilia sua
vel ut ex collocucione intelligant s[ecundu]m
magnitudinem/ Misereor turbe/ Juxta
capiatur ut homo/ possit ut deus/ Ergo
destruitur hic error eutichis qui in xp[ist]o
dicebat tamen vnam naturam/ Sic repetit quod
miseri et ex assumpta humanitate et
ex diuine nature pietate/ quia suum proprium
est miseri parcere et parcere/ Quia triduo iam
perseuerant mecum/ quia tamen afficiebantur
ad doctrinam xp[ist]i audiendam/ et videndum
eius miracula/ quod per tres dies non re-
dierat ad loca propria/ manentes cum
xp[ist]o in loco deserto et sub diuo/ quod
per corpus de mo... / Juxta hoc turba credens
sustinet dominum/ quia fideles pudentes

pcad dūm in ore/ et sermone/ et cogitatione/
continue/ qui in via presentis vite deficerent/
si in sua consilia sine doctrine pabulo
dimitterent/ Unde glo/ Notandum autem
quod dominus prius aufert debilitatem/ et postea
alit/ quia prius sunt removenda peccata/ et
postea anima verbo dei nutrienda/ Unde
dicit/ prius aufert debilitatem postea
cibos affert sanitatis/ Nec habent quod man-
ducent/ quia cibaria que de domibus suis
apportabant iam erant consumpta/ et ideo
prima die vel secunda hoc miraculum non fecit/
quia magis apparuit cum cibus virtualiter non
defuit/ Et nolo eos dimittere ieiunos
ne deficiant in via/ quia plures eorum lon-
ge distabant a domibus suis/ quasi .a. di-
cat pro precedenti parte/ qui venerant/ Glossa
perseverantibus et non habentibus pabulum sa-
cre scripture/ dominus providet de pabulo sacre
scripture/ ne ieiuni deficiant in via/ quia
secundum glossam pereunt/ qui sine celesti pane
ad patriam tendunt/ Et dicunt ei discipuli
hic ostendit effectum divine potestatis/ Circa quod
exprimitur primo magistri potencia [illegible]
multitudine distribuenda/ et paucitate
panum/ 2o probatur obediencie turbarum
ibi Et precepit turbe/ 3o cursus po-
tencie in effectu ibi Et accipiens septem panes
dicit 3o/ Et dicunt ei discipuli/ vel non
advertentes de miraculo precedenti quinque
panum/ vel dubitantes si vellet eos
pascere per mirabilem vel naturalem modum
Unde quis nobis in deserto panes tanti
q.d. locus est desertus/ et ville multum
distant/ et ideo non possumus per empcio-
nem providere talia/ Et ait illis
Jesus/ quot panes habetis/ Iudicii? non
ignarus sed docendo requirens/ At illi dixe-
runt septem/ et paucos pisciculos quasi
dicerent nichil erat respectu tante multitudinis/
Omnia ista dicunt ad maiorem declarationem

miraculi/ ut quod tam parvo cibo procuratur tanta
multitudo saciari/ et hoc fuit per multiplicationem
cibi in manibus christi/ eodem modo factum dictum
est precedenti capitulo/ Hic notatur sobrietas dis-
cipulorum et defectus sollicitudinis corporalis/
Nota moraliter est sermo quod dicit in deserto quia
non synagoge sed christum querentibus et iam diu
desertis celestibus alimonia impertitur
Et precepit turbe ut discumberet super terram/
non super fenum/ quia ad literam tempus feni non
erat/ Et accipiens septem panes et pisces/
ut multiplicarentur contactu manuum suarum/
gratias agens/ in quo dedit nobis exemplum gratiarum
actionis/ ostendens nos differre a bestiis/
ut cognosceremus a quo et quid datur nobis
Unde glo/ gratias agens ut nos ad agen-
das gratias informaret/ Ecce debitus or-
do christi ad seipsum/ quia panes accepit/ christi
ad deum patrem/ quia gratias egit/ christi ad proximum
quia et fregit/ spiritualiter secundum glossam i. scripturas
aperuit/ Et dedit discipulis/ hic subdit
panum distributionem/ dicit quod/ Et dedit discipulis
suis ut distribuerent Et discipuli tamquam ministri
dederunt populo/ In quo significatur secundum glossam
Iudicii? quod ministerio apostolorum voluit esse distribui
cibaria vite/ Et hoc signatum est in distributione
panum/ ut hic et supra [illegible] Et in suscitatione mortuorum
Jo xi solvite eum et sinite abire/ In adduc-
cione iumenti [illegible] solvite et addu-
cite mihi/ [illegible] cum ministerio et sic adducto
ad fidem/ et soluto ad reconciliationem/ et distri-
buto ad refectionem/ Et manducaverunt omnes
Iudicii [illegible] audiendo/ vel exempla intuen-
do/ Et saturati sunt medicine recomenda-
do/ et operando/ Et quod superfuit de fragmentis
Iudicii [illegible] est [illegible] plenus esse unde
omnia que possidet et [illegible] Tulerunt
septem sportas plenas quia in istis
est spiritualis summa perfectionis/ Unde glo/ frag-
menta sunt altiora misteria que non capit
communis turba/ apostoli sustollunt/ et implet

septem spiritus. i. pectoris corda septiformis
spiritus sancti gratia ad intelligendum illustrata. sicut
ad literam quantum valet cibus et quantitas minu
tus, quia res distribute crescunt et suppleuerunt
eo accrescunt in festinant, et inopia fiunt.
Augustinus de doctrina christiana omnis res que
dando non deficit dum habetur et non datur
non dum habetur quomodo habenda est. Ecclesiastes. Pro-
mitte panem tuum super transeuntes aquas
et post multa tempora inuenies illud. Erant
autem qui manducauerant quasi iiii milia hominum. i.
fideles noui testamenti, non quidem ex pluribus
obnoxii, sed quatuor ad virtutibus confirmati.
iste numerus est ponitur in laude. lapis enim
quadrangulus firmus est. Preter paruulos et mulieres
fideles conceptis leuibus et infimis qui in virtute
perfecti non creuerunt. Augustinus super Matheum et extra
mulierum et frigidis ad virtute prouenia
et ideo in mundo perfectionis in quadratura
virtutum non ponitur in numero. Et iterum .i.
In figura secluduntur ab eis qui debent
ad bella procedere. s. mulieres et paruuli. Secundum
sensum glosa quia septem panes scriptura noui tes
tamenti in qua gratia spiritus sancti reuelatur et
datur. neque sunt ordinati ut supra ix. quia non
habet ut in lege carnale alimentum sed si
guris que ornatissima palea tegitur. sed et
pauci pisciculi .i. sancti noui testamenti
qui de fluctibus seculi sunt erepti et susti
nent turbulentum mare et exemplo suo
nos reficiunt ne in via deficiamus. Et
dicuntur pisciculi propter humilitatem. propter causa quia per
fectiorum quia sanctorum infinitus est numerus. ibi super
fenum ne desideria carnis conculcentur. hic
super terram ubi et ipse mundus relinqui pre
cipitur. Utraque refectio in monte celebrata est
quia utriusque testamenti scriptura altitudinem
celestium preceptorum mandat. Et dimissa
turba. hic ostendit ex modo imitationis mysti
cus prelatum quod debet regredi ab actiua ad
contemplatiuam. Genesis 29. Iustum est ut
aliquando prouideam domui mee. Secundo glosa.
Et dimissa turba quam in naui hic pane
rat ascendit in nauiculam fugiens
ambitionis suspicionem et apparens in
hominem in hoc dans exemplum predicatoribus.
Et venit in fines Magedan. Ille
est locus in quo ~~Magedan~~ Iosias occur
rens regi Egipti vulneratus est ut habetur
4. Regum 23. Marcus autem dicit In fines Dalma
nutha. Et dicendum ad hoc quod non est ibi diuer
sitas secundum rem quia secundum alios eadem
regio habet duo nomina quorum actiue vnum
et aliud. Secundum alios sunt due regio
nes distincte sed in confinitatibus coniuncte
et ideo conuenit in ambobus vtrumque hoc vel
dicitur in fine istius vel illius et in tali loco
erat deus quando fecit illud miraculum
conuenientia multa propter diuersitate ad precedens
Primo de diuersitate quantum ad numerum panum quia ibi quinque
hic septem. Secundo quantum ad numerum et quantitate
piscium quia ibi duo hic indefinite ibi
pisces hic pisciculos. Tertio quantum ad locum
refectionis quia ibi super fenum hic super terram
Quarto quantum ad quantitatem fragmentorum. Quinto quantum
ad numerum comedentium. Conueniunt autem in
tribus quia utraque refectio in monte utraque in
deserto et hoc quantum ad locum. Item in multiplicando
et distribuendo et hoc quantum ad modum. Item
in utraque paruuli et mulieres non computantur
et hoc quantum ad numerum. Ad hoc ostendit qualiter
visio est. cuius duo ostendunt mutuo concorda
re. vnum tollitur obliuionem et ideo diuer
sificatio expediens fuit ut melius haberetur
in ministerio. Ad primum dicendum quod per quinque
panes signatur doctrina veteris testamenti
sicut dictum est in recitatione glose. Item
Hugo aliter Edunt vero iiii milia Videlicet
prudentiam temperantiam contemplantium. pla
cere predicatorum sermonem. Et tres conso
latio satisfactio, compunctionem cogitationis, sancta lectio,
vera oratio bona. contemplatiua meditatio
lectio et oratio contemplatorum distinctio intellectum

zelus in affectu, instantia in effectu, predicatorum
paupertas castitas et obedientia. XVI.

Et accesserunt ad eum pharisei et sa-
ducei temptantes. Duplex climatus est error in
doctoribus quantum ad operanda sicut climatur
quantum ad credenda. Et hic dupliciter. Ubi cli-
matur primo error quantum ad se ipsos credendo,
2o quantum ad alios ipsos docendo ibi Et
cum venissent discipuli. Circa errorem quantum
ad credenda in se mediate primo saduceorum
et phariseorum temptationes, 2o temptationum
confutationes ibi At ille respondens ait. Circa
temptationem primo ponit tam eorum accessum quia
accesserunt, intentionem quia temptantes, peti-
tionem quia rogaverunt. Dicit ergo Et accesserunt
ad eum non tamquam devoti ut addiscerent
sed tamquam invidi et insidiantes ut ipsum
temptarent. Unde sequitur pharisei et saducei
temptantes eum. Iste prius secte vel
heresis erant apud iudeos sed pharisei
tamen ab aliis divisi. Saducei quasi
iustificati. Act. 23. Saducei non dicunt
resurrectionem mortuorum et neque ... quamvis primo inimi-
ci pharisei per se sed confutati adiungunt
sibi scribas in lege doctissimos. Sed eis
sic confutatis associant se cum saduceis
cum tamen ab invicem discordaret ut sic
concurrerent in unum adversus dominum et adversus
christum eius. Et rogaverunt eum. Ecce postu-
latio curiosa ut signum de celo osten-
deret eis ut fulgura, pluvias vel huiusmodi,
vel quod plueret eis manna Exo. 16. Vel
quod faceret stare solem sicut Iosue 10.
Vel retrocedere sicut Ysa. 38. Vel quod deduceret
eis ignem de celo sicut Helias 4 Reg.
1. Glossa dicit hic. Unde Iohannes 6 post adulan-
tiam quod signum facis ut videamus
et credamus tibi, quid operaris, patres
nostri manducaverunt manna in deserto et
mortui sunt. Notandum hic quod alii scribe
et pharisei obmisso studio legis et prophetarum

studebant in mathematica et potissime in astrologia
unde et usque hodie aliquem eorum in hoc sunt curiosi.
Et quia astrologi volunt iudicare per considerationem
astrorum de inchoatione legum et sectarum diversarum
ideo et isti pharisei et per signa astrorum volebant
pronosticare de christi adventu. Et ideo petebant
signum de celo. Et hoc est impossibile quia virtus
celi non extendit se ad talia. Nam possunt quidem
aliqualiter iudicare de dispositione aeris quod minus est,
quia dispositio aeris est ex influentiis astrorum,
sed non est certa scientia de influentiis celi et astrorum
quia oportet quod illa scientia habeatur per experimentum, sed
in multis milibus annorum non est reperire eandem
influentiam propter diversitatem motuum octave
spere et aliarum sperarum septem planetarum et propter diversitatem
aspectuum. Et per consequens si non potest esse certum iudicium
de dispositione aeris, multo minus de dispositione
liberi arbitrii et de actibus humanis que cadunt
sub libero arbitrio. Unde dicit yronice per prophetam
loquens dicens Stent et salvent te augures
celi Ysa. 47 scilicet predicendo futura. Et unde
quoque in summa de celestibus dicit. 04 illi qui
dicunt hominem peccare ex influentia astrorum in-
firmant creatorem in creatura. Sequitur At ille
respondens. Hic subditur temptationum confutatio scilicet
increpando, obiurgando, reprobando. Primo tangitur
increpatio propter negligentiam ~~...~~ utilium,
2o obiurgatio propter curiositatem ~~...~~ in questione
inutilium ibi generatio mala, 3o reprobatio propter
obstinationem infidelitatis ipsorum ibi Et relictis
illis abiit. Dicit ergo At ille respondens ait
illis scilicet increpans eos. Facto vespere scilicet quando
sol declinavit ad occasum dicitis serenum erit scilicet tempus
rubicundum est enim celum, pronosticando de
nocte futura et die sequenti. Et hoc est verum
quia nubes serotine splendorem eius politi
pretendit quia tunc vapor est tenuis et
tunc sol trahit eum ad eius insuper et
consumitur et per consequens nulla emissio purgatur
a vaporibus et serenatur. Quod autem ruborem

angeli

At ille re[spondens]

cupri pcendit / sgt vapore ee spisso et
grossum / et tn no pdint psrm / sz pximas
/ qz ille color resultat ex hoc q radij sol
illo vapore in fine pcucint / et no desup
attingit / et ideo iste vapor in mo emissio
relinquit vbqit / Et mane / sup dicit
Hodie tepestas sup ec. rutilat em triste
celu sup aerem .i. rubitudo est triste
celu / celu dr triste similitudinarie et cadme
pp signa opinces / et similitud resolvens
et corpa amolliens / Et no aliud signu
videtis de mane dz sol cu rubore cups /
qu sol emigens de emissio inferi mittit
nob radios / qz tc sgt aqu pcedere ac
Si aut de mane sit in ocpe ardor sol
rubor qi flame / et in circuitu aeris videa
qi fumi cu pulue repsus / et hc totu sit
lucet rubor / sgt longu serenitate / qm
sgt vapores siue exalacones ee inuen
pos et p incedi cosparatos / De hac ma
loqr phs 2o metheor 4 / Fcept go no / ex signis
celi que ad salute nra ptinet / sz pocius
ad curiositatem / sicut indicat qui p
nosticacoe de serenitate et pluuia / inde mg
exscriptura legis et pphetarum in q estis edocti
de rebus indicat me ee xpm / ad eis potius
qd ad salutem ptinet / Faciem go celi .i.
dispone in aeris / diiudicare nostis. pnosti
cado de futuris ex istis signis / Signa
aut tpm .i. aductus mei / a pphs pdicta /
et a me in effectu exhibita / no potestis scire
facultate scredi - in vidia aufferente /
Unde Je 8 miluus in celo cognouit tpus
suu / turtur et yrundo et ciconia custodit
tem aductus sui / pplus aut meus non
cognouit iudicium dni / Unde glo / ad
tpus gre ptinentia / a pphs pdicta / no pnt
vobis sciri / fact de meo aductu / Item
glo / Increpat eos qd ex ordine elemen
torum discuttat dies / sz signa tpm igno
rat omnis lex et pphe aductus sui indi
cia ex opm que gerent admiracone

psfecerunt / Sic pt pr expoim / Faciem go
celi diiudicare nostis. in qu p facies
celi est signum alicuius dispoinis sicut
in elementis / Signa aut tpm non
potestis scire .i. signa tpm diffinitorii
in pntia dei de aductu xpi no po
testis p talia signa celi q vos petitis
diiudicare / qz solummo depedet ex
diuina dispone / et no ex ostellacone
Et p hc aductus xpi cognoscendi est
ut dicitur est ex dictis pphetarum / qui hoc
cognouerunt ex diuina reuelacione / predixerunt
de hoc Dan 9 / Ubi cum hc septuaginta
ebdomade decisiate / Et gen 49 Ubi
aductus xpi pro mittit translacio regni
iudeorum ad alienigena / qm statim fuit
sub herode Allegorice p vesperum in
quo celu est rubitudo signatur
passio xpi sanguine ipo rubricati
ysa 63. Quare go rubrum est indumentum
tuum / p mane secundo resurrectionis gaudium
pe ad vesperum demorabitur fletus / et ad
matutinum leticia / p rutilans triste celu
tribulacio finalis et persecucio corporis / per
tempestatem sequentem futurum iudicium
Naum p. Dns in tepestate et turbine
venit et in circuitu eius tepestas va
lida / Moraliter vesperum hois est senectus
mane inuentus ysa 38 de mane
usqz ad vesperum finies me / Ruber est
finis caritatis / serenitas tranquillitatis
mentis / cum go in mane inuentutis ru
bet celum / signum est future tribulacionis
Eccl 2o fili accedens ad seruitutem
dei sta in iusticia et timore / et pparam
aiam tuam ad temptacionem / Cu Vero in
sero .i. in fine rubet caritas / signum
est serenitatis future que sequetur
tepestatem / Thob 3 / post tepestatem
tranquillitatem facit et Jo 16 / Tristicia
vestra vertetur in gaudium / Cum autem mu
la / Hic subditur abmirgacio ipsius

et mali

no

Furie

curiositatem in temptatione inutilium
ci duos / Sequitur Generatio mala quo ad morum
perversitatem / Et adultera quo ad fidei
violationem / Iudei generatio mala et adultera
i. incredula per spiritualem carnale mechantes
longe lucis / Signum querit scilicet de celo.
Et signum non dabitur ei nisi signum Io-
ne prophete i. nisi de misterio / sed fidelibus
datum signum de celo, quibus videntibus Christus
in celum ascendit et spiritum sanctum misit / Vel
sic Signum querit ad manifestationem indi-
cationis [illegible] ad Cor. 1° Iudei signa
petunt / Et signum non dabitur ei nisi signum
Ione i. signum infirmitatis signatum in signo Ione /
De quo signo in ps° Fac mecum signum in
bono ut videant qui me oderunt et con-
fundantur quoniam tu Domine adiuvisti me et
consolatus es me / hoc est enim signum
passionis per quod Christus est adiutus et con-
solatus / Et relictis hic subditur repulsa
pro obstinacione incredulitatis ipsorum / Unde sequitur
Et relictis illis s. phariseis et saduce-
is pro eorum obstinacione / abiit / in istis [illegible]
ad gentes [illegible] in dispersionem
Iudeorum [illegible] est et doctrinam gentes
[illegible] hic Signa temporum non potestis
scire que sunt dicebatis scire / Sed contra Actuum
1° Non est vestrum nosse tempora vel momenta
etc / Ad idem infra 24 De die autem
illa et hora nemo scit neque angeli ce-
lorum / Respondeo ad primum dicendum non est vestrum
nosse tempora ubi [illegible] revelat vel [illegible]
per scripturas / hoc enim est presumptionis
sed per scripturas nosse est eruditionis
Ad aliud dicendum [illegible] et si nesciamus diem
precisum adventus ad iudicium signa
[illegible] adventus scire possumus
et debemus infra 24 / Item signum
non dabitur ei nisi signum Ione / Sequitur
[illegible] ad hoc est duplex [illegible]

prima per adventum temporis / quia primus adventus
fuit infirmitatis / secundus potestatis / Et primo
dicit [illegible] Sicut aliud est signum hiemis
aliud estatis / Ita unum signum quod in terra fe-
cit [illegible] est / que autem in celo illi requirebant
temptantes / Secundo vero per indignitatem petentium / Sic
exponit Augustinus / Fidelibus tamen fuit signum
de celo quod datum est quando credentibus apostolis in
linguis igneis spiritus sanctus apparuit / Infide-
libus non de celo sed de terra / Item quia fit bis
eadem visio de Christo s. de signo passionis
[illegible] passio Christi [illegible] signum hic [illegible]
quo ad malos / amoris quo ad bonos / Item
eo bis fuit iteratum [illegible] non [illegible] Christo idem
signum a Christo [illegible] erat
cor eorum / De signo Ione non interrogat quia
non [illegible] / sed [illegible]
Et cum venissent discipuli / Eliminato er-
rore incredulorum in credendo quo ad se ipsos
hic eliminatur error in docendo alios / Ubi
Dominus docet cavere doctrinam Iudaici erroris
primo occulte / secundo manifeste / ibi At illi cogi-
tabant inter se / In prima ponitur primo eruditionis
occasio / 2° occulta eruditio / ibi Ihesus dixit
illis / Dicit ergo / Et cum venissent discipuli eius
transfretum i. ultra stagnum genezareth obli-
ti sunt panes accipere / [illegible] obli-
vionis potuit esse triplex / Una [illegible] sol-
licitudinis de crastino / [illegible] Alia species de-
votionis / quia iam visis miraculis Christi erant
certi nichil eis deficere / quia nichil deest ti-
mentibus eum / Tertia est interna dulcedo ver-
bi [illegible] / Illa enim dulce-
dine rapti / de corporali pane non cogita-
bant / [illegible] in se [illegible] omne
desiderium / Qui dixit illis Ihesus [illegible]
precepit / Intuemini et cavete / Ecce duo
precepta / circumspectio que est necessaria ad
vitandum vicia / et cautela et discretio que
est necessaria ad discernendum [illegible] vicia et virtutes /

et ego obliti sunt panes accipere

Quo enim erat in doctrina phariseorum falsitas
erroris ideo monet ad circumspectionem Et sla
cio veritatis ideo monet ad cautionem Unde
dicit Intuemini quia nullus malus evitatur nisi cog
nitus Et cavete vobis etiam a fermento phari
seorum et saduceorum Jeronimus i. a viciis doctri
ne eorum Marcus viii addit Et a fermento herodis
Et per herodem ... fermento primo saduceorum
qui dicunt non esse resurrectionem neque angelum neque
spiritum phariseorum Et hec sentit et putant deo fieri
de quo fermento hic 2m phariseorum qui
decreta legis divine traditionibus hominum
postponunt qui legem predicabant verbis
et impugnabant factis de quo Luce ix ... dicitur
a fermento phariseorum Item herodis ... quo
est adulterium homicidium temeritas in
randi ... religionis de quo Luce viii primum
est erroris 2m simulacionis 3m ... moris
primum corrupit mentem 2m intencionem 3m operacionem
de his tribus primo ad corporis ... non in fermento
veri quo ad primum neque in fermento nequicie
quo ad 2m et malicie quo ad 3m At illi
cogitabant hic docet eos manifeste Dicit
glossa At illi cogitabant inter se dicentes
quia dicit panes non accepimus non
vult glossa ut de pane phariseorum ... caveamus
accipiamus ad litteram hic intelligebant
Sciens autem Ihesus cogitaciones eorum per
quod sciunt cogitaciones hominum Dixit eis
Quid cogitatis inter vos modice fidei
qui non nisi ... quia panes non
habetis pane vite habebat secum qui est cibus
omnium panum et ideo de pane secum dubi
tare non debebat Non dum intelligitis glossa
misterium nam si per panes intelligitur doctri
na sana necessario per fermentum intelligitur mala doctrina
Neque recordamini glossa virtutis in multiplicacione
panum Unde sequitur Quinque panum et quinque milium homi
num in quibus multa hominum ... Et
quot cophinos sumpsistis i. de residuo
Neque septem panum et quatuor milium homi
num ... Nec septem panum et
dispensatorum In quibus multa hominum ...
Et quot sportas sumpsistis Beda quia
alii pharisei alii discipuli habebant
defectum intelligencie spiritualis Illi ex
perversitate quia intelligere nolebant
isti ex simplicitate Unde et addiscere in
piebant Sequitur hic Cavete a fermen
to i. doctrina phariseorum Contra infra
23. Super kathedram moysi sederunt
scribe et pharisei que dicunt facite
Respondeo ibi loquitur de doctrina legis mo
saice sive divinorum mandatorum hic
de doctrina suarum tradicionum Item
queritur quare non dicit dominus manifeste
Cavete a doctrina Respondeo melius dicit
a fermento ad innuendum quod non phariseorum
doctrina nisi ... est infectiva per
errores Item modice fidei quare
non per arguit supra 14 Ubi maior
fuit occasio dubitacionis ibi Unde
nobis in deserto panes ... Respondeo propter
simplicitatem ... huius miraculi
arguit Super ante tollandi erat
quia semel viderant Tunc non intel
lexerunt Hic 2o arguit eos quia ha
bebant defectum intellectus spiritualis dicens
quare non intelligitis quia non de pane
... Dixi vobis quia de hoc possunt
sufficienter providere Cavete a fermento
phariseorum ideo de alio pane et fermen
to intelligere debuistis i. de pane
doctrine Tunc intellexerunt quia non
dixit cavendum a fermento panis i.
... quia super dicebat non quod in ...
... commonat ... Et a doctri
na phariseorum et saduceorum ...
a ... abstraxit eos ...
... Ambrosius Cibus corporalis non
... cum magna sollicitudine ...
... magis spiritualis Glossa dicit hic
fermentum est perversa doctrina que ...

modicum totam massam corrumpit et ipsum
saporem trahit. Item glosa. Cavete a fer-
mento phariseorum i. a superstitiosa doctrina
que more fermenti veri panis sectat
se secundum hic. per hoc innuit quod secuntur
quinque panes vel septem. Et enim fer-
mentum dicitur hereticum dogma. panes sunt vera
doctrina. Fermentum superstitiosa et falsa doctrina
dicitur fermentum propter corrupcionem malicie et ne-
quicie. igitur in ea licet est nisi si
fermentum dicitur hic doctrina corrupta. semper
autem in capitulo fermentum accipitur pro fervore
fidei ut visum est. Et eadem res ex
diversis proprietatibus verba diversa significat. Leo
aliquando accipitur pro Christo ut dicit Apostolus
5. Vicit leo de tribu Iuda. Et hoc propter constan-
ciam et audaciam in aggrediendo ardua
et periculosa. Aliquando autem accipitur pro dyabolo
propter crudelitatem. primo Petri ultimo. Adversarius
vester dyabolus tamquam leo rugiens. Ita
eodem modo fermentum propter calorem inclusum
significat fervorem fidei. propter autem corrupcionem
doctrina mala et corrupta.

Venit autem Ihesus in partes Cesaree etc.
Supra primo 17 capitulo posita est littera in
dicti evangelii. Hic subditur fundatio
evangelice veritatis. Ubi tangitur primo fundatio
evangelice veritatis. 2o confirmatio veritatis
fundate. ibi Amen dico vobis sunt
quidam de hic stantibus. Introducitur
autem fundatio evangelice veritatis primo
quoad fidem incarnacionis. 2o quoad
fidem redempcionis. ibi Exinde cepit
Ihesus ostendere discipulis suis ut nemini dicerent.
3o quoad fidem retribucionis ibi Filius
autem hominis venturus est. In primo tangitur
primo confessio fidei incarnacionis. 2o
commendacio confessionis ibi Beatus es
Ihesus. 3o promissio fundandi ecclesiam in fide
evangelice veritatis. ibi Et ego dico tibi.

dicit glosa. Venit Ihesus tamquam salvator ubi lumine
doctrine egentes aliquos perditos querens
aliquos penitentes salvans. In partes Cesaree
Philippi. Cesarea Philippi est civitas phe-
nicis regionis in finibus Iudee ad septentrio-
nem. Glosa. Iste locus est ubi Iordanis oritur
ad radicem Libani et ex Ior et Dan duobus
fontibus. Dicitur autem Cesarea Philippi quia reno-
vata et amplificata fuit a Philippo tetrarcha fratre
Herodis. Et tunc vocavit eam Cesaream in
honorem Cesaris qui dedit ei quartam partem
regni. Dicitur etiam Cesarea Philippi ad differentiam
alterius que dicitur Cesarea Palestine. Ubi Corne-
lius centurio mansit. Actuum 10. Et ista civitas
antiquitus dicta est Lachis. postea Dan. Iudicum
18. postea Cesarea Philippi. In ista autem
civitate habitabant gentiles et in confinibus
eius. Et ideo ex hoc quod Christus misterium sue
incarnacionis ibidem revelavit ostendebatur
fundacio ecclesie in fidem gentium. Etiam ista ci-
vitas erat ad quam tributum census capitis
deferebatur pro quo descriptus fuit universus
orbis sub Augusto Cesare. Luce 2. Et congru-
um fuit ut in loco in quo orbis tributum sol-
vit rex regum orbis dominus exigeret tributum
fidei quod solvitur de capite etc. i. de men-
te. Et interrogabat discipulos suos dicens.
Inch. ut de confessionis mercedem red-
dat. non quod nesciat. Quem dicunt homines
i. turbe vulgares esse filium hominis i. filium
virginis. Inch. non dicit me ne insolenter
loqui videatur. Item glosa. Dicens de se humi-
litate humanitatis profitetur. discipuli divini-
tatem. Spiritus sanctus. eterna dispensacionem in-
carnacionis credi voluit et in confessione
devenire. Non pulcre dicit homines qui de
filio dei nichil intelligere potuerunt
quia hoc super hominem est. Unde glosa homines
sunt qui de filio hominis loquuntur. Dii
enim qui deitatem intelligunt. Vos homines
dicitis propter nos quia licet similes corpori obicitur

Cesarea

humana infirmitas / Item tu per opera putabatur
maiestas / et ex ratione satis facile cognoscere
poterant quod deus erat qui talia faciebat /
At illi dixerunt. Iuxta / Ideo videlicet composui er-
rores eorum / ut eis repulsis / discipuli veri-
tatem confiterentur non ex vulgi opinione / sed ex divina
revelatione / Alii Iohannem baptistam / per eminentiam
vite / cuius opinionis fuit herodes et complices sui.
Alii autem Heliam / propter zelum veritatis / Alii
vero Ieremiam / propter paciam in adversis / Aut unum
ex prophetis / scilicet antiquis / supple quod rediret / Hic no-
ta ubi dicetur sic prophetia unus de prioribus surrexit
Opinio enim eorum loquitur de immortalitate
anime et de resurrectione / fuit quod anima separata sit
maioris virtutis quam iuncta tali corpore quale
nunc habemus / supple quod de corpore quod corpus quod
corrumpitur aggravat animam / Et sic quod in morte
homines erunt maioris virtutis / Et quia videbat
Christum maiora miracula facere quam aliquis
prophetarum fecit / Ideo credebat quod unus de an-
tiquis prophetis surrexisset a mortuis / et sic
maiora miracula faceret quam ante fecisset
Primum hic / Tu dominus scivit quid sentiret
a turbis quid a discipulis / quid interroga-
bat; primo ut audiretur dicta apostolorum / et
populorum / Item ut daret eis occasionem
merendi / et confessionem eorum digna mercede
remuneraret / Item ut appareret emi-
nentia petri in confessione / et sic digna
probaretur collatio tradende sibi potestatis
Item ut fidem illorum per scripturam apertiorem
et promissionem in ipsis fortius confirmaret
Dicit illis ihesus / Audita opinione hominum
hic querit opinionem discipulorum / Ubi ponitur primo
interrogatio Christi / secundo responsio petri / ibi Respondens
Simon petrus / Et primo Dicit illis ihesus
Vos autem quem me esse dicitis / Iuxta / Dixisti
ab aliis / non homines sed dii / ac si diceret
Alii erant separati a me foras / vos non debetis
errare / Vos quibus datum est nosse misterium
regni dei / qui maiora signa vidistis
quam turbe quibus etiam contubernium audivi
a patre nota feci / Quem me esse dicitis?
Ambrosius / primo dixit se filium hominis / sed addidit
quem me esse dicitis / significavit / propter
id quod in se exterius videbatur aliquid
occultum fuit / de quo querebat / in quo
credentium fides se extendere debebat / Et
hic est argumentum / quod prelatus debet
inquirere que opinio habeatur de eo / tam
apud plebem / quam apud alios prelatos
Respondens autem symon petrus dixit
Ille pro omnibus / sicut pro omnibus et pro omnibus
rudes / qui in omnibus preesse et prodesse
debuit / Symon interpretatur obediens
petrus persica lingua dicitur agnoscens
Interpretatio designatur virtutis ydoneitas
In secundo responsionis facultas / Symone
nomine / petrus cognomine / Iohannes primo / Tu
vocaberis cephas / quod interpretatur petrus
Cephas enim interpretatur caput / et hoc
nomen est petrus impositum propter pluribus
quia sicut caput regit et influit sensum
et motum aliis membris / Ita petrus continet
et firmat edificium / Unde quod est caput
in animalibus / hoc est petra in edificiis
Tu es Christus filius dei vivi / Iuxta
virum hominem / et virum deum confitetur et ac-
dit / Item iuxta ita completus est
qui et naturam et nomen expressit / Item
Christus interpretatur unctus / et sic confitetur
eius humanitatem / in qua unctus est
oleo leticie pre aliis / quia eius substan-
tia plene fuit omnibus gratiis et virtutibus
filius dei naturalis scilicet / et non adoptivus
sicut alii / et per consequens eiusdem nature
cum deo patre / et sic confitetur veritatem divine
nature et humane in eodem supposito / vivi additur
ad differentiam illorum qui colebant tamquam
dii a gentilibus / ut hic hercules / impe

et complex / Fuit enim antiquorum opinio
quod tales excellentes persone moriebantur
ad vitam deorum transferrentur / Unde 2 Machab.
xj. Rex antiochus conscripsit de patre suo
mortuo / patre meo inter deos trans-
lato etc. / Ad istas igitur falsitates exclu-
dendas dixit petrus Dei vivi / Unde
glossa Dei vivi ad distinctionem falsorum deorum
quos gentes vel de mortuis hominibus
vel de insensibili materia sibi instituerunt
Respondens autem ihesus / Hic subditur laus confes-
sionis fidei / dicit quod / Respondens autem ihesus
dixit ei beatus es petre / Juxta etiam alte fidei /
dicitur autem beatus / quia confessio vere fidei du-
cit ad beatitudinem / Vel quia ubi est vera
fidei confessio et sancta operatio ibi est beati-
tudo vie / Symon / Sed verum est quod petrus quere?
confitetur / et symon beatificatur / Ratio / quia
petrus agnoscens / symon obediens
intelligitur / quia confessio fidei per se laude non
est / sed obedientia vel operatio / Item petrus
confitetur / petrus negat infra 26 / pe-
trus est scandalum infra eodem / quia agnoscen-
tes et non obedientes confitentur se nosse
deum / factis autem negant / ad Tyt. 3 / et sic
aliis scandalum per malum exemplum / Bario-
na .i. filius columbe / quod fuit per Rab. et glos-
sam dicitur / quia pura simplicitate christum confitebatur
Ideo dicit quod tamen debet dici Bariohanna
.i. filius johanna / propter illud Jo. ult. Sy-
mon Johannis diligis me plus hiis etc.
scriptorum vicio depravatum est / Vera dicit quod
dicitur Jona pro Johanna per syncopam / quia caro
et sanguis non revelavit tibi / Juxta
.i. carnales affectus non revelavit tibi tantum
archanum / Vocantur quidem non intelligi-
mus nisi ad ea que a carnalibus
accipimus organis sensuum corporis / a quibus
frequenter oriuntur fantasia errorum contra
divina / Prima ad Cor. 2 / Animalis homo per-
cipit ea que sunt spiritus dei / Similiter con-

affectus sanguinis non surgit mens nisi ad ea
que diligit et sentit / Unde glossa Caro et san-
guis non revelare potuit / .i. homines carnales
sapientia inflati / qui non columbe filii / et ideo
a sapientia spiritus alieni / Caro enim et sanguis
fuit quod sonat in brutum / non est particeps di-
vine sapientie / in cogitatione peccatorum / ut hic / Item non
est particeps divine gratie / in operatione bonorum /
Eccli. ix / Quid nequius quam quod excogitavit
caro et sanguis / Item non est particeps divine glorie
in retributione premiorum / prima ad Cor. 15 / Caro
et sanguis regnum dei non possidebunt / Sed pater
meus qui in celis est / et per quid hoc bea-
titas / quia indivisa sunt opera trinitatis ad
extra / Juxta Sunt illi illustrat mentes beatorum / in celis
dicit esse / quia ibi relucet eius nobilior actus /
Ubique tamen est per immensum / Et sic patet quod ista petri con-
fessio non est per adulationem / sicut confessio
phariseorum / infra 22 / Magister scimus quia verax es /
Item non est per falsam ymaginacionem / sicut confessio
carnalium / Item non est per humana verba / sicut
confessio nathanael Jo. 1 / Rabbi tu es
filius dei / sic enim / quia christus dixit abscondi-
ta / sed per divinam revelacionem / ideo hec confessio beatificatur
non alie / Et ego dico tibi / Hic promittitur sta-
bilimentum ecclesie / super hanc fidei confessionem /
et primo quantum ad noticiam veritatis / 2o quantum ad amo-
rem bonitatis / ibi Et porte inferi / 3o quantum
ad evidentiam potestatis ibi Et tibi dabo claves
/ dicit quod Ego qui sum veritas immobilis / Dico tibi
cuius dicere est facere / quia tu es petrus a me
petra dictus / glossa Tu es non dico vocaberis
sed tu es petrus ab fortitudine fidei / et confes-
sionis constantia / Et super hanc petram quam
confessus es / edificabo ecclesiam meam .i. cong- .i. super te / Juxta super hanc petram .i. christum quam confessus es
regationem fidelium / que sit fundamentum in fide
christi / Apostolus Fundamentum aliud nemo potest ponere
preter id quod positum est / Unde fundamentum ecclesie hic
est christus per auctoritatem / apostoli per administrationem
ad Eph. 3 / Superedificati super fundamentum
apostolorum / prelati per ministerium participationis / Et

ideo dicit eciam fui per constanciam contra fragilitatem
carnis et abstinenciam contra voluptatem / quintus
per maturitatem contra levitatem / post fundamentum
eius in montibus sanctis / Et porte inferi non
prevalebunt adversus [ecclesiam] eam / Iuxta non separabunt
eam a caritate mea et a fide / glosa / porte
inferi sunt peccata / minime blandimenta / here-
ses / quibus infirmi veniunt in mortem / tamen non
hec super petram / sed super arenam domum professio-
nis sue credidi se edificasse / id est non simpliciter
et vera intencione cristum sequi sed ob terrena
tantum / sed in cuius intimo cordis amore fide
cristi percipit / quidquid ingruit contra / facile
vincat / Iuxta illud Mathei 7 descendit pluvia / quantum ad
suggestiones demonum / venerunt flumina /
quantum ad delectaciones viciorum / flaverunt venti
quantum ad persuasiones hereticorum / Et irruerunt
in domum illam / Ex quo patet / quod ecclesia non
consistit in hominibus racione potestatis vel dignitatis
ecclesiastice vel secularis / quia multi principes et
summi pontifices et alii inferiores prelati in-
venti sunt apostotasse a fide / propter quod ecclesia
consistit in illis personis in quibus est noti-
cia et vera confessio fidei et veritatis / Et tibi
dabo / hic subditur eminencia potestatis / Dicit ergo
Et tibi dabo / Hec tamen verba / quibus cristus
indicat maiestatem suam / cui petrus con-
fessus est / et eius confirmat sentenciam / Ego
dico / ego edificabo / ego dabo / hec enim
solius dei sunt proprie in spiritualibus / Unde dicere
id est precipere / quod pertinet ad potenciam patris / Unde
edificare / quod pertinet ad sapienciam filii /
Unde est dare quod pertinet ad bonitatem
spiritus sancti / Dicit ergo / Et tibi dabo / glosa / [hoc dicit] ut dicitur
confessio / quia absque ea confessione et fide
nullus regnum celorum posset intrare / Cla-
ves / Iuxta id est potestates iudicii et potestate / regni
celorum id est ecclesie / secundum quod iuxta / que dicitur regnum
celorum / quia ad verum potestatis eius digne
ministrantibus sequitur aditus vel clausio reg-
ni celorum / Racio [[illegible]] clavis est instrumentum ad re-
movendum obstaculum / quod impedit introitum
sed in spiritualibus potestas ad removendum
talia / quod in foro penali sunt duo / sicut
in foro iudiciali / In illo sunt duo actus
diversi / discutere causam / et postmodum
sentenciare / Et quia in foro penali utrumque
ordinatum est ad aperiendum celum / Ideo utrumque
dicitur clavis / et sic sunt due claves que
conferuntur in ordine sacerdotali / Et ideo
claves iste non sunt materiales / sed potestas
spiritualis / que duplex est / Una est potestas
discernendi peccatum a non peccato / sicut in
veteri lege sacerdotes iudicabant inter
lepram et non lepram / Advertendum
tamen quod licet laicus non possit sic bene
iudicare sicut sciens / tamen sciencia non dicitur
clavis / sed potestas iudicandi per scienciam
preditam / et ideo licet sciens non sit cla-
vis / tamen necessario porrigitur ad debitum
usum huius clavis / Alia clavis est
potestas admittendi vel excludendi / secundum
verum iudicium prehabitum / quia dignos indignos
excludit / et dignos recipit / Non hic secundum
verum / Iuxta illud in glosa / habet eandem
potestatem iudiciariam / [habebant] alii apostoli / Unde
etiam dicitur Iohannis 20 / Quecumque alligaveritis
super terram erunt ligata et in celis / Et
ideo petrus hanc potestatem specialem
accepit / ut omnes intelligant quod qui
ab unitate fidei et societatis eius
se separant / nec a peccatis poterunt solvi / nec
in celum poterunt ingredi / quia contra ecclesiam
non est qui ligare possit aut solvere /
columba enim ligat / columba dimittit
Una est columba mea Canticorum 6 / Item
hanc potestatem habet omnis ecclesia / in episcopis
et sacerdotibus / sicut dicit Beda / Ideo
singulariter datum est hic petro / quia
hic habuit plenitudinem potestatis / sed
sui successores in omnibus casibus

& io. Johannis 20 dicitur pluraliter accipite spiritum sanctum quorum remiseritis peccata remittuntur eis. & quorum retinueritis retenta erunt.

Nota 16

actu vero vocantur in partem sollicitudinis
Q. 8 Ergo quod quilibet sacerdos habeat claves /
videtur sequi quod quilibet possit ligare
et solvere quoslibet / Respondetur non sequitur / quia
licet quilibet sacerdos habeat claves [essentiam] non
tamen quilibet sacerdos habet subditos quos li-
gare vel solvere posset / et quia sententia a
non suo iudice lata non valet / glosa [illegible].
Et quodcumque ligaveris super terram / erit
ligatum et in celis / id est quemcumque
indignum remissione iudicaveris / di-
mittit / apud deum indignus iudicabitur /
clave tamen non errante / Et quodcumque
solveris super terram / erit solutum et in celis
id est quemcumque solvendum iudicaveris dig-
num remissione peccatorum consequitur a deo
Quia duplex est potestas ligandi et sol-
vendi / prima est in foro penitentiali / 2a in foro
iudiciali / prima potestas respicit ordinem /
2a prelationem / prima potestas concessa est omnibus
sacerdotibus / 2a prelatis / et si non sint sacerdo-
tes / sicut archidiaconis et officialibus / prima
potestas ligandi et solvendi in foro penitentiali
aditum celi aperit / et ideo vocatur clavis /
2a per iudicium subditos coherceret / et vo-
catur gladius / prima potestas arbitrium inter
deum et hominem / 2a inter hominem et hominem
Queritur hic de clavibus celi / primo de
veritate / videtur quod sint frustra / quia clavis
est ad aperiendum hostium / sed hostium regni
celorum apertum est a passione Christi / Apoc.
4 vidi hostium apertum in celo / Item clau-
sura celi ut legitur / quedam temporalis sed non
eterna / hec sicut est hominum propter peccatum primorum
parentum / et duravit usque ad Christum / alia
temporalis et eterna / que fit hominum propter ultima
finalem / et durat in eternum / 3a particularis
sed non eterna / que fit hominum propter actualem
culpam / et pena ei debita / ergo quo ad primam
clausuram claves soli Christo date sunt

quo ad secundam nulli / quo ad tertiam catholice / Ita
tamen quod potestas auctoritatis est in solo deo / qui aperit per
gratie infusionem / potestas excellentie in Christo qui aperit
per passionis meritum / potestas ministerii in prelatis
ecclesie / qui aperiunt per ministerium sacramentorum / Ad obiectum
dicendum quod Christus amovit clausuram generalem /
sed tamen quilibet potest sibi ponere particularem per peccatum / Item queritur de entitate scilicet quid est clavis (marginal: Item 2)
realiter / videtur quod nichil sit / In anima non sunt nisi
potentie / passiones et habitus / sed clavis non est
potentia / quia potentia inest a natura / nec habitus quia
non inclinat potentiam ad actum / nec passio / quia non
afficit subiectum [illegible] ergo nichil est quia solum ista tria
sunt in anima / Item sicut principium actuum naturalium
potentia naturalis / et principium actuum voluntariorum est po-
tentia voluntatis / et voluntas ut est principium actuum exercitio
super facultatem nature est potestas in ea super naturam
talis autem est potestas clavium / Unde clavis (marginal: Clavis)
est potestas quedam spiritualis supernaturaliter a deo
data et infusa / non innata nec acquisita /
Et aliqui dicunt quod sit eadem res cum caracte-
re qui imprimitur in ordine sacerdotali / Ad
obiectum dicendum quod procedit de potentiis naturalibus et non
infusis / Item queritur de numero clavium / (marginal: 3o)
glosa dicit hic quod sint due / scientia discernendi
et potestas ligandi et solvendi / Contra una cla-
vis materialis sufficit ad unum hostium / ergo et
una spiritualis / Ad idem scientia non datur in
ordine / claves ibi dantur / Respondetur sunt una potes-
tas licet faciendi et iudicandi una est in
radice / sed due in effectibus / Clavis enim
dicitur potestas iudicandi in foro anime non corporum
potestas autem iudicandi ex duobus integratur
ex potestate discernendi inter causas contrarias / et
potestate diffiniendi in ea de causa / per
sententiam condempnatoriam vel absolutoriam /
prima potestas dicitur hic scientia / alia potestas / Ad primum (marginal: Ad primum)
obiectum dicendum quod non est simile / quia aditus cor-
poralis potest patere omnibus dignis et indig-
nis ~~et indignis~~ spiritualis non / Unde dicitur
precedens potestas discernendi / Ad illud quod scientia (marginal: Ad 2m)

ut est virtus confirmationis non est clavis sed ut
est auctoritas discernendi. Et ita debet intelligi
magister qui videtur velle dicere quod sacerdos est cla-
vis. Sed queritur si sacerdos potest uti clavibus
pro sua voluntate. Videtur quod sic quia est prime arbi-
trie sue. Item Christus sine satisfactione mul-
tos absolvit ut Mag[dalenam] Luc. 7. et
adulteram Jo. 8. Ergo et exemplo eius sa-
cerdos sic potest facere. Respondeo sacerdos in absolvendo
operatur ut minister non motivum ut sepius
sed unum ut sacerdos primus. Ad rationem vero
operationem instrumenti convenit tamen primo virtutem instru-
menti disponentis. Secundo materie disposite. Tertio virtus
motoris non semper nisi sit actuata non re-
cipit, vel si non habet materiam proportionatam
ut lignea, vel si non moveatur ab aliquo.
Sic in absolutione sacerdotis debet concur-
rere duplex veritas sue et peccato suscipientis
et virtus dei moventis et si unum deficit
frustratur effectus.

Tunc precepit discipulis suis ut nemini di-
cerent. Post fundationem ecclesie vocatus est ad
fidem incarnationis. Hic ostendit eius fun-
dationem quantum ad fidem nostre redemptionis facte
per passionem. Respectu incarnationis suffi-
cit confessio. Respectu passionis exigitur etiam
imitatio. Unde primo describitur redemptio facta per
passionem. 2° provocatur passio ad imitationem
ibi Tunc Jhesus dixit discipulis suis. In
prima tangitur contra velato primo nostre redemptionis.
2° modus divine passionis ibi Exinde
cepit Jhesus. 3° difficultas tollendis ibi
Et assumens eum petrus dicit ergo. Tunc. Sed
post confessionem veritatis laudem confessionis
et promissionem potestatis. Precepit Jhesus discipu-
lis suis ut nemini dicerent quia ipse esset Christus. Id est de Nazareth
Christus est nomen impositum in duabus naturis
scilicet divina et humana. Sed hic videtur contrarium ec-
clesie quod dictum est supra 10 capitulo. Et misit
discipulos ad denunciandum suum adventum
secundum. Et tunc denunciaverunt adventum eius

tantum tamquam sancti prophete a deo missi et ipsum
non perceperunt hic taceri. Et postquam hic quod
nerunt divinitatem eius ut patet ex precedenti
confessione, precepit ut eius divinitatem
aliis non divulgarent, ne vulgares homines
qui viderent eum pati tam ignominiose
scandalizarentur de eorum predicatione. Sed
postquam surrexit a mortuis vita post
victoriam mortis, hoc voluit publice
predicari. Unde glossa: non prodest publice
maiestatem predicare populis qui visuri
sunt me pati multa. Quod tunc demum habe-
tur non potuimus deitatis ostendit. Exinde
cepit Jhesus. Hic subditur modus passionis.
Ubi ostenditur primo ignominia passionis. 2° ex
opposito gloria resurrectionis ibi Et tertia die.
In primo tangit patiendi voluntatem, quia
sciens ad hoc ibat. Utilitatem quia opor-
tebat. Voluntatem quia multa pati. Crudelitatem
quia occidi. Dicit ergo Exinde scilicet post publi-
cam confessionem. Cepit Jhesus ostendere discipulis suis
tamquam prioribus. Glossa dicitur circa publi-
cationem predicationis quod dictum est tunc predicare
cum ipsa passus fuero quia cum non prodest.
Item glossa: ne scandalizaretur in eo quod
paulo post visuri sunt consputum et crucifixum.
Quia oportet eum ire Jerusalem, quia erat
preordinatum a deo patre. Quod ibi compleretur
misterium redemptionis nostre. Illud autem
quod preordinatum est a deo infallibiliter
eveniet, quia licet non sit necessitas
coactionis est tamen ibi necessitas consequentie. Et in
urbe ubi doctores passurus. Prophetatum fuit in
psalmo: operatus est salutem in medio terre.
Et Luc. 13. non capit prophetam perire ex-
tra Jerusalem ~~extra urbem~~, scilicet inde. Et multa pa-
ti quia comprehendi, colaphizari, conspui,
accusari, deridari, flagellari. A senio-
ribus qui debebant habere preeminentiam
vite, et scribis qui videbantur habere scientiam

quomodo scilicet in gloria resurget et ad sedem patris redivet et tunc predicarent.

ne videlicet temerarie

ex gratia

prognatiam sue | Et principibus sacerdotum
qui habebat excellentiam potestatis | Et occidi sc.
a gentibus qui eum crucifixerunt manibus
suis. Jo. 19 | Et tertia die resurgere. Hic
predixit ut minus contristarentur de eius mor-
te | Sed hiis Act. 5. Quem occiderunt
suspendentes in ligno | Hunc deus tertia
die suscitavit | Oportebat ista adim-
pleri quia adeo preordinata erant | Et as-
sumens eum | Hic subditur difficultas
tollerantie passionis | primo quantum ad increpacionem
petri | secundo quantum ad arguicionem christi ibi
qui conversus | In prima tangit primo increpa-
cionis formam | secundo materiam ibi Absit a te
domine ergo | Et assumens eum petrus Intelli.
ne videretur temerarius | separatim et ad partem ne coram aliis
magister videretur argui | Et est argumen-
tum quod subditi non debent prelatos arguere
in aperto | Cepit increpare illum sc. xpm
Intelli. amatorie affectu cepit quia non perstitit
in increpacione | Absit a te domine non erit
tibi hoc. sc. quod filius dei ita ignominiose
pereat | Vel sic Intelli. non potest esse ut filius
dei occidatur | Sed carnalis potius arguit
dominum quam alii apostoli | glossa non vult petrus
destrui suam confessionem ne putet filium
dei posse occidi | Id est quod in hebreo
habetur propicius esto tibi domine non erit
tibi hoc sc. tam turpe patibulum tam
grave supplicium | Sed queritur si petrus
peccavit increpando dominum | Videtur quia
dominus eum redarguit dicens Scandalum
michi es | glossa i. me offendis | Ad idem
petrus ait Absit a te domine glossa | optan-
do ergo optabat contra voluntatem domine
Vnde quod etiam vocatur sathan | Respondet glossa
dicit quod petrus cecidit in caritate
sed non a caritate | Septies in die cadit
iustus [illegible] Similiter cecidit petrus contra
ancilla xpi passione | quando postea [illegible]
[illegible] cecidit a caritate instante

passione | Unde peccavit venialiter non mortaliter
secundum istos | Ad obiectum secundum doctores quod offendit
dispensative non simpliciter | Ad aliud dicendum quod quia
vim optare voluntati domine ex quadam naturali
pietate non quod est peccatum mortale | Vel dici-
tur quod fuit contrarius voluntati domine in vo-
lito non in nolito | Alii dicunt quod non
peccavit nec optavit simpliciter quod dixit
sed conditionaliter sc. si bene fieri posset | Sicut
apostolus ad Ro. 9 optabat se anathema
fieri pro fratribus | Dominus autem arguit eum ne prece-
deret ultimus ad volendum hoc simpliciter et
efficaciter | Qui conversus dixit | Hic ar-
guitur petrus a xpo | Vbi tria quia adversatur domino
et sic dicitur sathanas | Et quia prebet occasionem
mali. ideo scandalum | Quia discordat a volun-
tate dei | dicitur non sapis ea que dei sunt | dicit glossa
conversus. i. faciem versa circa petrum ut cum indig-
nacione ipsum argueret | Dixit petro arguendo
ipsum | Vade post me Intelli. sequere sententiam meam
Sathana i. adversarie | quia mee voluntati
adversaris qua salutem humani generis volo operari
| Glossa. Sic ergo dominus [illegible] arte instructus
petro dixit. vade post me sathana | Scan-
dalum es mihi. i. das mihi occasionem offensionis
vel ruine | Scandalum ibi accipitur improprie
| Scandalum activum proprie dictum est dictum aliquid
vel factum minus rectum prebens occasionem ruine
alteri | Scandalum autem passivum est ruina
alicuius ex tali dicto vel facto | neutrum autem
locum habere potuit | Et ideo scandalum hic
accipitur pro impedimento q. d. Scandalum mihi es
i. quantum est in te vis salutem mundi impedire
cuius racio est | Quia non sapis ea que sunt dei
i. preordinacionem divine voluntatis | Sed ea que
sunt hominum i. modo carnali pro me zelando
Intelli. Non placet tibi ut per mortem meam redi-
mam mundum que est voluntas patris sed carnaliter
hoc sapis. Ad Ro. 8. Qui in carne sunt que
carnis sunt sapiunt | Et ad Philipp. 3o quorum gloria eorum
in confusione qui terrena sapiunt | Ergo sapere

debemus non humana sed divina / non carnalia sed spiritualia / non terrena sed celestia / Sed quia hic (petrus) quo quidem revelacione potitus erat / et beatificatus fuit a christo sicut / ita cito cecidit ergo / cum filius dei est moneat / sed mysterium crucis non intelligens / sathanas vocatus est / Unde primo dixit ex revelacione patris celestis / 2m ex revelacione carnis et sanguinis / Secundum quod christus non corripuit sicut Herodes Johannem baptistam qui prohibuit eum baptizari / Item sicut ita dure redarguit petrum / sicut eum dyabolum redarguit / supra 8 ... Unde ondit se prophetam ex occultorum cogitacionem et ondit ex alio et alio affectu prohibiciones procedere / Johannes prohibebat ex affectu humilitatis et reverencia maiestatis / et ideo instruitur / sine modo / Petrus increpatur pro affectum inordinati amoris quo nimium fervebat / Unde nec de passione christi audire poterat / et ideo redarguitur tamquam reducibilis vade post me / Dyabolus vero adversabatur ex affectu malignitatis / et ideo repellitur tamquam irreducibilis vade retro sathanas

Tunc ihesus dixit discipulis suis / hic hortatur eos ad sue passionis imitacionem / et primo ponitur exhortacio / 2o exhortandi racio ibi Qui enim voluerit animam suam / hortatur ad tria primo ad negandum semetipsum per renunciacionem proprie voluntatis / 2o ad tollendum crucem per mortificacionem viciorum carnis ibi Et tollat / 3o ad aspiciendum se per contemptum habundancie qualis ibi Et sequatur me / Tunc scilicet post obiurgacionem petri Ihesus dixit discipulis suis Si quis vult venire post me mea doctrina et fide sequendo / alias (?) ... Convocata turba cum discipulis suis / quia cum primus dicat se dixit discipulis seorsum hic autem generaliter loquitur / quia imitacio passionis ad omnes pertinet vel per martirium vel per patientiam / Et vide quod dicit vult quia neminem cogit ut fuerunt sic servus domino sed primum sit

fuerit sibi / quia dicit Augustinus / non venimus coacti vita / abneget semetipsum et ... non tamen sua sed semetipsum id est suos affectus suam voluntatem / non solum meam patris non impediendo / sed et me in hoc imitando. Unde Abneget semetipsum id est renunciet propriis voluntatibus / quas habet per vetustatem vite Unde paulus ad gal. 2o vivo ego iam non ego sed vivit in me christus et tollat crucem suam / per mortificacionem sui carnalis appetitus / per compassionem proximi / et si nunc sint per sustinenciam martirii / glosa / crucem tollit vel qui per abstinenciam corporis / vel ad compassionem proximi animum affligit / Item glosa crucem abstinencie sumit paulus / dum dicebat castigo corpus meum et in servitutem redigo / compassionis cum ait quis infirmatur et ego non infirmor / Et sequatur me per sufferenciam penarum ex caritate / illa est via sanctorum omnium per multas tribulaciones et adversitates voluntarie et ex caritate / ad prelia aut vitam induat dicere / Qui enim voluerit animam suam salvam facere perdet eam hoc dupliciter potest intelligi / perdere enim hic duplicem sensum habet / Uno modo est idem quod amittere / Qui enim ergo voluerit animam suam id est suam animalem vitam salvam facere sibi hic per delicias et voluptates / quia hoc est vitam salvare secundum opinionem carnalium / talis perdet eam sibi in futuro / quia obligat eam ad penam inferni / et ad eternam mortem / Alio modo perdere est idem quod deserere Et est sensus / Qui enim voluerit animam suam salvam facere sibi in futuro quantum ad premium vite eterne perdet eam id est deserat corporis laboribus et passionibus pro christo exponendo / ex quibus sequitur separacio anime a corpore / et hoc est animam perdere secundum stultam opinionem carnalium / licet sic salvatur ea secundum veritatem / primus sensus est magis conveniens Qui autem perdiderit animam suam in tribulacionibus et morti se tradendo / sed ex ponendo / vel per

pnam affligendo per me Iudici non per
vanam gloriam uel aliud quodlibet / sed per xpi
eius mandata faciendo Qui perdiderit animam suam propter
me mortificationem corporis dicit inveniet eam
in futura gloria / et quia tunc sit timor
talis preponenda est omnibus corporibus et
temporis / et ideo subdit Quid enim prodest
homini si universum mundum lucretur .i. diviti-
as delicias et honores / anime autem sue
detrimentum patiatur .i. amittendo gloriam
incurrendo penam eternam / q. d. nichil.
prodest / totum inutile est / Ambrosius valde ca-
vendum est / ne per avaritia pereuntes / ut amo-
rem corporalis vite / salutem anime quam
negligamus / quia nichil prodest luctari tempora-
lia / si perdant eterna / glosa dicit hic super
illo verbo / Quid prodest homini etc. Tria hic
tempus persecucionis / hic et tempus pacis /
hec tria designat in precepto / tunc tempore
persecucionis ponenda est anima / tempore pacis
frangenda sunt terrena desideria / Aut
quam dabit homo commutationem pro anima sua quasi
Iudicium nec lucrum / nec timor / nec aliquid ad
hoc vetat a salute / quia quam commutationem
vel quod ullum temporale equivalet ipsi anime
que immortalis est / vel sic eternam commu-
tationem .i. redempcionem dabit pro anima sua
dampnata per temporalia q. d. si darentur
pro ea mundus non liberaret / quia zelus et
furor viri non parcet in die vindicte
nec acquiescet cuiusquam precibus / nec suscipiet
pro redempcione dona plurima / unde glosa
nichil tenemus pro anima perdita potius dare
Filius autem hominis Supremus porta est
fundacio civitatis / primo quantum ad fidem
incarnacionis / 2o quantum ad fidem redempcionis
3o quantum ad fidem retribucionis que est
in adventu ad iudicium / dicit ergo Iam dixi
illam dabit homo commutationem pro anima sua
Filius autem hominis .i. virginis / quia ita se
vocat per sui humiliationem / et carnis veritatem /
et hominis puritatem / Venturus est ad

iudicandum in gloria patris sui / quia virtute et glorie
sue manifestacionem quam habet apud nos premium / vel
quia in eadem maiestate et gloria veniet et
appellat, quam habet pater / quia est una maiestas / Iudici
enim in primo venit humilis / tunc veniet in maies-
tate et gloria / cum angelis suis ipso 3o / dominus
ad iudicandum veniet cum senioribus populi sui
Angeli habebunt ministerium in isto iudicio scilicet bonos et malos
congregandi / malos a bonis separandi / et
malos in caminum ignis mittendi / glosa / ne dicas
videntes pati / timuit remuneracionem et premium
promisit / quia non sunt condigne passiones huius
temporis ad futuram gloriam que revelabitur in
nobis / Et tunc reddet sine tempore dilacione
unicuique sine personarum acceptione
secundum opera sua / sine munerum corrupcione / Apoc.
ult. Ecce venio cito et merces mea mecum
reddere unicuique secundum opera sua / Iudici reddet
unicuique .i. omni condicioni / omni persone / secundum
opera sua / stella enim differt a stella in claritate
Amen dico vobis Supremus porta civitatis
eterne fundacio hic subditur fundacio veritatis
confirmacio ubi ponitur primo confirmacio fidei predicte
2o fidei primus scripti capitulo ibi / Et in Ierusalem
venit cum discipulis eius fides autem dicte
veritatis confirmatur per transfiguracionem / cuius transfigura-
cionis ponitur primo promissio / 2o exhibicio sequenti
capitulo / dicit ergo Amen dico vobis / glosa / quia iudices
erant apostoli in presenti / promittitur eis aliquod con-
solacium ut certius credant de futuro / Amen
dico vobis quia firmum est de hoc / Sunt
quidam de hic stantibus hoc exponitur triplex
primo de claritatis assumpcione quam perceperunt post futurum
erat / 2o de gloria in re / 3o de ecclesie militantis
dilatacione / primo exponitur sic Sunt quidam de
hic stantibus .i. petrus Iacobus et Iohannes / qui non
gustabunt mortem / temporalem quam est quidem
gustus / respectu mortis eterne / Vel gustus dicitur
quantum ad bonos qui in morte non permanent
quia mors ab eis gustando liberatur quia statim
de morte transeunt ad vitam / Donec videant
autem filium hominis venientem in regno suo .i.

in ea claritate qua habuit eu venet ad iu
dicium sm glo in corpe mortali ondit eis
no i mortalitate s3 claritatem silem future
ymortalitati Et ita ptz est donec videant
filiu hois i. ymaginacom z reputa
com glie regni dei q̄ videbunt eu post
sex dies ab hac pmissione 2o exponit
sic Sunt quidam de hic stantibus hoc dr ut
concludat judeam qui no vidit nec glam
Xri no gustabunt mortem i. i glia
resurreccois z ascensionis q̄ imppetuum quod
regnabit Post vero ad illud tpus omes
apli vixerunt pter judam De istis duobus
fribus dr glo In regno videlz vitudis
ethe vel credendo sua potem in pnti glia
3o exponit sic sm Bedam pmittit aliqs
de discipulis suis visuros dilatacom ecce
usque p mortem exeant de mundo Et sic
dr Sunt quidam de hic stantibus qui no gusta
bunt mortem ut Johes ewangelista z quidam
alii qui vixerunt diu post passione donec
videant filiu hois in regno suo i. i eccia
dilatata regnante Et sic hic regnum xri
accipitur tpr i. claritas transfiguracois vel ecclia
crescente z pns eccia Capitulum xviii

Et post dies sex assumpsit ihus &c
Exposita porta est transfiguracois
pmissio hic subditur eius oustensio ad confir
macom fidei vrutis Circa qm transfiguracom
tangit tria Pmo antecedencia 2o concomita
cia ibi Et transfiguratus est 3o consequencia
ibi Rndens aut petrus dixit Antecedencia
tria exponit tpus testes z locum De tpe
dixit Et post dies sex id est dr mr. 9 Sed
dr luc. 9 factum est post hec verba fere dies
octo Sz beda dr z glo mt z mr ponunt
tm dies intermedios lucas vero addit
z pm quo pmisit z vltimum quo soluit
Ideo ista transfiguracio facta est ad ondendum
discipulis xpi glam future vrutis Illa
aut erit in octaua etate mundi sm luc
illi sc. mattheus z marcus designat per
sex mundi etates que precedunt ab ad vltmu
Assumpsit ihus petrum Jacobum z Johem
frem eius Isti eciam tres assumpti sunt
ad videndum glam future vrtutis pp prega
tiua eminencie spalis inter alios petrus
eni pp fruore fidei Johes aut excelle
bat progatiua castitatis Jacobus inter
alios discipulos primus sustinuit inter dis
cipulos martiriu pp xpm actus 12 Circa
eu qd vero Ambrosius sup lucam z Aug. sup
cplam ad gal videtur dicere qd Jacobus
qui fuit in transfiguracone fuit ille
Jacobus qui primo rexit ecclam ierosoli
mitanam z ille no fuit frater Johanis
z filius zebedei s3 filius alphei Sed contra
pz qr textus expsse dicit istu frem
Johanis z p ons filiu zebedei Ambrosius
z Aug no locuntur assertiue s3 magis opiniom
alioru referendo Mystice Quilibet enim
volt glam dei videre oportet qd p fidem
agnoscat sicut petrus q̄ vitia supplan
tet sicut Jacobus qui ad bona operand gra
tificat sicut Johes qr omne virtus consistit
in accedendo bonum declinando malum
z in faciendo bonum Vel sm glam p istos
tres designantur qd qui fidem trinitatis firmit
seruauerit in eterna visione gaudebit
Et duxit illos Incli glam maiestatis
ostensurus In montem excelsum sc. thabor
sz hic no in valle Et dz glo Inclite
ut discant glam no in pfundo huius
secli s3 in regno superne beatitudinis
ee querenda Secundo ad innuendum
qd contemplatiui dz ee a tumultu secular
segregati Lucas dr In montem orauit
qr sm glam Xrm resurreccom expectan
tes in excelsis dz habitare z precibus
continuis dz insistere Beda sm glam
qr ista z nunc eos sunt abmonens sic
pati z in futuro eos servabuntur euab
scondet eos in abscondito faciei sue
a conturbacone hominis Et transfiguratus
hic tangit concomitancia Et pmo transfigura

actu / 2o modo ibi / Et resplenduit / 3o
legislatoris et prophete testium / ibi Et ecce
apparuerunt / dicit glossa. Et transfiguratus est /
non dicit transfiguravit se / ut notetur actio fieri
ex tota trinitate / secundum ymaginem naturam humanitatis / Et trans
figuratus est / Intelligi non secundum carnis accidens
propter secundum gloriam future vite ordinem / Quo
modo / qui meruerit amici / Io. xiiii. Qui diligit
me manifestabo ei meipsum / secundum meruerit
mundi corde / super. v. Beati mundo corde
quoniam ipsi deum videbunt / secundum meruerit hum
les / super xi. Revelasti ea parvulis / Et
resplenduit facies eius sicut sol / ymo
plus quam sol / Et sic intelligi / Intellige quod
claritas cui comparetur secundum mundi habet / quod anima
christi a principio creationis fuit gloriosa
per apertam visionem / et perfectam fruitionem /
Beneplacitum ex divina dispensatione fiebat /
ut gloria anime non redundaret ad corpus /
ut sic corpus esset passibile et mortale /
ad implendum pretium redemptionis humane /
Et eodem modo ex divina ordinatione
factum est / ut gloria anime redundaret ad cor
pus hic transfigurationis / ut sic apostoli conf
firmarentur animarentur ad sustinendum
passiones / ad quas ipsos invitaverat
in precedenti capitulo / propter gloriam resurrectionis / Et sic
quod claritas gloriae quantum ad essentiam / secundum non quantum
ad modum / fuit eiusdem rationis cum illa
claritate que est in corporibus gloriosis / sed
non fuit ibi per modum claritatis qualitatis
permanentis sicut est in illis / sed per modum
transeuntis / et ideo illa claritas non di
citur dos gloriae / quia dos et sua ratio importat
qualitatem permanentem / Et est simile
de lumine elevante mentem pauli in raptu
ad videndum divinam essentiam / quod fuit eiusdem ra
tionis cum lumine elevante animas beatorum / sed tan
tum / quia non fuit in paulo per modum qualitatis
permanentis ~~sed permanentis~~ / sed per modum
qualitatis transeuntis / ideo ex tali elevatione
seu visione non fuit paulus beatus / quia
beatitudo importat permanentiam / Sequitur

Et vestimenta eius facta sunt alba sicut nix / quia
sic perfusa fuit lumine / ut alba esse appareret
Marcus ait / qualia fullo super terram non potest
facere / Quod communis ut dicit glossa super illo 2e. ad
Corinthios 3o / Non poterant filii israel intendere in fa
ciem moysi propter gloriam vultus eius / quod tanta
fuit claritas vultus eius / quod maior esse non
poterat / Et Rabanus et ut dicit glossa Mathei 1o. Non
cognoscebat eam donec peperit / quia ioseph ma
riam videre non potuit faciem ad faciem quam spiritus
sanctus impleverat / et tamen in corpore christi fuit
claritas ex virtute et gratia unionis cum deitate
que est causa naturalis et ex propria similitudine ad gloriam
celestem / que est eiusdem generis cum claritate
gloriae / et si non simpliciter / tamen secundum partem sicut cari
tas vie assimilatur caritati patrie / In moyse
autem vel virgine gloriosa fuit claritas per
gratiam receptam naturaliter / solum ex contactu sermonis
ut de moyse dicitur Exo. 34 / vel ex conceptu dei
mentali vel et corporali / quod hunc virgo beata
~~in~~ virginitatis et filius gloriose claritati / sicut
fides in via similis est visioni in patria / et
quantum enigmatica similitudine eius / Ideo claritas
in christo dicitur transfiguratio et non in aliis / Et
licet in moyse esset tanta claritas quod non
posset videri / hic non erat / quia maiori erat
claritate christi et gloriose claritati magis
similis / sed quia erat improportionata et offendebat et
disgregabat visum / et per consequens magis dissi
milis gloriose claritati / quia apocalipsis xxi. gloriosa
claritas comparatur iaspidi / qui visum delectat
et confortat et sic christi claritati conveniebat
Quam autem Ioannes dicit super apocalipsis quod rationibus quia deus
non potest in hac vita tam clarum facere sed
fuit claritas in corpore christi / Intelligendum / quod loquitur
de potentia ordinata / vel convenientie non abso
luta / Non enim est defectus ex parte divine
potentie / sed ex parte corporum nostrorum que propter
peccatum quod est oppositum vel repugnans gloriae /
non sunt susceptiva tante claritatis / Sequitur
Sicut quando in corpore mortali dum tanta gloria

immobilis potuit apparere / dixerunt quidam quod illa claritas fuit in aere circumfuso non in corpore eius / Alii dixerunt quod dominus in conceptione accepit corpus mobile et opacum / sed in transfiguracione ad horam accepit corpus mobile et clarum adherentes huic verbo transfiguratus est / Transfiguratio enim proprie est transitus de figura in figuram / Alii dicunt quod ab ipsa conceptione habuit corpus immobile impassibile et splendens per naturam licet non appareret / sed voluntate passibile propter dispensacionem incarnacionis / sed quando voluit ostendit dotes corporis / ut subtilitatem in nascendo / agilitatem super aquas ambulando / claritatem in transfiguracione / impassibilitatem in cena / et sic fuit transitus de figura in figuram non secundum rem sed secundum manifestacionem / sed hec omnia tacta sunt et tamen temeraria videntur propter auctoritatem Iohannis Damasceni dicentis / Nec putet eum amisisse veritatem corporis quam non subtraxit / sed splendorem addidit / unde hugo: facta est species eius altera / non alia / Unde dicunt doctores quod in corpore mobili ostendit miraculose gloriam immortalitatis / sicut miraculose de utero intemerate virginis exivit / sic miraculose super aquas ambulavit / secundum quid tamen potest dici naturalis / magis tamen erat disposicio Christi ad claritatem / ex unitate partis ex coniunctione ad animam gloriosam ex unione ad divinitatem / fuit ergo transfiguracio simpliciter miraculosa secundum quid naturalis / Et ecce apparuit ei / Hic ponit transfiguracionis testificacionem / et primo testificacio humana / 2o divina ibi Adhuc eo loquente / prima pars dividitur in duas partes / primo ponit testificacionem eminencium virorum in veteri testamento / 2o eminencium in novo ibi Respondens autem petrus / dicit ergo / Quod moyses et helias apparuerunt eis hoc est ipsis discipulis / similiter ne credat eum esse contra legem et prophetas / cum eo loquentes similiter de passione eius et morte et post de passione / et hoc exprimit luce 9 capitulo dicens Et loquebantur cum illo de excessu quem completurus erat in ierusalem / Qui quidem excessus fuit in sua passione / in qua sustinuit dolorem excessivum et ignominiam excessivam / propter amorem excessivum ad nos / Unde bernardus Augustinus loquebatur / Venisti quo mittebaris / natus de virgine / conversatus es / lassatus sedisti / sed non deus inter supplicia spiritum tradidisti / inchoasti sed non deus complesti / quos et perfecte complebis cum patris coeditor apparebis / [in patris apparebit quasi filius] Isti autem duo / moyses legislator / et helias maximus emulator propter honorem domini secundum quod de eo scribitur 3 regum 19 / zelo zelatus sum pro domino exercituum / Et ideo per testimonium istorum apparuit quod christus non erat dissolutor legis ut imponebat sibi iudei / sed magis adimpletor / similiter nec blasphemator divini nominis ut imponebat ei iudei / quia dicebat se filium dei / sed magis veritatis / Sciendum circa quod moyses et helias non fuerunt ibi secundum apparenciam fantasticam sed secundum veritatem / quia helias fuit ibi adductus de loco quodam eminenti ad quem fuerat translatus ut habetur 4 regum 2o / Et sic apparuit ibi in anima et corpore / Moyses autem ibi fuit adductus de limbo sanctorum patrum / non quia surrexit / sed quia anima apparuit ibi in aliquo corpore sibi adaptato / sicut apparent angeli in corporibus assumptis / per hoc autem ostenditur quod christus erat dominus vite et mortis / quia habebat testimonium helie qui adhuc erat vivus / et a moyse qui iam fuerat mortuus / Respondens autem petrus / Hic ponit testimonium apostolorum qui fuerunt eminentes in novo testamento / Ad cuius evidenciam sciendum / quod visio divine essencialis consistit in aspectu claro ipsius deitatis et perfecta eius fruicione / claritatis

aut consistit in aspectu humanitatis christi et
delectatione consequente propter quod sicut per instanti(?)
gnitu divinitati sunt sancti adiuncti in gloria
Isti autem apostoli qui admissi fuerunt ad
videndum transfigurationem non viderunt
ipsius divinitatem sicut paulus in rap-
tu/ sed tantum eius humanitatem in forma
tamen gloriosa/ et tamen in eius aspectu fuerunt
sic delectati quod voluissent ibi perpetue
manere/ propter quod dixit/ Bonum est nos
hic esse/ si vis faciamus tria tabernacula
nobis ad manendum scilicet. hic ostenditur. Tibi
unum/ moysi unum/ et helie unum/ Luce
ix° non videt duos ordines inordina-
tum esse quod cupit/ Lucas dicit/ [illegible]
petrus nesciens quid diceret/ sicut
cum ex magnitudine passionis et
timoris vel amoris/ aliquis prorumpit in
alia verba sine premeditatione/ Ita similiter
ex magnitudine devotionis et delectationis
dixit petrus illa verba/ que tamen non
erant rationabilia/ quia in solo aspectu huma-
nitatis christi non consistit beatitudo eorum
nec vera deus est sed ideo illud non de-
bebat sufficere pro finali beatitudine/ vii
glosa dicit Ecce petrus videns clarifi-
catam humanitatem/ tanto affectus est
gaudio/ ut numquam vellet ab eius intui-
tu secerni/ quid putandum est de illis
qui divinitatem videre meruerunt/ Nota no
quod claritas corporis christi de parte/ mul-
to excellentior est quam fuit claritas
eius in transfiguratione/ et generaliter solum
fuit similis claritati beatitudinis que
claritas est de multis et declarans [illegible]
no visu/ non ledens/ Item notandum christi pro-
nus per dotem claritatis/ manifestant
sua gloriam quam per aliam dotem/ et quia
nobilior est in genere corporalium et
evidentior/ nichilominus in sole possunt in-
telligi alie dotes ut scilicet agilitas

subtilitas et impassibilitas/ Item glosa dicit hic
de helia quod fuit eximius prophetarum/ Contra de
david dicit hoc in prologo super psalterium/
Item de moyse idem exodi xx in glosa/ Responsio
Moyses fuit eximius deo familiaritate [illegible]
[illegible] legis promulgatione/ Helias eximius
vite austeritate/ [illegible] auctoritate/ vite diu-
turnitate/ David eximius prophetie sublimitate/
regia dignitate et spiritualiter ei facta promissione
Item ambo testes tres sunt de celo he-
liam/ moysen/ et ipsum petrum/ Contra moyses
erat in limbo patrum/ helias in paradiso
terrestri/ generaliter neuter in celo/ Responsio de celo non
secundum existentiam/ sed secundum finem quia ibi futuri erant
perpetue mansuri/ Item quomodo beatus ambro-
sius cognovit quos numquam viderat/ Respondet
per revelationem super eos venientem/ In quo
innuitur quod in futura gloria/ alter alterum quem
numquam vidit cognoscet/ Adhuc eo loquente
hic ostendit affectum timoris/ et similiter in discipulis
cum affectu primo tangit causam/ 2° effectum
ibi Et audientes discipuli/ 3° consolationem
ibi Et accessit ihesus/ dicit ergo Adhuc eo lo-
quente scilicet petro ut loquitur imprudentia cru-
diretur/ ut magisterium christi ostenderetur/ ut
per maiorum testium fides confirmaretur/ Ecce
nubes lucida obumbravit eos/ Nota sicut nota
cum in baptismo christi/ in quo consistit regeneratio
et principium vite spiritualis/ apparuit tota
trinitas/ pater in voce/ filius in carne/ spiritus
sanctus in specie columbe/ Ita similiter quemadmodum
fuit/ quod apparet in transfiguratione per quam
ostensa est consumatio seu perfectio vite spiritualis/
scilicet gloria future resurrectionis/ Et ideo sicut fi-
lius apparuit ibi in carne decorata/ cum
claritate glorie/ Ita spiritus sanctus in lucida
nube/ per quam significata est plenitudo gratie
in christi predicatione/ per quod deum est/ Ipsum
audite/ pater autem apparuit in voce dicens Et ecce vox de nube
Hic est filius meus dilectus scilicet naturalis/ alii
non sed adoptivi/ dilectus eternaliter vel

dilectus quia acceptus sine culpa / quod non convenit
aliis qui accepti sunt in culpa. qui scilicet filii ire
ad ephesios 2°. | In quo michi bene complacui .i. in quo
divinum beneplacitum complevi vel de redempcione
mundi | Vel in quo michi bene complacui .i. nichil
in eo displicens reperi | quia secundum divinitatem
infinite perfectus | secundum humanitatem omnibus virtu-
tibus et gracia plenus | Dicitur enim deus potest
sibi placere in filio | ad similitudinem artificis quod sibi
placet cum opus suum sine defectu videt | Ipsum
audite secundum Remigium. ac si diceret Recedant
umbre legales / et typi phariseorum / et solum lumen
ewangelii sequimini | Vel ideo ut dicit Remigius
ait Ipsum audite ut illum esse ostenderet quem
moyses predixerat | dicens prophetam suscita-
bit vobis dominus de fratribus vestris. tamquam me
audietis ipsum | Remigius Hic | quia spiritus sanctus
ibi in columba / hic in nube declaratus est
Ratio quia dona sua per species declarare solet
Et quia in baptismate donat innocenciam / ideo
ibi per columbam designatur | In resurrectione autem
futura datur qui est refulgens et claritate
corporibus resurgencium / ideo in nube lucida
est declaratus | Et audientes discipuli ceci-
derunt in faciem suam et timuerunt valde | hoc
autem factum est / ad declaracionem humane fragilitatis
non posse tollerare divine maiestatis | Ideo tri-
pliciter ob causam pavoris [illegible] / vel quia
se errasse cognoverat | vel quia nubes luci-
da eos operuerat | Vel quia vocem dei
patris loquentis audierat / humana enim fragi-
litas conspectum maioris glorie ferre non susti-
net | Remigius / apostolos cecidisse in faciem
indicium fuit sanctitatis / quia sancti in faciem ca-
dunt / impii vero retrorsum | Sed queritur cur
turba audita voce patris in baptismo non ceci-
dit | et apostoli hic ceciderunt | Respondeo quia soli-
tudo et altitudo et splendor erat magnus /
et transfiguracio splendore plena / lumen
[illegible] / et nubes extensa / ex quibus omnibus
stupor in eis congregabatur / Et accessit
ihesus ad consolandum et tetigit eos similiter

et dubitantes consolando | Nichil [illegible] accessit et
tetigit ut metum fugeret / et verbis solidet
dixitque eis surgite nolite timere | Nichil
quos manu sanavit / sanat imperio
Levantes autem oculos neminem viderunt
nisi solum ihesum / quia moyses et helias iam
reducti erant voluntate divina ad loca
unde erant adducti | glossa / ablata nu-
be / viderunt ihesum / et moysen et heliam
evanuisse / quia postquam legis et prophetarum
umbra discessit que velamento suo apostolos
texerat / utrumque lumen in ewangelio reperitur
Et descendentibus illis de monte / precepit
illis ihesus dicens nemini dixeritis visio-
nem donec filius hominis a mortuis
resurgat | Ideo noluit ergo in populo predi-
cari / ne incredibile esset pro rei magni-
tudine / et ne post tantam gloriam ap-
paren[illegible] [illegible] crux scandalum
faceret eis.
Et interrogaverunt eum discipuli eius di-
[centes] post fidei nostre confirmacionem subditur
quo confirmacio fidei primus | [illegible]
primo per [illegible] / 2° per [illegible] ibi Et
cum venisset ad turbam / 3° per [illegible] ibi
[illegible] autem eis [illegible] sit ad confir-
macionem / [illegible] ad [illegible] / [illegible]
ad [illegible] | Circa [illegible] / [illegible] primo [illegible]
[illegible] cum fidem [illegible] / 2° [illegible]
[illegible] ad confirmandum [illegible] fidei primus
ibi Dico vobis / quia helias iam venit
In primo ponitur [illegible] discipulorum interrogacio
2° domini responsio ibi | At ille respondens
dicit eis | Et interrogaverunt eum discipuli
eius dicentes quid ergo scribe dicunt
.i. legis interpretes et doctores | quia
heliam oportet primum venire / in adventu
[illegible] Ubi nota quod discipuli audierant
a phariseis et legisperitis quod helias
debebat venire ante mundi consummacionem
ut habetur malachie ultimo | et [illegible]

dicti in morte
helia viderat credebat finem mundi
propinquum / sperabant enim quod ipse iam ci-
to recessurus esset / et nichil docuerat vel
predicaverat / cum tamen scriptum sit malachie
ultimo quod debeat convertere corda patrum ad
filios / et filiorum ad patres / Ideo que-
rebant intellectum huius dicti prophete / quod
sit intelligendus adventus eius ante
christum. Et salvator respondet / quod
duplex est ipsius adventus / Unus ad iu-
dicium in fine mundi / et sic preveniet
helias in propria persona predicando iudeis
et convertendo ipsos ad christum / et falsitatem
antichristi detegendo / Et hoc est quod dicit [at iudeis aut eis]
helias quidem venturus est .s. in fine
mundi Iuxta unde constat quod non
est primus adventus / Et restituet omnia
quia omnes iudei qui tunc invenientur ad
christum convertentur / Vel secundum glossam / Resti-
tuet omnia / omnia utique illa que propheta
deus predixit .i. corda patrum ad fidem
filiorum / et eorum / restituet et hoc quod morti
debetur / ut in marco apertius demonstratur
quia quod debetur morti et diu vivendo
distulit tunc solvet / Unus est
homo qui vivet et non videbit mortem
Augustinus q. de civitate dei / convertet corda
patrum ad filios .i. intelligentia patrum
producetur in intelligentia filiorum / ut
sciant illi quod senserunt isti / et eorum / Sic
convertet corda hominum illius temporis ad credendum
christo et resistendum antichristo / et hoc de primo
de secundo adventu christi / Aliud est adventus
primus christi in mundum qui iam precessit / et
sic prevenit helias in spiritu ut iohannes
baptista qui habuit zelum veritatis / Et hoc
est quod dicit salvator / Dico autem vobis
quia helias iam venit .i. iohannes bap-
tista venit in spiritu et virtute et helie
hec secundum glossam / Iuxta / helias ita venit
non corpore sed virtute et spiritu precursor

redemptoris / Ideo constat primum adventum esse comple-
tum / Et non cognoverunt eum .i. facta eius et doctri-
nam non approbaverunt / quia pharisei et legisperiti
baptismum et doctrinam Iohannis contempserunt et ode-
runt / Amos v° Odio habuerunt corripientem
in porta / et loquentem perfecte abhominati sunt
Sed fecerunt in eo quecumque voluerunt Iuxta
spreverunt et decollaverunt / Et quod dicit in plurali
fecerunt / cum hoc non fecerit nisi herodes / Et
re. Licet herodes hoc fecerit iniuste / pharisei con-
senserunt / quia probabile creditur quod herodes de consilio
eorum Iohannem in carcerem misit / herodias commo-
vit / puella petiit / Sic et filius hominis
non cognitus ab eis quia in mundo erat et
mundus eum non cognovit Jo. primo / non recep-
tus quia in propria venit et sui eum non receperunt
passurus est ab eis / iudeis in principibus / mili-
tibus exsequentibus / pylato iudicante / herode
consentiente / Et in hoc eludit errorem illorum
qui putabant eum nequaquam amplius moriturum
Tunc intellexerunt discipuli quia de Johanne
baptista dixisset eis / quia videbatur in eo impletum
esse quod deus dixerat / et quia erat alibi cum
helia vocaverat / quia verba christi attente rece-
pant Sed primo e. Fili si susceperis sermones
meos ut audiat sapientiam auris tua et
intelliges / Sequitur quia sic deus venit et
filius hominis passurus est ab eis / Contra
ille decollatus iste crucifixus / ille precur-
sor (?) venit hominis / iste ipse redemptor hominum
generis / Sed similitudo attenditur quo ad pas-
sionem in generali / non quo ad formam vel finem in passione
Et cum venisset ad turbam / Hic confirmatur
fides passionis per miraculum in curatione
lunatici / Ubi tangitur gratuite custodie infirmitatis
2° modo curationis ibi Videns autem Ihesus
/ dicit glossa / Et cum venisset ad turbam / seorsum
cum loquens fuit cum discipulis de ministerio
regni et de futura passione ad Accessit ad [pro multitudine de nocte (?)]
eum homo / iste erat de turba ut dicit glossa
q. genibus provolutus ante eum ad clamorem (?)

humilem implorarem / Sic homo in temptacionibus
et adversitatibus constitutus / Sed sic humiliatus eciam
corporaliter coram deo quia non mirum quod ex humilitate
corporis resurgit humilitas anime / Et gressus
dei ascendens / Miserere domine qui cum potens
aggredere quia tuum proprium est misereri et parcere / filio
meo / Iste quidam rogavit pro se ipso sed anime
re mei domine / quidam pro alio ut supra
xi. et hic / et Jo. x. de regulo cuius filius
infirmabatur capharnaum / quidam pro famulo
supra .8. de centurione / quidam pro contricionis
supra .ix. aperuit homines locum illius et obtu
lerunt ei omnes male habentes / quidam pro
inimicis ut stephanus actuum .7. / Et ad com
mocionem cum anima mea plectebatur / ut
nullus est qui abscondatur a calore divine
miseracionis / Quia lunaticus est / duplex enim de
causa demon aliquando secundum varietatem lune af
fligit hominem magis quam alio tempore / Una est
ut per hoc creatura dei scilicet ipsa luna infametur
ut dicit Jo. / Alia causa est quia propter mollitiem
cerebri ut nominamus quod secundum incrementum lune crescat
super quae luna habet dominium apparens in ipso
cerebro demon aptatur / Jo. in glo. / Augustinus
Gundulphus et multi dicunt quod Matheus luna-
ticum appellat / sic hodie peccator efficitur de
moniacus per multiplicem maliciam / lunaticus per car
nis lascivia / mutus per impacienciam / surdus
per inobedienciam / Vel secundum hec causa facit pater
quod per demonem significatur scilicet lunaticum per conti
nuam in malo varietatem / surdum ad verbi
dei ammonicionem / mutum ad laudes divine
confessionem / Eccl. xxi. Stultus ut luna mutatur
Et male patitur / in quo innuitur acerbitas
morbi / Mar. ix. / et Luc. ix. habetur Spiritus
apprehendit eum / et allidit / et spumat / et stri
det dentibus / et arescit / Nam sepe cadit
in ignem / et crebro in aquam / In quibus innuitur
periculum morbi / et tangit duo elementa quae
circa homines contingunt / Cadit per suggestionem
diaboli / secundum glosam hoc frequenter cadit in ignem

iracundie et libidinis / in aquam cupiditatis
et gulositatis / Et obtuli eum discipulis
tuis / hic innuitur difficultas / cum dicitur
Et obtuli eum discipulis tuis / Et non
potuerunt eum curare / Cuius infirmitati
sed discipuli sed non omnes / Tres enim ex
cepti / petrus Jacobus et Johannes cum aliis
non fuerunt / qui illum lunaticum curare
non potuerunt / Vel secundum glosam / latenter
hic accusat apostolos / cum sepe impossibili
tas curandi non ex vicio [dantis / curatis] sed eorum qui cu
randi sunt pueriat / In hoc quod dicit obtuli
discipulis habetur argumentum / quia peccator
qui signatus est per illum lunaticum debet
se presentare sacerdoti / In hoc quod non po
tuerunt curare / ostenditur quod solius dei est
remittere principaliter peccata / Unde sicut
membra prius a capite recipiunt sensum
et motum / ita ecclesia sine papa qui est
caput ecclesie / secundum utramque naturam nichil
potest facere / Queritur quare discipuli non
potuerunt curare illum lunaticum seu
demoniacum / cum Luc. ix. dominus dedit eis
potestatem super omnia demonia / Et supra x. dicitur
dedit eis curare / Responsio Illa potestas data
est eis in illis qui digni erant curacione
/ Hic autem quatuor fuerunt impedimenta
propter quae non potuerunt / Primo propter infidelitatem
petentis / 2o propter peccatum [sive] pueri propter quod
punitus erat / 3o propter tepiditatem fidei
apostolorum / 4o propter difficultatem morbi cu
randi / Et ideo infidelitas arguitur
cum subditur / O generacio incredula / Indig
nitas ostenditur ibi Et increpavit eum
ihesus / Remissio fidei promittitur ibi Si
habueritis fidem sicut granum synapis /
difficultas morbi aperitur ibi Hoc genus
demoniorum non eicitur nisi per oracionem
et ieiunium / Vel potest alia causa assignari
quare discipuli illum lunaticum curare
non poterant / quia videntes discipuli

ia

qui non erant admissi ad secreta xpi / sicut alii tres discipuli petrus / ~~aliquid humanum pas~~ si inuenit quodam modo presumptionis in ui (displicentie) de sicut clarius videbitur capitulo sequenti / Et ideo ex hoc factum est quod in absentia xpi non habebat tantam virtutem demones expellendi sicut ante / Respondens ihesus ait hic patet (medici) constantia curationis / Respondens ihesus ait / O generatio incredula et peruersa / et peruersa quamdiu ero (quamdiu ero vobiscum) / quia peruersi et increduli erant / quousque vos (increduli) patiar (patiar) / Iuxta non tedio superatus / qui mitis est / in verba (indignationis) prorupit / sed sicut medicus iratus contra propria sua agenti / Vel secundum glossam / loquitur mansuetus non hominem sed vicia / culpe / non nature / Et quod pater arguitur in eo / cui potius debet argui quod quia turba cum illo infidelis erat / Secundum glossam / per unum hominem iudeos arguit de infidelitate / Unde addit / Afferte huc illum ad me / illum miserum / ad me misericordem / Unde ex hoc patet / quod tamen deus ab infidelibus sua mira non subtrahit / Et increpauit eum ihesus / glossa / Iuxta (increpauit) puerum sed non demonem (increpauit) / ut audeat / tradidit eum inmundo spiritui / propter peccatum suum / vel parentum (suorum) / quia secundum / ab infantia passus est / Ideo potest dici / quod propter peccatum parentum passus fuit ab infantia / sed cum adultus factus fuit / propria voluntate peccauit / et si non morbum / tamen continuationem morbi meruit propter peccatum proprium / Vel increpauit illum scilicet demonem / quod videtur per illud quod quia cum accederet puer et vidit ihesum stantem / spiritus conturbauit illum / Et exiit ab eo / Increpauit ihesus spiritum inmundum / quid generatim est / quod dicitur in glossa (increpauit) puerum non demonem / Sed non increpauit demonem tamen / Unde utrosque increpauit scilicet demonem propter longam obsessionem / puerum

propter peccatum suum / Vel secundum glossam / Lucas dicit de isto lunatico / quod cum vidisset dominum statim spiritus conturbauit eum / et elisus in terram volutabatur spumans / et domino iubente ut exiret / clamans et discerpens exiit / quia sepe ut dicit glossa / dum quis post peccata ad dominum conuertitur / magis a dyabolo impugnatur / vel ut eum virtutem minuat / vel expulsionis sue vindicet iniuriam / Exiuit discerpens et sumens clamore terruit / quia (dyabolus) ~~pleropus~~ dum de corde expellitur / acriores temptationes excitat / quam prius / quando possidebat quietus / Ideo quod plerique incipientes (de fine) plerasque conuersiones temptationes et impugnationes a dyabolo sustinet / qui ad dominum conuertitur et probus vir retrahere debet propter consilio quod habet ipse discrete generit / ne recadiuet quia recidiuacio periculosior est ut scriptum pro prima consuetudine / Et exiit demonium ab eo / et curatus est puer ex illa hora / Iuxta quia ibi nullus morbus preualet / ubi omnipotens (fuit) imperat medicus (plena) / Et dicit puer cum in expectatione (in exspectatione si ex ignorancia habitu ...) / quia iam factus fuit adultus / Vel puer fregit propter suo accepit in scriptura / Vel quia ex curatione puerum effectus est / Osee xi / Ego quasi nutritor effraym portabam eos in brachiis meis et nescierunt quod curarem eos / Tunc accesserunt discipuli ad ihesum secreto vel hic arguit deus discipulos / ostendens primo unde fuit curationis difficultas / secundo propter oppositum unde esset facilitas / ibi Amen dico vobis / Dicit ergo / Tunc scilicet post increpationem lunatici et curationem / accesserunt discipuli ad ihesum secreto / probabiliter cum timebant discipuli / quod ex culpa eorum erat in parte / quod demonium eicere non poterant / ideo nolebant de hoc deum publice interrogare sed magis in secreto / Unde Crisostomus forte timebat ne grauiter perdidisset quam acceperant / et ideo secreto interrogabant / Et dixerunt quare nos non potuimus eicere illum / Dixit illis ihesus / propter incredulitatem vestram / Iuxta (illa dicit) Tunc quando non

expandendum / non est impossibilitas potestatis / sed
culpa deprecantis / [illegible] / Quare hic fuit
propter incredulitatem patris / Item discipuli non erant
infideles / Ergo incredulitas patris et si fuit
causa non tamen totalis / sed cum hac incredulitas discipulorum
/ Ad aliud dicendum quod discipuli increduli
non propter defectum fidei sed iudicii / sed propter pressuram
fuerunt cruciati / Unde Hilarius / Christo in monte
demorante / ipsis cum turba residentibus fides
eorum tepuerunt / Vel dicendum / quod causa fuit quod
Christus in [illegible] / Unde est propter interventum motum
turbationis et invidie quam tres apostolos / qui
fuerant cum Christo in monte / interveniens quedam
tepiditatem in fide / ex quibus sic evenit quod non
poterant demonium eicere / Amen quippe
dico vobis / Hic ostendit facilitatem expul
sionis / primo respectu cuiuslibet demonis generalis /
secundo respectu huius demonis specialis / ibi Hoc genus
demoniorum / Primo dicit / Amen dico id est veraciter
dico vobis / si habueritis fidem sicut granum
sinapis / Ex hoc arguit Ieronimus / quod apostoli
infideles erant / Nam cum granum sinapis sit
minimum inter semina / si non habebant fidem sicut
granum sinapis / nichil de fide habebant / Ergo
quod non fuit ibi comparatio ad quantitatem seminis /
sed potius ad virtutem / Unde sensus est / fidem sicut
granum sinapis id est similem in fervore grano si
napis / Unde Glossa / fidem perfectam / grano sina
pis comparat / quod est in facie humile / in pectore
fervens / Hoc vult [illegible] apparens sed profun
[illegible] quod intus sit ostendit / Cum apostolus di
ceret omnem fidem ita ut montes transfer
rem / quia ad hoc faciendum oportet habere magnam
fidem / Et Glossa / granum sinapis / nisi de capite
[illegible] [illegible] / Item magis attritum
plus redolet et virtutem emittit / Sic primum
est / Sic fides probata / errorum et viciorum super
fluitates expellit / Actuum 17 / fide purifi
cans corda eorum / Item minimis attrita / sui
odoris magis diffundit / primo Petri primo / ut pro
batio fidei vestre preciosior sit auro quod

per ignem transit / Item humilem intellectum
reddit / secundo ad Corinthios 10 / in captivitatem
redigentes omnem intellectum in obsequium
fidei / Dicetis monti huic / Dicetis
id est dicere poteritis monti huic / Transi hinc
et transibit / Licet apostoli non le
gantur montes transtulisse / forte propter
[illegible] utilitatis / vel in [illegible]
sed ad bonum [illegible] / Legitur tamen hoc
fecisse aliqui sancti patres in vitis
patrum / Apostoli tamen cum legantur maiora
fecisse virtute fidei / quia mortuos sus
citasse / et cecos illuminasse / et cetera
que non sunt sine virtute divina / Unde
alibi / Quecumque in nomine meo
petieritis credentes accipietis / Vel per
dicti / quod mons accipitur metha
phorice id est dyabolus superbus / qui propter superbiam
monti comparatur / Unde sensus / Dicetis
monti huic id est superbo dyabolo / qui est
mons pestifer / Ieremias 51 / Transferatur
montes in cor maris / Transi hinc
ab obsesso corpore / et transibit / sensus
in altum maris id est in profundum inferni
/ Et nichil impossibile erit vobis
ad imperandum / si expediens / sensus nulla
id est incommoditas erit vobis insanabilis
[illegible] / Omnia possibilia sunt credenti
/ Hoc enim genus demoniorum non eicitur nisi
per orationem et ieiunium / Non oratio que est
mentis elevatio in deum / et ieiunium per
quod refrenatur caro / sic effectus fidei
[illegible] cum sicut in diversis corporalibus
administrandis / diversi angeli a deo de
putantur et diversorum ordinum / Sic etiam
in diversis temptationibus diversi demones
diversos effectus temptationis habent / quia alii
preesse dicuntur de divitiis congregandis
/ alii de honoribus appetendis / alii
de fornicationibus explendis / Sed alii

dic spiritus superbie / Aliquem spiritus luxurie
aliquem spiritus avaricie / Iste autem demon
habebat potissime dominium cupiditatis de
bes carnis / quod luxuria potissime refrenatur
per orationem et ieiunium / et per quod demon
per talia superatur / Sic glossa / Ista carna
lis voluptatis mutabilitas non mutatur
vel vincitur nisi spiritus orationis confirmetur
et caro per ieiunium maceretur / Conversanti
bus autem eis in galilea / Consummata
fide discipulorum plenius / primo per opera, secundo per
miracula / hic tertio confirmatur per verbum
dei / Conversantibus autem eis / scilicet ihesu et disci
pulis in galilea / Ubi dominus fuerat concep
tus et nutritus / Dixit illis ihesus repe
tendo quod prius dixerat / ut amplius mentibus
eorum infigeret / Filius hominis tradendus est
[illegible] / per lectis mitigat tristitiam / ut cum
venerint que previsa / minus moleste fe
rant / Filius hominis tradendus est / traditur
a patre per caritatem nimiam / a seipso per
obedientiam voluntariam / a iuda per cupi
ditatem maximam / a iudeis per invidiam
dolosam / a pylato per pusillanimitatem
indebitam / In manus hominum / id est per instinc
tum demonis / iniustis eorum inde hominum
est / In manus dampnabilium nationum / huma
nus sentiendum iudeorum et gentilium / Et omnium
statuum quorum militum / regum / principum
sacerdotum / religiosorum et plebeiorum / Et occident
eum magna iniquitas / quod homines occiderent
hominum salvatorem / Et tercia die resur
get / Sed / per spem admiscet tristitiam / si
tristitia per accidentis quod sustinetur / si
per spem quod non recipietur et minus
defluet / Et contristati sunt vehementer /
ex amore magno / quod habuerunt ad christum /
quia eius societas eis erat dulcis
et grata / quod non est mirum si contristati sunt
passio eius audita / Licet necdum mor

tis / nondum habebant / nondum [illegible] per
nunciata / potuit eos exhibere a tristitia
/ Christi autem galilea interpretatur transmigratio / quia transmi
gratis istas mundi voluptates / et non ibi
pausantibus / divina iustitia et archana redemp
tionis nostrum genus revelantur / Unde et per
dominus predixit passionem suam apostolis supra 16 / et
infra 20 / quia super passionem patentia ad imitationem
Ubi sequentur ibi et in vult venire post me / Hic
ad fidem confirmationem / supra ad discipulorum
premissorum / ut flagella premissa minus feriant
/ Cum ibi dicitur ecce ascendimus ierosolimam et
filius hominis tradetur / Item non habet dicitur.
Contristati sunt vehementer / Contra luce 9 et
Marci 9 dicitur quod ignorabant verbum istud / et erat
velatum ante eos ut non sentirent / si ergo penitus
non intelligerent quid contristarentur / Respondeo bene intellige
bat verba que dicebat. Unde contristabantur / sed quia
filius dei / pateretur ignorabat / Unde Ieronimus super
super marcum et lucam aliquem verbum ignorabat /
non tam ingenii tarditate quam amore contin
gebat / quia quem deum credebat / credere nolle
bat moriturum / Item quia / debebat
velle passionem christi / sic de ergo male contristabantur
/ sed non debebat conformare voluntatem suam /
voluntati divine / quod volebat passionem christi / Respondeo passio
christi contingit considerare duplex / aut secundum se
et absolute ut passio / aut in comparatione
ad finem scilicet ad nostram redemptionem / Primo modo
habet rationem mali / quod detrimentum paciebatur /
et sic noluerunt apostoli / sed sic voluerunt iudei /
Secundo modo habet rationem boni scilicet mundi redemptionem / etiam
utilitatem corporis gloriam / et sic voluerunt
apostoli / Et cum venissent capharnaum / hic ostenditur
passionis eius efficatia quia est libertas redemptorum
quia per passionem christi sumus a servitute diaboli
liberati / et ista libertas hic declaratur cum dicitur
/ Et cum venissent capharnaum / Capharnaum erat civi
tas principalis in galilea / et ideo ibi ma
nebat qui tributum colligebat ex parte romanorum /
/ Accesserunt qui didragma accipiebant
id est exactores tributi / quod augustus cesar

fecit iudea [illegible] ut omnes censum capi-
te redderent / Capharnaum autem census erat di-
dragma i. denarius qui pro capite solvebatur
/ Stater idem est quod siclus / qui valet 20 obolos /
Didragma media pars / dragma quarta pars / et
ideo unus stater sufficiebat ad solucionem pro
duobus / Unde et stater invenitur afferri de
ore piscis / Nota quod dragma proprie est
[illegible] / et est genus monete habens ymaginem
regis / de quo Luce xv. que mulier habens drac-
mas decem / Item est genus ponderis quod sepe
accipitur in medicina / Et dragma dragmatis
est genus carminis ubi alii incipiunt / alii
respondent / Et sic dicitur dulcia cantica drag-
matis / Ad petrum [illegible] propter signorum magnitudinem /
non audent ipsum Christum aggredi / Et dixerunt
magister vester non solvit didragma quasi dicat
[illegible] ut solvat / Et ait petrus etiam quasi diceret hoc
est [illegible] glossa dicit / et est beda [illegible] / per
Augustum cesarem iudea facta est tributaria
et omnes censum capite ferebant / Unde Joseph
cum maria cognata sua profectus est in
Bethlehem / unde quia nutritus est in nazareth
que est oppidum galilee urbi capharnaum
subiacens / ibi postulantur tributa / et propter signorum
multitudinem non audent ipsum aggredi / sed
conveniunt discipulum / utrum maliciose sive
fideliter / Utrum reddat tributa cum quod dicat
cesari / Et cum intrasset in domum / hic ostenditur
ad oculum eorum visio dicens / Et cum in-
trasset in domum scilicet ihesus cum discipulis prevenit
eum ihesus scilicet petrum dicens / Et sic prevenit
petrum dominus / vel prevenit dominus petrum / non
volens expectare postulacionem tributi / ne scan-
dalizaretur apostolus / sciens quod de hoc petrus
querere volebat / Et ut [illegible] audent / quia
absentia ut presentia cognoscebat / Quid tibi
videtur symon [illegible] a petro querit tributum /
a symone consilium / [illegible] tributum [illegible] di-
lectionis [illegible] / [illegible] / vectigalia
vero soluntur et consilia capit / Reges terre a
quibus accipiunt tributum i. debitum de capite
vel censum i. redditus a filiis suis an ab

alienis / Non iudex innuit / indicans quod
petrus fuit [illegible] altius [illegible]
si bona est / et invidos qui dampnat
quod ab alio dicit / Item quod non sunt
contemnenda a prelatis / consilia minorum
At ille scilicet petrus dixit ab alienis / dixit
illi ihesus ergo liberi [illegible] / ergo liberi
sunt filii / Iuxta [illegible] magistri dominum regni
Nam ipse christus erat filius dei [illegible]
[illegible] / et pro quo nulli subiectus / Et [illegible]
[illegible] humanam erat filius david / et
pro quo liber a tributo / quod filius regis [illegible]
[illegible] / Unde glossa et est beda / unde
[illegible] tamen filius regis erat
ex david natus / et omnipotens [illegible]
[illegible] ut filius regis / tributa non debebat
sed [illegible] decet eum imple-
re omnem iusticiam / [illegible] quod apostoli qui
erant de eius familia erant liberi
/ Ex hoc [illegible] dicti qui sunt
de familia Christi / non tenentur ad tributa
regum et principum / nisi forte [illegible] vel
feodis vel aliis bonis [illegible]
/ De hoc [illegible] tempore [illegible] / et [illegible] tempore
[illegible] / Ut autem non scandalizemus eos [illegible]
i. non [illegible] offensionis / [illegible]
vi. [illegible] non vitavit scandalum phariseorum
/ quia illi sapientes / isti simplices / illi
ex [illegible] malicia / isti ex ignorancia offendere
debebant / [illegible]
[illegible] scandalum aliquando oritur ex malicia
qualis fuit scandalum phariseorum / tale contemp-
nendum est / sicut dictum est [illegible] vi / Aliquando
oritur ex ignorancia / et tale scandalum
vitandum est / salva tamen triplici veritate
scilicet iusticie vite et doctrine / Unde gregorius
super Ezechielem / [illegible] est enim quia [illegible]
sine peccato possumus vitare scandalum
proximorum / debemus / Si autem de veritate
scandalum sumitur / utilius scandalum
nasci permittitur quam quod veritas relinquatur
/ Et [illegible] autem illorum qui colligebant

I valet duo didragmata

tributum erat exigentium / quia erant gentiles
legem et prophetas ignorantes / Et per hoc
ignorabant ipsum dominum immunem esse a tri-
buto / Item quia filius dei secundum divinitatem /
et quia filius David secundum humanitatem / et tamen
non tenebantur scire / Verumtamen ut eis tri-
butum quod erat contra veritatem vite iustitie
et doctrine / Ideo Christus voluit dare pro
scandalo vitandum / et exemplum dat aliquibus
theolonium licet non teneantur propter scandalum
vitandum / Eadem ratione / credo in aliquibus
terris ubi non est consuetudo decimas dare
non repetit decimas ad scandalum vi-
tandum / Et hoc est quod dicit Ut autem non
scandalizemus eos / Vade ad mare / Pe-
trus quippe piscator erat / Et mitte
hamum ad piscandum / et eum piscem qui primo
ascenderit tolle eum et aperto ore eius invenies
staterem / Secundum Ieronimum mira dei potentia / qui non
noverat piscem habere in ore staterem / et
quod primus ipse capiendus esset / Item secundum
glossam mira dei potentia / quod hoc dicendo cau-
sa staterem / Item secundum Iohannem Christus propter
opinionem caritate sic totum sustinuit
et tributa reddidit / nos infelices
qui Christi censemur nomine / nichil tamen
dignum facimus maiestate pro illius honore
ut tributa non reddimus / et quasi filii re-
gis a vectigalibus immunes sumus
Item secundum Ieronimum hoc et simplicem auditorem
edificat / dum audit dominum tante fuisse
paupertatis ut unde tributa pro se et apostolo
redderet non haberet / Et si quis obiciet quod ha-
buit / quia Iudas in loculis portabat
pecuniam / respondebimus / rem pauperum
in usus suos convertere nephas putavit /
idipsum dans nobis exemplum / Illum sumens
da illis pro me et te / Et spiritualiter secundum glossam /
piscis est Christus / mare mundus / hamus
mors / stater inventus in ore / pretium
redemptionis nostre / pronuntiata Christi ore /
et sic solutum est tributum et liberati sumus

Item stater dicitur habere duo dydracmata /
ut ostendatur similitudo carnis dum eorum pro-
ficit et duo liberantur / Queritur quare potius
in mari quam in terra assumit staterem / Et ut
ostendat se dominum maris ut terre secundum Crisostomum / multa
enim miracula fecerat in terra / Item quare tunc
quare non soluit pro aliis apostolis / forte quia
non requirebatur ab eis / Vel in signum quod
Petrus erat caput aliorum / et census da-
batur pro capite / Item inquit Ambrosius / quare dominus
soluit tributum / nichil propria dicit se non subice-
re alicui temporali potestati ne scandalizet / Et secundum
glossam / licet Christus sit filius duplicis regis /
nec tributa soluere tenebatur / pro similitudine
tamen carnis eum reddere decebat Matthei 3 sic
decet nos implere omnem iustitiam / Vel hoc
fecit non solum ut non scandalizaret eos sed
ut doceret tributa et debita reddere / Infra
22 Reddite que sunt cesaris cesari etc / Secun-
dum autem de propria est eius potestas in notoria etc.

In illa hora accesserunt discipuli ad Ihesum etc. Capitulum XVIII
Superius declarata est potestas innocentie
quo ad vitationem scandali in re corporali
hic declaratur quo ad vitationem scandali
in re spirituali / Circa quod ponitur primo discipulorum
exhortatio / 2º dehortatio ibi / Si autem
scandalizaverit / Circa exhortationem primo ponitur
discipulorum questio de maioritate et claritate
2º domini responsio de humilitate exemplo parvuli
innocentie ibi Et advocans Ihesus parvulum
dicit Glossa In illa hora / Accidentia istius partis
est / advertendum quod salvator noster hic
incipit ab ipsa humilitate / quia ipsa est fun-
damentum aliarum virtutum / saltem moraliter
quia per eam primo receditur a cupiditate eorum /
2º quia habuit occasionem ex verbis Ihesu etc.
in parte precedenti capituli / Dum est enim quod salva-
tor adduxit secum Petrum Iacobum et Iohannem
aliis dimissis et duxit eos in montem
seorsum et transfiguratus est ante eos Ideo alii
aliquid humanum passi / motum invidia unde
moverunt / Item quia quod Petro iussit solvi
tributum tamquam principaliter apostolorum quod alii

aliquo modo indignati / quia non erat adhuc confirmati per missionem spiritus sancti in via ponti / ceperunt inter se altercari de maioritate quis eorum esset maior / ut habetur expressius Mr 9o / Et postea cum venissent ad domum / ihesus quesivit ab eis de quo in via disputaverant / et tunc ipsi pre verecundia tacuerunt / videntes motum superbie in eis deprehensum a salvatore / et post paululum factum est quod hic describitur a matheo / In illa hora hoc est / post tempus modicum / Accesserunt discipuli ad ihesum / videntes se esse deprehensos ab ipso de contencione maioritatis / dicentes / Quis putas maior est in regno celorum / glosa hoc est / de causa tercia / quia in tributi reddicione petrus domino fuit comparatus / arbitrati sunt petrum omnibus apostolis prelatum / In regno celorum hoc est / in collegio iustorum / vel in ecclesia militante per meritum / vel in ecclesia triumphante per premium / Crisostomus / vide quod de dignitatibus terrenis non contendunt / nos autem non querimus quis maior est in regno celorum / sed quis maior est in regno terreno / Ihesus quis putas hoc / Unigenitum / una est dictio / et est ibi putas sillabica adiectio / sicut quispiam / et debet attenuari media correpta / licet aliqui et male faciant inde duas dictiones / et tunc debet dici quis putas esse maiorem / Et advocans ihesus / hic subditur documentum de humilitate / exemplo parvuli monetur / dicit glosa / vindex factis vel per factum / quia in moralibus magis movent facta quam verba / Ideo docens eos de humilitate posuit eis exemplum sensibile / Et hoc est quod dicit / Et advocans ihesus parvulum / etate et malicia / hic parvulus dicitur fuisse sanctus marcialis / qui postea missus a beato petro in galliam predicavit lemovicensibus / ihesus martinus parvum ihesus complectitur / signans humiles dignos suo complexu et dilectione / Statuit eum in medio / ut attente considerarent / dicens / In quo docet hic simplicitate sine arrogancia / caritate sine invidia / devotionem sine iracundia / dico enim puer est se non vindicat / forma etiam

occupat et culpa ignorat / Secundo hic tangitur de humilitate / primo hic formam humilitatis ad christum / Unde advocans parvulum / 2o quod stabilitatem habet in se / Unde statuit eum / humilitas non habet / nec unde nec ubi cadat / quia capud est de alto in ymum / humilitas altum nescit / 3o protectionem / unde dicit in medio / quia humilitas est in centro / Et dixit Amen id est vere dico vobis / nisi conversi fueritis ab elacione superbie / et ambicione maioritatis / Et efficiamini sicut parvuli / humili non sensibus sed malicia id est mites / innocentes et humiles per virtutes / Non intrabitis in regnum celorum / quia nec in ecclesiam per meritum / nec in gloriam per premium / nec in scripturam per intellectum / In omnibus hiis christus est hostium / Io. 10 / Ego sum hostium / quia ergo hostium humile et mansuetum / oportet intrantem esse humilem et mansuetum / Item demones abiecti sunt de regno celorum propter superbiam / et ideo oportet homines illuc venire per viam contrariam scilicet per humilitatem / Quicumque ergo humiliaverit se / glosa id est de se maiora non senserit / sicut parvulus iste / glosa qui non perseverat in ira / lesus non meminit / visam mulierem non cupit / hic maior est in regno celorum / q. d. Ille qui humilior / ille erit maior / quia hic habebit maiorem graciam / et ille maiorem gloriam / Ubi enim excellencia humilitatis / ibi est excellencia sapiencie / prov. xi / ubi humilitas ibi sapiencia / ibi excellencia gracie / Iac. 4 / humilibus autem dat graciam / ibi excellencia glorie / prov. 29 / humilem spiritu suscipiet gloria / Ihesus / Ideo proponit nobis humilitatem commendavit / non quod sit maior ceteris virtutibus / sed quia per hanc maxime removetur impedimentum humane salutis / quod consistit in hoc / quod homo ad spiritualia et celestia tendat / a quibus homo impeditur dum homo in terrenis magnificari studet / Et ideo

dñs ut impedimentum salutis amputet / contra
rem celsitudinis contemplanda monstravit
per humilitatis exempla / Et sic humilitas est
quedam dispositio ad liberum accessum bonorum
spiritualium et divina dona / Virtus quoque pro
sito est potior dispositio / sicut et alie virtu
tes theologicales / quibus sic dicte mo
vent in deum sunt potiores humilitate /
Item iusticia que importat rectum ordi
nem ad alterum est maior quam humilitas
que facit hominem bene subiectum esse
sive ordini / Item quia virtutes sunt
connexe et maiores virtutes infuse / quia
connexe sunt in caritate et gratia / Ideo quod
crescit una virtus in eodem homine /
tamen crescit alia proporcionaliter secundum illud quod est
formale in virtute / sicut digiti manus
equaliter crescunt / licet in se non sint equales /
Ille autem qui habet maiorem humilitatem
loquendo de vera humilitate / ipse eius habet ali
as virtutes maiores / Et ideo ille qui
est magis humilis / est maior in merito
et premio / non propter humilitatem tamen / sed propter alias
virtutes humilitati connexas / que sunt
et maiores humilitate / Item ipsa humili
tas est fundamentum aliarum virtutum / quia
superbiam maxime removet impedimentum
humane salutis / quod est quod homo in terrenis
magnificari studet / hoc remoto homo
incipit ad celestia tendere et fundari
in celestibus / Sicut ergo quo magnitudine
fundamenti proiecti augmentatur magnitudo edi
ficii superedificandi / sic in proposito quo magni
tudine humilitatis augmentatur magnitudo feli
citatis / licet humilitas non sit maior
inter alias virtutes / quia illa que sunt
posita generaliter non sunt maiora simpliciter
Item sicut initium recedendi a deo est
superbire / sic initium accedendi ad deum
est se humiliare / ergo racione primi accedendi
ad salutem nobis conveniat / Hoc notat sanctus
Augustinus in libro de [illegible] ponit septem
gradus humilitatis / quorum primus est contemp

tibilem se esse cognoscere / 2us de hoc dolere / 3us hoc confi
teri / 4us hoc persuadere ut scilicet velit hoc credere / 5us
ut pacienter sustineat hoc dici / 6 ut paciatur
contemptibiliter se tractari / 7us ut hoc amet / Et
glossa [illegible] dicit / 3a est perfecta humilitas / tres hic
gradus / primus est subdere se maiori et non pre
ferre se equali que est sufficiens / 2us est subdere
se equali et non preferri minori / Et hic dicitur habun
dans / 3us gradus est subesse minori in quo est
omnis iusticia / sequitur / Et qui susceperit unum — caritatis beneficia ministrando
parvulum talem / glossa Talem per virtutem /
qualis est iste per naturam / In nomine meo / hoc est
propter amorem meum et propter deum / scilicet ad hospitium
recipiendo / et necessaria corporis ministrando / Per hoc
intelligendo intelliguntur omnia alia beneficia
que impenduntur propter deum ex parte corporis / Sic
habetur 10 [illegible] Qui vos recipit me recipit / Me
suscipit quia quod fit propter me / michi dicitur fieri / Et ideo
qui recipit pauperem propter christum / christum reci
pit / Sicut [illegible] in legenda beati mar
tini / ubi dicitur quod christus vestitus se ostendit
illa parte clamidis quam beatus martinus dedit
pauperi propter christum / Qui autem scandalizaverit
Hic docet [illegible] caritatem ad proximum
ex parte anime que consistit in duobus / primo
ne proximo inferatur nocumentum / 2o ut
ei conferatur beneficium / ibi Venit enim filius
hominis salvare / Primum in 2 / quia primo monet
ne proximum scandalizemus / 2o ne eum contempnamus
ibi Videte ne contempnatis / Primum in 2 / quia primo
docet vitare scandalum activum / 2o passivum
ibi / Si autem manus tua / dicit ergo Qui autem
scandalizaverit unum de pusillis istis ac
si diceret quo [illegible] quam susceperit
parvulum propter me / Et per oppositum dico Qui
scandalizaverit scilicet occasionem ruine dederit
in [illegible] / Dicitur autem scandalum a scan — Scandalum
dalon grece quod est impactio sive ruina
latine / Ubi advertendum quod scandalum
activum est dictum vel factum minus rectum prebens alteri
occasionem ruine / Scandalizare igitur

aliquem est facere eum nisi in peccatum mortale
ex dolo vel pro suo malo / et hoc est proprie in-
ferre nocumentum ex parte ante quia est contra
caritatem / Et ideo talis faciens aliud sit nisi
si facit hoc ex intencione seu advertencia peccat
mortaliter / certum si dolum vel scitum ex quo aliquis ruit
non erit de genere peccati mortalis / sicut dicens men-
dacium iocosum mulieri intencione pertrahendi eam
ad adulterium / est mortale ex intencione finis
licet aliquod [illegible] scandalum venialis peccati. Dicit
ergo / Qui autem scandalizaverit unum ideo multo plus
peccat quam plures / De pusillis istis .i. infirmis
[illegible] / Qui enim scandalizatur vere pusillus dicitur / quia
quamvis magnus est .i. robustus in fide et carita-
te moveri non potest / propter quod dicitur: Non contristabit ius-
tum quicquid ei acciderit saltem faciliter / Qui
in me credunt / magis enim videtur esse scandalum
fidelium quam infidelium / Item fidelibus proprie potest
dari occasio ruine ab alto fidei in ymum
errorum et peccati / Infideles autem in ymo sunt
licet possint in magis ymum ruere / Expedit
enim. Hic subdit penam scandali dicens Expedit
ei ut suspendatur mola asinaria in collo
eius et demergatur in profundum maris / loquitur
Salvator ad modum dicere palastinorum in quia
condempnati ad mortem ligato saxo ad collo
precipitabantur in mare / Sensus ergo est Expedit
.i. melius est ipsi hoc mori corporaliter quam ex ma-
lo corde facere aliud nisi in peccatum mortale / quia
ex hoc meretur mortem eternam / que sine proporcione
maior est morte temporali / Unde glossa: Quamvis
pena sit [illegible] vel corde / clarius vel
altius vicium causa ruine infimo fuit cui
maxime nos oportet consulere / Expedit ei ut
suspendatur et cetera / Quia multo melius est pro
culpa breve suscipere penam quam eternis servari
cruciatibus / Nec enim iudicabit deus bis in idipsum
Mola asinaria / est lapis quem volvebat vel
asinus vel camelus in rota molendini / Ve mundo
.i. mundanis hominibus / quia non curant scandali-
zare proximos / a scandalis .i. propter scandala / Paulus
ad Cor. 8 / Si esca scandalizat fratrem meum

non manducabo carnes / Verum posset queri
circa malum cum alios scandalizat quare
deus permittit / Respondet Necesse est .i. ex-
1 pediens est ad aliorum probacionem ut veni-
ant scandala / et est quasi predicacio per pro-
phecionem futura apostolorum et eis credentium
a mundo inferenda / Paulus ad Cor. 10 / Oportet
hereses esse / ut qui probati sunt manifesti
2 fiant in nobis / Vel potest dici quod dicit
necesse est enim ut veniant scandala quia non
est necessitas absoluta / Sed tamen ex suppositione
3 Vel quia non est necessitas [illegible] / Sed quia
.i. si homines vivunt mundane et in omnibus
implere volunt suam voluntatem / ex hoc
sequitur scandalum infallibiliter aliorum qui
infirmi sunt / Unde [illegible] Sicut
necesse est ignem calere et nivem frigescere ita
necesse est ut multitudo mundi erroribus
plena scandala pariat / et tamen non est necesse
simpliciter esse / sicut necesse est ignem calere simpliciter
Vel si medicus videt homines morbida
re vivere / dicit necesse est illos infirmari
quod intelligendum est nisi mutaverint vi-
4 tam / Sic necesse est venire scandala si
homines continuaverint mala non minuent
Et secundum hanc exposicionem necesse est .i. ex-
pediens ad aliorum probacionem ut veni-
ant scandala. Ideo qui faciunt scandala
non sunt puniendi / Respondet quod ymo puniendi
sunt / quia dicit Verumptamen ve homini illi per quem
scandalum venit / quia secundum glossam [illegible] indi-
catur secundum utilitatem que inde provenit
sed secundum affectum quem intendit / Si autem
manus tua / Hic monet vitare scandalum
passivum sine [illegible] .i. ne scandalizetur
aliquis ab alio vel a seipso / Quando aliquis
potest scandalizari [illegible] per
adiutorium quod prestatur per manum / aut
per ministerium quod per pedem / aut per consilium
quod per oculum / Dicit ergo primo modo / Si manus
tua .i. adiutor tuus / secundum Rabanum [illegible]
[illegible] / Vel pes tuus .i. minister per
[illegible] in viis tuis / vel manus .i. auxi-

in operando / pes autem in supportando si
scandalizat te .i. offendit te in eo
ne / Abscide eum affectum ad ipsum impedien
tem et proice abs te separationem eius demutando /
Eccli. 22. Noli esse amicus hominis iracun
do ne forte discas semitas eius et sumas
scandalum anime tue / Et patet de homine luxurioso
quia qui iungit se fornicariis erit nequam
/ Ecclesiasticus docuit ne scandalizemus eosdem
nos nunc quantum caveamus eos qui scandali
zare nos possunt / quia parum distat in vicio
fallere vel falli / scandalizare vel scandali
zari / Sequitur Bonum est tibi ingredi
ad vitam debilem .i. sine principio ad
mere / quia hic fortificatur per actum sive
bonum sive malum per bonum in bono / per
malum in malo / Quam duas manus
vel duos pedes habentem .i. quam cum istis
sive malo adiutore vel malo dispositore
mitti in ignem eternum / Et si oculus tuus
scandalizat .i. prior in consiliis scandalizat
te .i. in errorem vult te ducere erue eum
separando voluntate / Et proice abs te separan
do societate / Bonum est tibi .i. melius est
tibi quam potentem cum oculo / cum uno oculo
.i. simplici voluntate / in vitam intrare quam
duos oculos habentem .i. quam cum malis con
siliariis mitti in gehennam ignis / Ra
banus Quod est tibi coniunctus vel manus
pes vel oculus / melius est tibi vel
propinquitate et emolumento eius carere
quam dum vis lucrifacere cognatos et necessarios
causam habeas ruinarum / Unde glossa Incommo
dabiles autem sunt a nobis abscindendi / ne
per communionem corporis ipsi polluti pereamus
/ Omnis affectus propinquitatis anteponatur
ne per occasionem peccati scandalis / Aliter
potest exponi de scandalo hominis a se ipso
Si autem manus tua .i. operatio tua vel
meritoria vel adulterina vel humana / Aut
pes tuus .i. affectio tua vel ymaginatio
carnalis aut extrema / scandalizat te

dando occasionem peccandi erue eum non membrum
sed totum vitium / Ubi notandum / quia membra corporis
sunt a deo data / et ideo non est in potestate alicuius
persone abscidere sibi membrum sicut vero dicitur /
Sed hoc est illicitum singulari persone / nisi
in casu quum .s. unum membrum propter sui corruptionem
est in periculo totius corporis / quia unicuique
committitur cura sui corporis / ideo li
citum est sibi per se vel per alium unum membrum
abscidere ne pereat totum corpus / Et eodem modo
licitum est ei qui tenet locum iusticie publice
membrum secare hominis vel mutilare pro conservatione
iusticie et caritatis / Sed propter peccatum evitandum non
est alicui licitum abscidere sibi membrum aliquod
tum quia per hoc non concluditur concupiscentia interior
in qua viget peccatum / tum quia per alia via potest
melius obviari peccato per rationem et liberum ar
bitrium cohibendo membra a peccati operatione / Et
sic dicitur manus abscindi / quando prohibetur ab
illicito actu / quia manus abscisa non potest agere
Et eodem modo exponendum est de aliis membris
per que peccatur / Bonum est tibi .i. melius ad
vitam ingredi debilem vel claudum / Predicta
scripti capitulo dicit Salvator 19 Sicut quomodo dicitur
castratus propter regnum celorum qui continet membra
genitalia ab illicito actu / Sic dicitur hic
claudus qui continet pedem ab inordinato
gressu et debilis qui continet manum ab il
licito tactu / Et illa debilitas et claudicatio
est laudabilis.

Videte ne contempnatis unum ex his pusillis
Supra Salvator docuit vitare scandala
Hic docet vitare contemptum / est enim radix
scandali / Ubi ponit primo cautionem / 2o adim
plendi rationem / ibi Dico enim / Et patitur ratio
duplex ex conditione humane nature / ad an
gelica / secundum duplicem excellentiam / Primo quantum ad
custodiam angelorum / 2o quantum ad redemptionem ho
minis / ne angelis secundum ... / ibi Venit
enim filius hominis / Dicit ergo Videte .i. diligenter
attendite ne contempnatis unum ex his pu
sillis / Pusillos ... pusillos sunt qui ... vel Christo re
nati sunt / isti contempni vel vilipendi debent

Dico enim vobis quia angeli eorum, id est boni et celestes
qui sunt eorum, id est eis deputati ad custodiam,
semper vident faciem patris mei qui in celis est.
Ipsi vident faciem patris mei. Vel: immo humanitus pri-
mo vident faciem, per manifestam visionem et eius
fruitionem dei. In celis. Licet enim sint
nobiscum propter curam et provisionem, tamen spiritualiter dicuntur esse
in celis, ubi adest visio per apertam visionem et
glorificationem. Ideo dicit glossa: frequenter non expedit
ab homine, quia apud deum tante cure est. Ergo vos
nolite spernere quorum in vobis est. Nota: angeli quando
tamen mittuntur ad temporalium rerum administrationem,
tamen semper deo inherent per apertam visionem. Et ideo
non privantur gloria sua. Jeronimus: Magna dignitas anima-
rum ut unaqueque habeat ab ortu nativitatis in custo-
diam sui angelum delegatum. Sed contra, quia tamen anima
prius in ortu sue nativitatis non possit mereri
nec sit capax discipline, videtur quod frustra angelus
sic occupetur circa illam illo tempore, sicut si aliquis
doctor vellet erudire puerum vagientem. Et
si tu dicas quod angelus custodit non erudiendo
quantum ad spiritum, sed defendendo quantum ad corpus, contra videtur
quod in pari periculo sit puer non natus et
natus quantum ad corpus, quod debeat custodiri cum
nativitatis ortu. Responsio: dicendum quod sicut dicit venerabilis
Jeronimus, intelligendum est quod ad custodiam
hominis angelus deputatur ab ortu nativitatis,
non solum intelligit de nativitate ex utero, sed
etiam de nativitate in utero. Competit enim non
tantum angelica custodia etiam ei qui nasciturus
est deputata, quia illa custodia principaliter
respicit spiritum quam corpus, et ideo non sed spiritualiter
angelus ad sui custodiam habetur antequam spiritus
infundatur. Non sed et differre quia contra defen-
dit et adiuvat. Quando enim in utero est, prin-
cipaliter ne intereat damnatus. Quando est extra uterum
in adulta etate, ut a baptismo impediatur.
Quando est in adulta etate, ad diversa peccata
precipitari. Nota: hic constitutus malus et obsti-
natus et antichristus habet et habebit angelum
custodem, licet angeli sciant hominem obstinatum
non velle renovari; tamen impedit ne in quo-
modo mala laboret. Nota quod ex custodia
et diligentia angelorum quam faciunt circa
nos crescit eorum premium, videlicet acciden-
tale quod multiplicatur quantum videt et etiam
eo propensius accidere, quia plures animas ad beati-
tudinem perducunt. Et ergo quanto plures salvat
tanto plus gaudet. Sed essentiale ad beneficium [illegible]
tum gaudium eorum crescere non potest, quia eorum
gaudium plenum est et in hoc consistit per
unum speciale. Nota: videtur quod superflua sit
custodia angelorum respectu hominis, quia dicitur
in psalmo: Nisi dominus custodierit civitatem et
cetera. Quia deus sufficientissimus custos est,
superfluum videtur quod ponatur custodia an-
gelorum apud homines. Responsio: deus custodit
hominem et angelus, deus autem angelorum
ministerio. Et licet deus sit sufficiens ad cu-
stodiendum sine ministerio angelorum, tamen custodit
ad servandum ordinem rerum, ut ministerium sit dei ad
angelos et angeli ad homines. Venit enim
filius hominis. Hic est, et non superflua quod re-
demptione Christi. Ne si dicatur pusilli et ho-
mines contemptibiles miseri, non sunt contempnendi,
quia ego veni pro redemptione eorum. Et ideo
non dicas: ille faber est, ille sartor,
ille agricola; ab angelis qui eis missi
sunt venerabiles fuit. Sed quod maius est, re-
demptionis divine venerabiles sunt.
Venit enim filius hominis salvare quod perierat
super genus humanum, non tantum magnos sed
et pusillos. Unde omnia benedixit omnibus qui
timent dominum, pusillis cum maioribus.
Quid vobis videtur. Hic per similitudinem osten-
ditur divina voluntas de humana et non deum
[illegible] redemptione. Ubi primo ponitur similitudo,
secundo similitudinis adaptatio ibi: Sic non
est voluntas. Dicit ergo: Quid vobis videtur?
Si fuerint alicui, id est deo, centum oves,
id est angeli et homines, quia enim centenarius
perfectus est numerus. Hic deus centum oves

Sic non est voluntas similitudinis applicatio in qua ostenditur divina voluntas de singulorum salvatione modo dicto / Sic non est voluntas ante patrem vestrum qui in celis est / Sic non est voluntas patris ut unus ex omnibus pereat / sic non est voluntas patris ut unus pereat / nec est mihi de pusillis istis / sicut est de anima Ezechielis xviii / numquid voluntatis mee est mors impii / dicit dominus / Sapientie vi / pusillum et magnum ipse fecit / Sic vero dicit [illegible] ad propositum ut pusilli non contempnantur /

super eo angelorum sociam et bonorum carnis
Et erravit una ex eis scilicet decima pars
que hic signatur / quod una erravit cum hic
peccavit / et intelligitur per unam ovem hominis
de quo tractatus est unde Ambrosius per divisionem
relinquet nonaginta novem
id est ordines angelorum in celo quia rationalis
creatura misera / peccatum fuit trini-
tatis / In deserto id est in celo a demonibus
derelicto / Aliter exponit hic in montibus
excelsis per illuminationem a montibus
eius inmobilis relinquit hic dicit scilicet
sua accipe / Et vadit queret eam que er-
raverat / mutabilis venit de celo ad mundum /
de mundo ad patibulum / de patibulo ad
limbum / pro ea enim secundum omnes quoque periit
querere fecit tunc / Et si contigerit / hic
subditur bonos iustificacio dicit ergo / Et si
contigerit hoc dicit quia necesse nobis salvari
ut inveniat eam pro zelo et labore
Amen dico vobis quia gaudebit super
eam magis quam super nonaginta novem
que non erraverunt / Sed consequens status inno-
centie pulchior et bonus et per se me-
lior est quam status penitentis / ergo magis
gaudendum est de innocente quam de penitente
Item plura bona parantibus magis elige-
nda sunt ergo magis gaudendum est de nona-
ginta novem ovibus quam de una / Respondeo per se
loquendo et ceteris paribus verum est / nichilominus
magis contingit gaudere de modico
quam de magno actu sed non bene / quia actu
alicui circa ipsum magis afficitur sicut in propo-
sito / Vel secundum glossam maius gaudium dicit
quia maior gloria reformata est / perdita
restaurare / quam ea que sunt inmota retinere
Vel secundum glossam alia hic dicit ratio quia magis
gaudere nos facit de iusta reparatione
quam de angelorum immutabili / Vel hoc dicit
consimile magis id est plus arguitur se gau-
dendum de reparatione hominum quam immuta-
bilitate angelorum quia super omnia argumenta

divine bonitatis per peccatores ostenditur / Et sic
dicitur deus plus misereri unius quam alterius / quia plures
effectus sue misericordie ostendit unum quam alterum / non quod una
in deo remittatur vel intendatur / hoc est impossibile
sed quia plures effectus gaudii vel misericordie nobis ostendit.
Vel aliter potest hic intelligi ubi contemplando quod
ex illa sorte aliquando deus magis diligit pecca-
tores revertentes quam remanentes in iustitia / non
quia peccaverunt / sed quia ex peccato commisso humiliores
efficiuntur et fortiores et in bono fructuosiores
Sicut bonus quis in mundo / quod princeps militie
plus eum militem diligit qui post fugam fortiter
hostem premit quam qui numquam fugit nec umquam
aliquid fortiter egit / Et eodem modo est de peccatore
primo fortiter agente et de iusto tepido in sua
iustitia permanente / Si peccaverit / hic consequenter
ostendit quod debemus esse benigni proximo corripere eum
in effectu / Et hoc duplex / primo de fine corporalita-
tis corrigendo / et secundo offensam misericorditer
remittendo ibi Item dico vobis / Ad evidentiam
primum est advertendum / quod duplex est correptio
Una que est ad peccantis punitionem / per conservationem
iustitie / et ista non ordinatur per se ad correptionem
delinquentis / quia aliquando sibi infligitur pena mortis
et ideo pertinet est ad conservationem iustitie terrere
alios / et talis correctio non pertinet ad singulares
personas sed ad iudicem ad quem pertinet conservare
iustitiam inter homines / et propter hoc talis correctio est
actus iustitie / Alia est correctio que ordinatur
ad fratris peccantis emendationem / et ideo est actus
caritatis / et pertinet ad omnes / quia sicut dicit
in Ecclesiastico unicuique mandavit deus de proximo
Et ideo sicut quilibet tenetur diligere proximum in
caritate / ita tenetur defectus eius ad emendandum
eius corrigere / sed tamen probabiliter credat quod per sua
correctione debeat se emendare / Et de tali cor-
rectione loquitur hic salvator / non de prima
que est actus iustitie / Sed contra si peccaverit in te hoc est
si tu solus id est in te intelligitur dupliciter / Vel
quia te solo sciente / Vel quia te solo sciente peccat /
Sed cum alios ledet / vel coram aliis peccaverit
te non habet locum illud quod subditur / Vade
et corripe ipsum inter te et ipsum solum / quia peccata

- vide s.

i. peccatum mortale commiserit / et sic loquitur de peccante mortaliter quia non corripit nisi quod peccat mortaliter / de venialibus autem non est correptio / quia Jacobi 3. dicit in multis offendimus omnes /

publica sunt in publico arguenda / prima ad Thy.
peccantem coram omnibus argue ut ceteri timorem
habeant / corripe ipsum inter te et ipsum solum
Intellige ne publice correptus verecundia perdat /
qua perdita in peccato permaneat / postea eum super-
venit mansuetudo et correptio / contra
G. i. si percusserit te in unam maxillam pre-
be ei et aliam / quod est pati non loqui / Ita pluries
maxilla cum pacientia corripis / Unde et pena
est adhibenda / et correctio non permittenda /
Si te audierit penitendo / et cessando a pecca-
lucratus es fratrem tuum .i. animam fratris tui / et eius
revocatio cedet tibi in lucrum spirituale / Intellige
pro salute alterius salutis tue acquiritur / Si autem
te non audierit .i. correctionem secretam non
susceperit / adhibe tecum Intellige studio cor-
rigendi vel convincendi sub testibus / Augustinus adhi-
bere cum qui velit prodesse non obesse / unum
vel duos / contra quos dicitur unum / quia deuteronomii 19 dicitur
non stabit unus testis contra aliquem / Et his duobus
modis potest quis agere contra proximum / vel per modum
denunciacionis / sic sufficiat unus / vel per modum
accusacionis sic exiguntur duo vel plures /
Et sic sequitur ut in ore duorum vel trium tes-
tium stet omne verbum / stet .i. stabile et suffi-
ciens probabile erit omne verbum / Et isti testes
adhibendi sunt quia si necesse fuit / poterit probare
peccatum illius / Quod si non audierit eos vel correpie-
tes et monentes / Dic ecclesie .i. prelato qui
preest ecclesie / Si autem etiam non audierit
precepta prelati contempnendo / Sit tibi sicut ethnicus vel gentilis
et publicanus .i. devita eum tamquam hereticum
et excommunicatum / Glosa detestabilior est qui sub
nomine fidelis agit opera infidelium / quam aperte
infidelis et gentilis / Ethnicus dicitur gentilis
ethna grece gens latine / publicanus dicitur
qui habet publica sectatur / per fraudes furta
et rapina / secundum glosam / Vel qui est exac-
tor publicorum vectigalium / ponuntur autem
isti in exemplum / quia apud iudeos habentur esse
odiosi / Jo. 4. non coutuntur iudei samarita-
nis / Et quia prelati possunt tales incor-
rigibiles compescere / ideo subdit / Amen
dico vobis / quecumque alligaveritis .i. vin-
culo anathematis / super terram .i. in eccle-
sia militante / erunt ligata et in celis .i.
talis pena confirmabitur divino iudicio / Et
quecumque solveritis super terram revocando ad
ecclesie unitatem / erunt soluta et in celo.
per divinam approbacionem si iudicium ecclesie
non errat / Ex hoc patet quod in utroque foro
et consciencie et contencioso prelati habent auctoritatem
super sibi subiectos / In foro consciencie
sunt absolvere a peccatis / et ligare ad penam
et hec potestas datur eis supra 16. et Jo. 20.
In foro contencioso sunt ligare vinculo ana-
thematis / et absolvere a vinculo excommuni-
cacionis / et hec conceditur eis hic / Et attendendum
tamen est ista potestas / quia si peccatum fratris sunt
in preiudicium communitatis / ut si aliquis
tractaret secrete cum aliquibus civibus quod illa
civitas esset hostibus tradenda / vel si
aliquis hereticus in secreto corrumperet
fideles / tunc secreta correctio vel amoni-
cio non esset expectanda / sed statim esset hoc
prelato denunciandum / qui possit talia pericula
precavere / Et idem iudicium de consimilibus
casibus est habendum / Sequitur iterum dico
vobis / Hic christus ostendit quod non solum
fratrem debemus corripere / sed et nobis
illatam iniuriam dimittere / et dividitur
in duas partes / Primo facit quod dictum est
2o ostendit quociens sit offensa fratris
dimittenda ibi / Tunc accedens ad eum
petrus / Dicit ergo / Iterum dico vobis quia
si duo ex vobis consenserint / in ardore
offensam sibi invicem remittendo / Quia
tunc vobis est oportunitas remittendi
et orandi / De omni re quamcumque pecierint
fiet illis a patre meo qui in celis
est / quia oratio non est accepta coram
deo / si teneatur odium contra fratrem in animo
Propter quod subditur / Ubi enim duo vel tres

gregati sunt in nomine meo. i. ad sa
lutem proximi vel alienam querendam et
ad gloriam nominis mei manifestandam
In medio eorum sum per inquiescendo bone
voluntati et petitioni eorum. Sed tamen illa
ordo scilicet ordines graviores? que
ad hoc requiruntur ut aliquis orret
per se pie et perseveranter. Ideo eum generaliter
orare oportet perseveranter. Et si aliquid
differtur tamen tempore competenti impletur
sicut supra dictum est. A capitulo secundo de
correctione fraterna que est actus caritatis
sicut dicunt doctores. Sed primo fratris peccatum
non eius est. Sicut enim medicus cor
poralis si debito modo procedit nititur in
ducere sanitatem cum minori dispendio
corporis et sine membri abscisione. Et si
non possit tunc abscindit membrum minus
nobile ut conservet magis nobile vel
totum corpus. Sic ille qui fratrem per
mittem occulte occulte corripit
caritative. Sed tempore si possit fratris
emendare absque detrimento sue fame.
Quia fama conputatur inter maiora bona
homini citra virtutes et ideo corrigendo
debet quantum potest conservare eius famam. Alia
ratio est. Quia amissa fama efficitur homo
inverecundus et per quod minus a peccato retrahitur.
Cum finis est igitur debitus processus in
correctione caritativa ut homo corrigat
fratrem suum inter se et ipsum solum ut possit
emendare cum omnibus fame sue integ
ritate. Et quia fama est minus bonum quam
sit bona vita, si non possit salvari bona
vita fratris sine detrimento sue fame tunc
procedendum est ad salutem bone vite cum
aliquali lesione sue fame. Et ideo addu
cendus est unus vel alius vel duo ad sci
endum fratris defectum qui possunt prodesse
et non obesse, ut et coram eis arguatur.
Et si se non correxerit tunc simpliciter correptio

vanda est eius fama ut conservetur bona vita
vel saltem ordo iusticie ad terrorem aliorum.
Tunc accedens petrus ad eum dixit. Postquam
sit omnino quotiens sit frater remittendum
Et primo ordinatur positum, secundo confirmatur per exemplum
ibi. Ideo assimilatum est. Circa primum adverten
dum quod sicut scriptum est petrus tamquam prin
ceps aliquid loquebatur pro se aliquid pro aliis. Et ideo
audito a salvatore quod offensa fratris parantis
esset remittenda, interrogavit quotiens. Et
hoc petiit si sufficeret ad salutem dimittere
septies. Advertendum tamen quod licet offensa sit
semper remittenda, non tamen iniuria. Si enim
ex remissione iniurie et pene debite
fit fratri peccandi pronitas in eo cum remittitur ad
facilius peccandum, non esset bonum ei remit
tere. Talis enim ex tali remissione esset sca
ndalum aliorum et obmissio iusticie et in consilio
capitulo. Et loquitur salvator de remissione
offense. Et si optimum et conveniens fuit
esse de remissione iniurie. Dicit igitur Tunc
accedens petrus dixit. Domine quotiens
peccabit in me i. contra me frater meus et dimit
tam ei? scilicet corripiendo vel parum re
mittendo usque septies. Penitenti quidem
et petenti fratri venia. Unde petrus sicut
primarius... septies. Iesus non dixit magis
vel minus. Forte sunt ex eo quod dicitur Genesis
Septies dabitur ultio pro Cayn. Glossa. Pro
bonum quod quis si septies puniendus est sep
ties dimittendum. Vel forte ex eo quod dicitur
Proverbiorum 24. Septies in die cadit iustus
et resurgit. Vel propter septem peccata mortalia.
Dixit illi Iesus quod non sufficeret septies
dimittere. Non dico tibi usque septies.
Sed usque septuagies septies. Et
ponitur ibi determinatus numerus pro indeterminato. Ac si di
ceret. Totiens quotiens peccabit. Secundum Glossam Bedae.
Augustinus. Non ipse numerus septuagies septies
potest iungi dupliciter ut per multiplicationem secundum
Bedam Augustinum. Secundum ... Iohannem ... ipse unus multi
plicat septem, ita ut unus adiunctus ducatur

p aliud / s. qsiungetur & nonaginta vicibus
q. d. totiens dimittas in die / qualis ho
mo posset peccare / Est autem bene sing[ulariter] intelli
gitur duo mu[ltiplicit]er p simplice aggregatz .i. sep
tuagita septe vicibus / Sz et qualiter / quare
dns mag[is] vadit in isto mo[do] q[ua]m in alio
Resp[ondeo] ut plenius satisfaciat qoi petri /
que p septenariu fuit facta / Augu[stinus] d[icit] q[uod] a
betur in gl[ossa] . et septenarius ductus
in undenariu facit .lxx. / Septenarius
deserviat universitati / q[ui]a septem diebus volui[tur]
universum temporis / Undenarius transgressionem
q[ui]a s[ecund]m recedit a decalogo / Unde in hoc
nu[mer]o significatur universitas transgressionum / Et
sic videtur dns / quoties quis peccat et
quotienscumque peccaverit dimitte / Sz ex
hoc arguunt heretici / q[uo]d non sit reme[dium] / sed
sufficit recipiendi quotiescumque relabant[ur]
Unde est pro illud q[uo]d d[icitu]r lu[ce] .xi. ubi ad
ditur Si p[e]n[itenti]am egerit dimitte illi
Et si septies in die peccaverit / Unde sup
plendum est quotiens ~~quo~~ peccavit & vere
penitent / sz post relapsu in heresim
q[ua]m solemniter abiuravit / presumendum est
q[uo]d non vere penitet / igitur / Item post relap
sum etiam adhuc non claudit heretico g[re]
mium in foro penitentie / licet claudat i[n] foro
iudiciali / Ideo assimilatum est regnum celorum
p[ro] c[etera] / q[ui]a magis sumus debitores dei / et
plus offendimus eum q[ua]m homo possit offen
dere proximum / q[ui]a tanta est offensa q[ua]ntus est
ille qui offenditur / deus autem est in
finitus / & ideo offensa in ipsum quadam
infinitate habet / licet vere libidinis vel co
ceptus sit finita / et tamen quotienscumque
offendimus deum / totiens paratus est remit
tere / Cum tamen elim[osynam] / exercitent penitere / ergo
multo fortius sibi debemus peccanti in
nos facere / Et hoc est q[uo]d d[icitu]r Ideo assimila
tum est regnum celorum .i. status ecclesie mili
tantis homini regi .i. xpo / qui est bene

d[ict]us & benis deus / rex regum / & dns domi
nantium / servis ne videat[ur] hominibus / ancepto
totiens dimittere / adiecit parabolam / &
comparationem suam / q[ui]a si ipse qui est dns
& rex omnium dimittit servo / & nos de
bemus aliis dimittere / Nota non sit hic
comparatio persone ad personam / sz negotii
ad negotium / Nota s[ecundu]m glo[ssam] ut stat
dimittere conservis / anda eis pro se
q[ui]a si ille rex / & dns dimisit suo
multo magis homo conservis suis / Qui voluit
ponere rationem cum servis suis .i. ratiocinari
de suis sumptibus / Nota cum multa bonis
tuis q[uo]d ex[a]minat in quo est monendus
prelati diligenter inquirere / de statu sub
ditorum / Et cum cepisset / Hic notantur
bonus regis exemplis in computatione
ad q[uo]d sucessiva tangit p[rimo] de bono sui
2[o] severitatem ibi Cum autem non haberet
dicit glo[ssa] / cum cepisset rationem ponere com
mina est multa & costram / Quod cum
sumus in computatione / sz post iudicium
dabat[ur] de nobis summa s[ecundu]m multa / Ideo
Sap. vi. d[icitu]r dur iudicium in regu[lari]te
ipsum / Oblatus est ei unus q[ui] debebat
x. milia talenta / .i. obligatus ad mag
na, propter multa peccata / Vel sic servus oblatus est
qui multa fecerat dampna / et magna
ei erat inimicitia / & nullum attulit lu
crum / qui forsan tot talenta debuit /
quot homines perdidit / Vel s[ecundu]m glo[ssam]
Iuda oblatus est ei unus .i. populus
iudaicus / qui decalogo constrictus
multarum transgressionum erat reus / Reg[is]
decem milia talenta debebat / qui
de innumerabilibus penis reus erat / Iuxta
illud 2[o] paralip[omenon] ultimo / Peccavi sup[er]
numerum arene maris / Cum autem non haberet
unde redderet / q[ui]a peccatorum non habet unde
satisfaciat / Item peccator viribus suis
satisfacere non valet / Ideo eum pro se p[ro]p[ter]

Sicut nec dicit / apostata fit / [illegible] / penitentie [illegible] pugnat / [illegible] culpa a Dei recedit / et blasphemia [illegible] xii

nec se non resurgere / offenderet si non satis-
faceret / Iussit eum dominus venundari et uxorem
eius et filios / et omnia que habebat et reddi
debitum / omnia que peccavit / scilicet pene eterne
pro peccatis suis obligata / scilicet corpus et
magis appetitus carnalis et mala opera /
vel secundum alium [illegible] et gloriam / Iussit id est permi-
sit eum iusto iudicio venundari id est potestati
inimicorum suorum tradi / Et uxorem eius
id est carnem / de qua et cum qua concipiuntur
mali filii / Et filios eius id est mala opera
Uxorem ergo et filios vendidit / est cum
presentis interioribus / et malis operibus
exterioribus pena solvitur / Et omnia que habebat
scilicet spiritualia / Et reddi debitum / Orosius hoc
autem non ex crudelitate iussit sed ex pietate
et ineffabili affectione / volens eum per has
minas terrere ut supplicaret et non
venderetur / quod et factum ostendit / unde secundum glossam
quo ad meliora misericordie / Iussit eum
dominus venundari [illegible] plurimi indulgentie pla-
cabiles et fideles / similiter cum tota spiritualia corpo-
pro magnitudine delictorum / et videmus quod
[illegible] / ut qui noluerint voto
poluerunt tormento / Sequitur Procidens
autem servus ille id est peccator / per penitentiam se humi-
liando / unde per venit adoravit
et patientiam [illegible] / rogabat eum dicens patientiam
habe in me / donando spacium
penitentie / condonando delictum / relaxando
supplicium / Et omnia reddam tibi opera me-
ritoria faciendo / quod quis quid reddat / 9
aut unde reddet non habeat / per hoc in sta-
tu culpe / non habet unde reddat / sed in statu
penitentie / [illegible] vera dominus per eius
que retribuit michi scilicet pro tot beneficiis
et promissis calicem salutaris accipiam
et nomen domini invocabo / Unde credendo di-
ligendo sperando / [illegible] reddam credendo
in te / Misertus autem dominus / quia dominus
patiens est misericors et prestans penitentibus /

quia misericors et miserator dominus / Servi illius scilicet
sic patientis in oratione / sic dicentis in confessione /
sic promittentis in satisfactione / dimisit eum liberum
a captivitate culpe / Et omne debitum dimi-
sit ei / relaxando reatum pene eterne / Orosius
Vide miram dei pietatem / dilationem accepit
omnium peccatorum remissionem / Ille nondum / eum ho-
plus impetravit quam rogare audebat / non enim
audebat petere liberationem a debito / sed [illegible]
[illegible] / tamen fides sue quia petiit spacium per-
tendi / et dominus totum indulget / dicens
Ezechielis 18 Nolo mortem peccatoris / Aliquis tamen
abutitur illo spacio penitentie / Job 24 Dedit
ei dominus locum penitentie / ipse abutitur eo in super-
biam / Et ad Romanos 2 Tu autem secundum duritiam
et impenitens cor thesaurizas tibi iram /
Egressus autem servus ille a facie domini quia
[illegible] perdit / Orosius quia hoc ostenditur quod non
post multum tempus sed confestim adhuc quasi
in auribus sonus sonaret in materia abusus
est liberatione / a ipso domino sibi data / Inve-
nit unum de conservis suis quia omnes sunt
servi dei / scilicet ergo conservi / qui debebat ei cen-
tum denarios id est modicum eum offenderat /
quia offensa in hominem modica est respectu
offense commisse in deum / Tenens scilicet eum de
maiori debitor erat / qui de aliquibus
commissis debitor erat / Tenuit autem in ma-
nu per recordationem iniurie / in via per obstinationem
persone / Et tenens suffocabat eum / Tenens
[illegible] suffocat est in fine per vindictam
que destruit / secundum aliquos tenet eum cum
[illegible] ut supplicia illi vellet inferre / Dicens
Redde quod debes scilicet tormentum pro iniuria / per
verba [illegible] / in quo ostenditur austeritas et rapa-
citas vindicte a proximo / Et procidens conservus
per penitentiam / ideo debebat misereri / quia procidit
et quia conservus eius dominus / fuit / Roga-
bat eum dicens patientiam habe in me id est
parce michi Et omnia reddam tibi id est paratus
sum non possibilitate mea tibi satisfacere

Ira dei [illegible] / [illegible] iusti iudicii [illegible] / [illegible] opera [illegible]

ille autem noluit / s. dimittere maiorem sed vin
dictam / Sen. epistola 28. Ita homini fuit iram / ita
deo quod est medela / in hoc silentio sibi non est
minus / et de peccatis suis desperatum / Ez. absit
a nobis pietate recedendo / Sed nota quorundam
malum est peccatum precedens / et ideo de bone
deus / peccatum precedens est nobilius ira bonis /
et misit eum in carcerem inhumane et forte
affligendum in quo nota crudelitatem in
repetendo vindictam / donec redderet debitum
plenarie / et ad nutum satisfaciendo propter
iniurias ipsum ad ulterius competendo / videntes
autem conservi eius / per malitiam peccatorum / sub
dit malitiosi accusacionem / videntes autem
conservi eius / isti sunt isti qui videntes crudeli
tates hominum erga proximos contristantur / quia ad
eandem virtutem pertinet gaudere de bono / et
contristari de opposito malo / et venerunt et nar
raverunt domino suo quia in oracione petunt a deo
talia vindicari / ad declaracionem iusticie /
non ex livore vindicte / sed ubi petunt vindi
ctam / sed ps. vindica domine sanguinem meum
quia narraverunt domino suo omnia que facta fuerant / ambo in implorando
tunc vocavit illum / hic post malicie sum
minacionem / ondit eius a deo abhominac
ionem / 2o. 3o. / tunc vocavit illum dominus / sequitur
hec vocacio sit intus in consciencia / sed postea sit
extus in iudicio / Mt. 20. voca operarios
et redde illis / et ait illi / serve nequam quia non eg
i sicut iniquus recepisti ... meam / et reddidisti
meam / omne debitum i. offensam magnam
in me commissam / vel omne debitum / quia totum
non partem / dimisi tibi quia rogasti me / quod
secundum eius confessione et oracione / Sed hec mo
dica peccata impetrasti / nonne ergo oportuit et
te misereri conservi tui / Ecc. 31. Intellige
que sunt proximi tui ex te ipso / sicut et ego mi
sertus sum tui / Crisostomus ... que videtur dampnum /
afferre debeat licet / ... factum est / sed quod
videtur preceptum / cogita premium / sed quod
est remitte ei quem contristavit / quod eius est mi
sereri in gehenna / premium / ... qui sunt

ille / nullum responsum legitur dedisse / i. q.
denudatum / quia statim post hec verba
omne argumentum excusacionis cessabit /
et iratus dominus non propter affectum sed propter
iudicium effectus homines irati / Ps. 19. Sed
secundum meritus levius ita et ira levius /
tradidit eum tortoribus / Luce 1. ministris
tartareis / qui sunt executores divine
iusticie / Ecc. 33. Servo malivolo tor
tura et compedes / quoadusque redderet
universum debitum i. eternaliter quia in inferno
non est qui reddat / absque quietacione / cum
pena semper remaneat ~~remaneat~~ eterna i.
a pena finis / Sic et pater meus / hic indicatur
applicacio parabole ad propositum / ad ... sic
et pater meus celestis faciet vobis si non
remiseritis unusquisque fratri suo de cordi
bus vestris / o formidolosa sententia / si pena
sit non dimittentis / magna nobis a deo
non dimittentibus / quia unusquisque per dice
re non ... / quod est cum hic deum indirec
te ... sicut per facta / dicens
si non dimiserit unusquisque fratri suo de
cordibus vestris / quia constat quod si hec
que in nos delinquitur ex corde non
dimittatur / illud rursum a nobis exi
gitur / quod nobis propter primum dimissum fuit
debeamus / non tales ... /
quod quantum in eis est deum deum ... co
pellunt / iram accipit de ira ... / et
patris dimittere et indulgere cum ipsum
est misereri ... / et precepisti faciunt ipsum
quod tu ipso puniri / et qui alienat eum
a suo proximo / Ysa. 28. Alienum est opus eius /
ut operetur opus suum / peregrinum est opus
suum ab eo / Sed Beatus Bernardus super illo 2o.
ad Cor. quod pater misericordiarum et deus totius
consolationis / Sed hic ipse deus nomine appel
latur / Ipse est de quo legitur ... ab
ab eterno / Et forte quis dicat / quo
illi est proprium misereri / cuius iudicia abyssus

multa[?] pro et omnes bone eius / non solum
mala sed una et virtus / qui et cui volt
inspicitur et que volt indurat / sed quod in-
feretur ipsi est illi / ergo se eum sumit ma-
teriam et velud seminarium impendii[?] /
na quod indicat et condempnat / nos eum
quodammodo cogimus ut velle aliud de
corde eius mutare / quod contradictio per
accidens videtur / perpetui audi dicentem /
numquam volutus mee est / more impii /
et non magis ut convertatur et vivat /
Venditio non per iudicium vel ultorem /
sed magis quia iniungendi eam sumit ex
ipso / iudicandi servo vel [?] ex
eo / [?] gladium oblatum esse ei
unus qui debebat ei .x. milia tale-
ta .i. populus iudaicus qui decalogo
constrictus / multarum transgressionum erat
reus / Cum autem non haberet unde redderet
.i. viribus suis legem complere non posset /
Iussit eum dominus venundari / permisit eum
eo iudicio / malignorum spirituum subiectum
Et uxorem eius et filios et omnia
que habebat / reddi .i. iussit pro cupi-
ditate et operibus malis penas solvere
Procidens autem servus ille rogabat eum
dicens / quia cum sponte nollet / malis
coactus / prophetis illis penituit / Patientiam
habe in me .i. pro peccatis / Et omnia
reddam tibi credendo in te qui es
finis legis / Misertus autem dominus servi
illius dimisit eum et omne debitum
dimisit ei / quia misericors dominus non solum
captivitate iudaica absolvit / sed et omnium
peccatorum veniam in adventu christi se dare
promisit si perstitisset in incepto / Egressus
autem servus ille per vicium oblivionis
de captivitate liberatus / Invenit unum
de conservis suis .i. gentilem populum qui
debebat ei centum denarios / Centenarius
est numerus perfectionis / Unde per centum denarios
intelliguntur .x. precepta minora quam gentiles
populus iudaico quodammodo debebat / quia
ambo acceperunt / sed iudei expressius in scrip-
tura a quibus gentiles postea didicerunt
Et tenens suffocabat eum .i. non sinebat
eum reddere veniam / Redde quod debes .i. obser-
va carnales observancias / Procidens autem
conservus eius rogabat eum dicens patientiam
habe in me et omnia reddam tibi .i. quandoque
legis precepta spiritualiter implebo / Ille autem
noluit sed abiit .i. a spirituali intellectu re-
cessit / et misit eum in carcerem .i. arctam
tribulacionem / donec redderet debitum / hoc
intendens ut legem carnaliter impleret
quod videbatur debere / Videntes autem conservi
eius que fiebant .i. predicatores euangelii
vel angeli qui referunt gesta hominum / Con-
tristati sunt valde / pro afflictione populi christiani
Et venerunt et narraverunt domino suo omnia
que facta fuerant / quia cottidie dolorem persecutorum
domino implorant / Non angeli domino narrant
tribulaciones nostras ut Thob. xii / sed ut desiderant
ut declaretur divina iusticia vel ad pu-
niendum malos vel ad remunerandum bonos
Contristantur non realiter sed ad modum contristatorum
se habent / quando desiderant quod divina iusticia
in malos declaretur / Tunc vocavit
eum dominus suus et ait illi / Serve nequam omne
debitum dimisi tibi .i. omnes prevaricatio-
nes / Quoniam rogasti me et oportuit te misereri conservi
tui .i. gentes digna iniuria reputare / cum
omnes peccaverunt et egent gratia dei / Et
iratus dominus eius iusta adiudicavit vindictam
Tradidit eum tortoribus .i. romanis Ro-
manorum vel tartareis ministris / Quo-
adusque redderet universum debitum .i. imper-
petuum / Sic et pater meus celestis faciet c. 19 ca 19
Et factum est cum consummasset Iesus sermones
istos migravit a galilea et venit in fi-

Hic consequenter docet salvator statum contempla-
tivorum sive perfectorum. Et dividitur in 3 partes
quia primo docet continentiam, 2o obedientiam ibi Tunc
oblati sunt ei pueri, 3o paupertatem volun-
tariam ibi Et ecce unus accedens. In istis
enim tribus consistit perfectio religiosorum sive
contemplativorum. Prima pars dividitur in duas partes
quia primo docet illud quod est necessarium in contine-
ntia coniugali, 2o quod est perfectionis videlicet
continentia ab omni actu venereo ibi Di-
cunt ei discipuli. Prima pars dividitur in duas partes
quia primo circa hoc ponitur phariseorum dolosa inter-
rogatio, 2o ponitur ipsius Christi vera responsio
ibi Qui in iudeis dixit. Dicitur ergo Et factum est
cum consummasset Ihesus sermones istos migravit
a galilea et venit in fines iudee trans
iordanem. Glossa primo iudeorum predicatio
ad distinctionem aliarum gentium iudea dicitur
secundum specialiter meridiana eius plaga ad
distinctionem samarie galilee et decapolis et
ceterarum regionum eiusdem provincie. Lyra
Iudea confessio. Primum iudee confessio fidei,
medium confessio peccati, finis confessio laudis
ad quam pervenitur per migrationem a galilea id est
a mundo et hoc trans iordanem id est fluvium des-
censionis. Et secute sunt eum turbe multe. Intellige
ex pietate ut docerentur, ex infirmitate
ut sanarentur. Unde sequitur Et curavit eos
ibi scilicet in iudea. Et quia non eum in galilea
videmus. Glossa: Galilei curari in iudea, fuit
gentes in eam vel verba que iudee
prebuerunt admittit. Et accesserunt ad
eum scilicet ad ihesum pharisei qui in populo
iudeorum pre aliis videbantur religiosi. Temp-
tantes eum. Intellige ex livore ut deciperent.
Glossa: Accessisti maligne ad deum
et cor tuum plenum est dolo. Et dicentes
si licet homini dimittere uxorem suam sibi
legitime copulatam et eam ducere aliam
uxorem. Quacumque ex causa. Intellige
que sibi videntur in libello repudii. Hanc

autem questionem proposuerunt propositio ad capien-
dum. Quia responsio erat ad utramque partem calump-
niabilis. Unde glossa: si dicit dimittenda est
quacumque ex causa et ducenda alia, pudici-
cie predicator contraria sibi facit. Si dicit
non est dimittenda, contra doctrinam moy-
si et dei facit. Ideo Christus vitat malum
legem. Prima quia dei sententiam opponendo
que non voluntate dei sed peccato necessitate
concessa est. Qui in iudeis ait. Hic ponitur
Christi responsio. Et dividitur in duas partes quia primo
ponitur responsio, 2o removetur sibi quedam
contra obiectio ibi Dicunt ei. Quid ergo
primum est advertendum est in dimissibilitas
est de ratione matrimonii quod ponitur in
diffinitione eius quando sic describitur. Sicut dicit
Matrimonium est coniunctio maris et femine
inter legitimas personas individuam
vite consuetudinem retinens id est indivisi-
bilitatem per totam vitam alterius coniugum
quod autem verum est, quia unio est coniunc-
tio maris et femine ad educationem prolis
ad cultum divinum multiplicandam. Ad hoc
autem quod proles sit apta ad cultum divinum
et possit sibi sufficere per emancipationem
a parentibus requiritur magnum tempus vite,
quia oportet filium generatum educari et doceri
et sibi de necessariis vite a parentibus provideri,
quia sicut dicit apostolus 2 ad corinthios 12 pa-
rentes debent thesaurizare filiis et non filii
parentibus. Antequam filius possit gubernare se ipsum
opus est 18 annorum vel 20. Antequam vero
filius genitus sit educatus et doctus
sciens et potens se et familiam regere
oportet quod sit 20 annorum vel circiter.
Sit ergo quod post hoc non generet nisi
unum filium de uxore, tamen antequam filius ille
dispositus ad recedendum a patre iam
perfecit 20 annorum vel circiter. Unde
vera est, quia masculus et femina debent simul

cohitare indivisibiliter quam diu intendunt
generacionem et educacionem prolis/ sicut videmus
in brutis animalibus/ sicut in avibus quod declara-
tur per mas/ declinante femina inseparabiliter
coniungitur tempore quo intendunt generacionem
et educacionem filiorum/ Propterea et in aliis
alibus et avibus filii nati in modico
tempore sunt sufficientes victum sibi querere/
Ideo masculus et femina non coniunguntur
inseparabiliter per totam vitam sed tantum tempore
educacionis filiorum/ Cum igitur natura
humana magis debeat esse ordinata/ quam
natura brutorum/ Ideo de dictamine naturali est/
quod vir et uxor inseparabiliter coniungantur
quam diu stat necessaria educacio et doctrina
filiorum/ et hoc est fere per totam vitam coniugatorum/
quia sicut visum est/ vix post xx annos
[illegible] primus filius sit sufficienter
educatus/ Et sic sola occasione primi
filii dictat natura/ quod tamen dicat vir uxore
inseparabiliter cohabitare/ Et quia antequam primus
sit sufficienter educatus nascentur
filii alii/ vel saltem possunt nasci/ quibus
cohabitare per parentes debet provideri/ ad quod ulterius
requiritur tractus temporis magnus/ Ideo
sicut natura dictat aliis animalibus ut mas-
culus et femella inseparabiliter cohabitent
in tempore deputato a natura in generacione et
educacione filiorum/ ita dictat in natura
humana ut vir et uxor inseparabiliter
cohabitent per totam vitam/ Et sic patet/ quod in-
divisibilitas matrimonii non solum est
de iure divino sed et de iure naturali/ hanc
autem veritatem declarat salvator per scrip-
turam veteris testamenti/ Non legistis/
quia qui fecit hominem ab inicio qui scilicet
solus condebat legem nature/ cum lege data
per moysen/ masculum et feminam fecit
eos in quo tangit unitatem ipsius matrimonii/ unum
videlicet non cum feminis/ ut unum coniugium
sit non plura/ quod repudio postea conveniebatur

Et dixit/ propter hoc relinquet homo patrem et
matrem/ In quo tangit debitam condicionem matrimonii
prole/ quia matrimonium debet esse inter personas legitimas
ad contrahendum/ tangit autem hic legitimi-
tates personarum per hoc quod excludimus personas illegitimas/
que sunt pater et mater/ Iste enim sunt persone [illegible]
se/ secundum dictamine legis nature/ Ideo est/ quod vir et
uxor in actu maritali ad paria iudicantur/
et ideo contra reverenciam naturalem est quod filia coniungatur
patri/ et filius matri/ Unde et aliqua animalia magis
appropinquancia ad nostram industriam humanam/
talem coniunctionem velud abhominabilem refugiunt/
sicut narratur de elephante qui cum adductus
a magistro ipsum custodiente/ ad impugnandum
matrem propriam venit/ propter quod magister vultum eius
operuit et cum sic ignoranter matrem cognovisset/
et discooperto vultu hoc videret/ insiliit pro do-
lore in dorsum (?) suum et interfecit eum/ Et
hoc est quod dicitur in littera propter hoc i. propter quod a principio
Relinquet homo patrem et matrem/ homo i. mas-
culus et femina/ masculus nullo modo debet
copulari matri/ neque filia patri/ Tercio ponitur/
illud quod est forte (?) in matrimonio/ scilicet coniunctio
sive individua per totam vitam/ cum dicit/ Et adhe-
rebit uxori sue per coniunctionem cordis ex amore
et fidelitate/ Et erunt duo in carne una quantum
ad unitatem copule corporum/ vel quantum ad u-
nam carnem prolis ex ambobus procedentem/ Ad
intelligendum tamen/ quod ista verba dum hic verba dei/
et tamen genesis 2o dicuntur verba ade/ non tamen est hic
contradictio/ quia illa verba protulit adam ex divina
revelacione/ quia in extasi posicione viderat
mulierem de costa sua formatam/ Et ideo
illa verba fuerunt prius dei revelantis et ipsius
ade instructi et prius pronunciantis/ Itaque iam non sunt
[illegible]
duo sed una caro/ [illegible]/ quia unum facit
carnalis coniunctio/ Et concludit ex hoc salvator
quod vel quos deus coniunxit virum et
uxorem inseparabiliter quantum ad totam vitam
homo non separet/ dimittendo propria voluntate uxorem

aucte tamen diuina aliqui separantur quo ad cohabita
cionem et debiti reddicionem non tamen quo ad vin
culum primo et quid ad vinculum an carnalis
copula / hoc coniungit quos separantur sicut per dimis
culum alterius religionem intrare / vnde Jo. hoc
separat quod per desiderium fit . scilicet prima diuinitus /
deus separat quod ex consensu per fornicacionem dei / quod
temporis malum est . vnde aliud dimittit fornicationis
quia in decalogo auctore prohibetur omnis coitus illicitus /
primo patet quod naturam / cum dicitur masculum et fe
minam / quod quo ad hoc . primo feminine corpus inuita
uenire naturalem vsum / in eum qui est contra naturam /
similiter et masculi relicto naturali vsu / 2o patet
incestus / cum sequitur / propter hoc relinquet
homo patrem et matrem / cum istis nullus licuit contra
here / 3o patet fornicacionis / cum addit vxori adhe
rebit non meretrici / que vxor dicitur que est coniuncta
non polluta / 4o patet adulterii cum subditur
sue / non aliene / 5o bygamia cum sequitur
et erunt duo in carne vna non tres / contra
quod Lameth legitur primus fecisse genesis 4 . contra matrem
cum patre vxorem / hoc absolvatur ab illo precepto
honora parentes tuos etc / Exo. 20 / Et ideo ipsum ex
pedis quod intelligitur de relictione quo ad
copulam carnalem / non quo ad vsum co
habitacionis / Sed . Dubitatur ergo quod pater et vxor
consimiliter indigeant / cui magis tenetur sub
uenire / Respondeo de bonis quibus tenetur magis
vxori / contra sic vxoris sicut viri / Si autem habeat
patrimonium de illo magis patri quam vxori tenetur
Dicunt illi hic recordantur quandam obiectionem
quam fecerunt ei pharisei / de auctoritate moysi
supra allegata / Quid ergo mandauit moy
ses . q . diceret . manifeste dicunt contra le
gem moysi / deutronomio 24 . dare libellum re
pudii . i . repulsionis et dimittere scilicet vxorem
suam deutronomio 24 . Si acceperit homo vxorem et non
inuenerit graciam in conspectu eius propter aliquam
feditatem / scribet libellum repudii / et dabit
in manu eius / et dimittet eam de domo

sua / Sed in libello repudii fuit aliquos
tria erant scripta / causa diuorcii / dos quam
dabat ei / et licencia nubendi alii / Josephus
tamen dicit quod scriptura erat talis / promitto
quod numquam tecum conueniam / De libello repu
dii satis competenter dictum est supra 5 . capitulo
Et ait illis quoniam moyses / Inde non deus
ad duriciam cordis vestri et maliciam
permisit non precepit vobis dimittere vx
ores vestras . q . d . non dico contra moysen
quia moyses non scripsit hoc tamquam licitum
et bonum / sed permisit propter maius malum vi
tandum / ne scilicet vxores eius cum [illegible] ingra
tas occiderent / quia minus malum est dimittere
quam occidere / Exitur deutronomio 6 . quod ipse dicit
ad sponsum coniugis / ne forte committet
Dicunt igitur qui non dat ad sponsum
nec coniugem nec propter magnum facit magis
contra intencionem moysi / Ita qui docet
vxorem non dimittendam / non dicit contra eius
intencionem / sed magis supplet et perficit
illius legis datam in perfectionem / sicut supra
dictum est 7 . capitulo Ab inicio enim non
fuit sic . scilicet in statu nature institute / sed
in hominibus lapsis per peccatum permissum est
propter maius malum vitandum / non tamen licitum
sed minus malum / Et hoc est quod subditur / Dico
autem vobis glossa . doctrina christi contradicit
legi moysi / quia iam tempus est perfectionis
Quicumque dimiserit vxorem suam
nisi ob fornicacionem causam supplicii
quo ad repudiacionem separat et sic
contra legem moysi / nisi ob fornicacionis
causam / Item que vna carne diuidit
in alteram / et se separat / Raba . sola
fornicacio que vxoris vincit affectum / prouerbiorum
18 . Qui tenet adulteram stultus est
et insipiens / intellige adulteram
consuetudinaliam / Ergo leuius est pro
ad continenciam non / quam ad vllam priuatam
fornicacio dimissio qui enim dimittit vxorem

pro fornicacionem intelligenda est quantum ad co
habitacionem et reddicionem debiti. Non tamen
quantum ad vinculum quod non solvitur nisi
per mortem. Et aliam duxerit, scilicet vivente
ea dimissa vel propter fornicacionem vel
dando libellum repudii, mechatur, id est
adulterium committit. Et qui dimissam ad
ulteram duxerit, mechatur, quia adhuc
post separacionem manet vinculum matrimonii.
Et qui dimissam duxerit, scilicet viro vivente
ea, mechatur. Rab. Qui talem ducit
sub adulterii crimine fit. Dicunt ei discipuli
quod est utilis in virtute continencie, que est
quod ponitur quod est supererogacionis et consilii,
scilicet continencia ab omni actu venereo. Dis
cipuli enim audientes quod vinculum matrimonii
esset indissolubile, dixerunt: Si ita est
causa hominis cum uxore, quod non possit eam
dimittere nisi pro fornicacione,
non expedit nubere. Quasi dicat, melius est
simpliciter melius est continere. Et hoc ex du
plici causa: primo quia propter indivisibilitatem matrimonii possunt
multa gravia sequi, quia si uxor incurrat le
pram vel aliam infirmitatem horribilem
oportet eum illi debitum reddere. Secundo causa est
quia maius meritum est continere simpliciter quam
coniugalis continencia. Ut supra dictum est,
continencia virginalis habet fructum cen
tesimum, vidualis sexagesimum et coniugalis
tricesimum. Unde Ieronimus et habetur in glossa:
Grave pondus uxor est. Si excepta causa
fornicacionis non licet eam dimittere, quid si fuerit
temulenta fuerit, si iracunda, si gulosa,
si vaga, si morbosa, si iurgatrix, si male
dica, tenenda erit huiusmodi, et erit velimus nolimus
sustinenda. Cum enim liberi essemus sub
iecimus nos servituti. Qui ait illis: Hic
ostendit dominus quod semper continere sit difficile, primo quia
est paucorum, secundo quia ad hoc exigitur speciale
divinum auxilium illi. Sed quibus datum est.
Et hoc est quod dicit: Non omnes capiunt verbum
istud, scilicet ut semper contineat, quia altus est status

ad quem infirmi non possunt ascendere. Unde non omnes
possunt verbum hoc, non quia simpliciter non possunt, sed quia
nolunt, quia videtur laboriosum et displicebit ei.
Eccl. 21. Sed quibus datum est a deo. Glossa: quia non habent
nisi ex gracia. Sap. 8: Non possum esse continens
nisi deus det. Unde Ieronimus: Non a casu
vel a fortuna virgines fiunt, sed quia qui a deo
petunt virginitatem et laborant ut accipiant.
Sunt enim eunuchi qui de matris ventre sic.
Supra tactum est de continencia, sed quia non
omnis continencia meritoria est laudabilis, hic ostendit quod
sit laudabilis et que non. Dicit ergo: Sunt eunu
chi, id est semper continentes; grecum enim vocabulum est
secundum Ysidorum. Qui de matris ventre sic nati sunt, id est
frigidi sive instrumentis vel frigide nati sunt. Et sunt
eunuchi qui facti sunt ab hominibus, id est privati mem
bris genitalibus ab hominibus. Hii proprie dicuntur
spadones a spata, quia cum gladiis vel instrumentis so
lent castrari. Unde Eccl. 20: Concupiscencia spa
donis devirginavit iuvenculam. Horum neuter
premium habet. Et sunt eunuchi, id est continentes
qui castraverunt se ipsos, id est qui castraverunt ~~vice~~
voluntatem se devoverunt propter regnum celorum,
ut liberius vacent contemplacioni. Et ista castracio
est laudabilis. Et hii dicuntur eunuchi ab eu
quod est bonum et nichos quod est victoria, quasi
boni victores. Et hii merentur: et racione voluntatis
quia spontanea, et racione actionis quia bona,
et racione intencionis quia recta. Ista enim tria perficiunt
meritum. Ysa. 56: Hec dicit dominus eunuchis
qui custodierunt sabbata mea etc.: Dabo eis
nomen melius a filiis et filiabus. Ergo hec
aureola videtur quod aureola sit quedam fama
vel quedam honor amplius aliis. Glossa dicit: Hic
tria sunt genera eunuchorum. Duo carnalia:
eorum qui sic nascuntur et hii qui captivitate
et deliciis dominorum abscisi sunt. Tercium spirituale,
qui cum possent esse viri propter Christum abstinent.
Et quia iste status altus est, non possunt omnes
ad hoc attingere sed solo perfecti Deo subditi.
Qui potest capere capiat, quasi dicat: tamen bonum
non est necessitatis sed supererogacionis. Tunc oblati
sunt ei parvuli. Hic de perfectione continencie sive

castitatis. Hic agitur de persone obedientie sive humilitatis
in comendatione parvulorum. Dicit ergo. Tunc oblati sunt ei de
castitate etc. Sermo oblati sunt ei parvuli per quos
figurantur humiles et obedientes, quia sicut parvuli
non ducuntur propria voluntate sed aliorum, ita humi-
les et obedientes. Ut manus eis imponeret et
oraret, id est ut manu et voce benediceret. Impo-
sitio autem manuum orando fiunt ab antiquis
patribus, qui volentes benedicere pueros impone-
bant eis manus. Gen. xlviii et Act. x. Discipuli
autem increpabant eos. Iesus vero. Timentes dominum
importunitate offendi et vexari. Iesus autem
ait illis: Sinite parvulos venire ad me,
quia isti sunt figura humilium et obedientium
quorum sunt tales. Ego volo. Talium enim est
regnum celorum. Quia sicut dictum est precedenti
capitulo nullus potest intrare regnum celorum nisi
fuerit parvulus, id est habeat conditiones parvuli,
[illegible] quas habet parvulus et naturaliter. Unde glossa
Non ait istorum sed talium ut ostendat non etate
regnare sed moribus. Et hinc qui similem habent
innocentiam et puritatem promitti simpliciter.
Et ergo talium id est humilium. Quod humilitatis sola
observatio est custos virtutum. Nichil
est quod ita deo gratum faciat et hominibus quam si
vite meritis magni sed humilitate infimi videa-
mur. Et cum imposuisset eis manus. Iesus abiit inde
ut humiles dignos sua benedictione ostenderet
quibus committitur humilium dignitas. Glossa expositalis
imponit manus quia humilibus auxilium gratie
tribuit. Et ecce unus. Hic de persone castitatis
et humilitatis, hic tertio agit de persone paupertatis
que tendat in comparatione ad observantiam
mandatorum [illegible]. Ubi ostenditur primo quod
est necessarium, secundo quod est perfectionis volunta-
rie ibi Dixit illi adolescens. Dicit ergo Et ec-
ce accedens unus ait illi. Glossa audierat
iste similes parvulis dignos regno. Vult ergo
certius non per parabolas sed aperte exponi quomodo
meritis vitam possit consequi. Magister bone
[illegible] ergo audientes et bonum ideo diligendo
quid boni faciam non tamen dicam vel audiam
[illegible] non [illegible] qui dicit in [illegible]

in regnum celorum sed qui facit. Sed quia parum
valet facere omnia nisi sit bonus finis, ideo
addit. Ut habeam vitam eternam. Qui dixit
ei: Quid me interrogas de bono. Iesus
q.d. quid me vocas bonum magistrum quasi
aliquem hominem. Et ergo dominus vidit eius
cogitationem quia iste cogitabat dominum istum
esse purum hominem licet crederet eum esse
sanctum et bonum doctorem. Et ideo dominus vi-
dens eius cogitationem dixit ei: Quid me
interrogas de bono. q.d. ex quo credis
me esse purum hominem non debes me vocare
bonum. Unde subdit: Unus est bonus deus,
hoc est deus. Deus est solus bonus per essentiam
et nullus alius. Unde Iesus: non se negavit
bonum non esse sed negavit absque deo ullum
bonum esse. Dicit item glossa. Opus autem non
renuit testimonium boni sed magistri excludit
errorem. Unde Beda: non se prius bonum se
negat sed se esse deum significat. Nec
se magistrum bonum non esse sed absque deo ullum
esse bonum testatur. Et ideo inquit Quid
me dicis esse bonum q.d. cur me non
credis esse deum et nemo bonus nisi deus.
Quid me dicis bonum. Unde si vis me
credere bonum crede et me deum. Unus est
bonus deus singulariter et essentialiter. Et si angeli vel
homines sunt boni hoc est participative
et dependenter. Et comparatione dei non
merentur dici boni. Sequitur hic de
[illegible]. Ideo dicit [illegible] accessit ad tempus
tentandi non discendi. Et adhuc facit hic
glossa. Idem in vide [illegible] dominum arguentem
Quid me dicis bonum. Item hoc quod in
dicto illo dominum [illegible] est. Beda vero
approbat eum ex simplici corde accessisse
[illegible] ex illo [illegible]. Intuitus
est eum Iesus et dilexit eum. Ideo potius
esse quod in principio ad temptandi accessit
sed post verbum domini humiliatus fuit et
sic [illegible] est [illegible] dominus sic factus
Item quid me interrogas de bono.
Cont. [illegible] x. et Luc. xviii. Quid me dicis

bonum / 2° Aug(ustinus) utrumque potuit dici / ut al-
teri referatur ad id quod querebatur,
quid boni faciam / alteri ad id quod ait
magister bone / Si autem vis ad vitam ingredi
hic querit videtur eius interrogatori dicens
Si autem vis ad vitam ingredi, serva
mandata. Ieron(imus). Ista est via que dedit
ducit ad vitam / Si vis esse bonus
liberas ad vitam ingredi esse salutis
possibilitas. Serva mandata esse vie vir-
tus / Glosa primo. Ingressum illius mandata est
na / Dicit illi hic subditur eruditio specialis
Ubi ponitur primo adolescentis quod / 2° domini
responsio / ibi Jhesus autem / Dicit ergo Dicit illi
scilicet adolescens quae scilicet mandata ad vi-
tam necessaria. Jhesus autem dixit hic subditur
domini responsio / in qua enumerat precepta que ordi-
nat ad proximum / et primo specialia / 2° generale
et quasi fundamentum omnium / ibi Diliges proximum
tuum sicut te ipsum / primo tangit preceptum ordinans
ad proximum cum quo naturam communem habemus,
2° ad proximum scilicet ad patrem et matrem a quibus
naturam habemus / ibi Honora patrem / primum ad
proximum ad quo habemus naturam communem ordinari
docet / primo quantum ad personam propriam / 2° quantum
ad personam adiunctam ad speciem conservandam
ibi Non adulterabis / 3° quantum ad adiutorium
datum in conservationem individui / et hoc
ut non noceat ei in facto / ibi Non faci-
es furtum / in verbo ibi Non falsum testimonium
dices / Dicit ergo Jhesus autem dixit / Non homi-
cidium facies / manu occidendo / mente
odiendo / aliqua subtrahendo
Glosa / Non occides / Ex isto precepto
non prohibentur isti qui habent auctoritatem a deo
et lege occidendi / ut iudices et principes
nec illi qui auctoritate eorum hoc faciunt scilicet
in iusto bello / Non adulterabis uxorem
proximi accedendo / Non furtum facies rem
alienam invito domino contrectando / Non falsum
testimonium dices / proximum in fama vel

alia re verbo ledendo / Proverbiorum 19 falsus testis non
erit impunitus / Honora patrem tuum et matrem
tuam reverentiam exhibendo / eis subvenien-
do / Glosa 2° qui honorat patrem suum vita vi-
vet longeva / Et diliges proximum tuum sicut te
ipsum id est ad illud ad quod te ipsum diligis scilicet
ad gratiam et gloriam / Glosa / sicut / non dicit quantum /
quia in ordine caritatis proponitur deus proximo suo /
quia primo diligendus est deus et super omnia / Glosa
loco deo debes te ipsum diligere / et tuo proximo
et quo ad hoc sicut / dicit similitudinem. Sicut te ipsum
id est ad similem finem ad quem te ipsum. Item deus est
exemplar dilectionis quo ad proximum / proximus
est exemplatum / sed exemplar potius est
quam exemplatum / Glosa / proximus noster est / sicut innuit
salvator in parabola Luce 10 omnis qui nobis
beneficium querit in natura / sive sit amicus / sive
inimicus / sive iudeus / sive paganus / quos tenemur
diligere id est promovere quantum nobis est possibile ad
vitam eternam / Glosa / hic salvator innuit quod ob-
servantia preceptorum ceremonialium / et iudicialium
non erat amplius necessaria ad salutem / quia de eis
nullam mentionem facit / Crisostomus hic / non
enumerat hic omnia mandata / cum sine omnium ob-
servantia non sit salus / sed enumerat 6 precepta
ordinantia in proximum / in quibus implicat alia
et supponit / Omnia qui diligit proximum legem
implevit / quia in dilectione proximi intelligitur
potius dei et e converso / quia proximus diligitur propter deum
et non e converso / Dicit ei adolescens Omnia post
mandatorum observantiam que est necessaria / hic
docet voluntariam paupertatem / que est consilii et
perfectionis / ibi Ait illi / Dixit adolescens ille
volens ad statum perfectionis ascendere / ideo dixit
Omnia hec custodivi a iuventute mea
quid michi adhuc deest / Ait illi Jhesus Si vis
quia ex voluntate est / perfectus esse id est iste
dicit ad statum perfectionis / quem statum
saluti necessarium / Vade contemnendo omnia temporalia
et vende que habes et da pauperibus scilicet propter
deum / quia abicere temporalia propter ostentationem non
est meritorium / sicut aliqui philosophi fecerunt

Et habebis thezaurum in celo / hoc non dicit quia
paupertas sit maior virtus quam continencia vel
obediencia / sed dicit propter quandam correspondenciam / quia
thezaurus celestis sit videlicet voluntarie pau-
pertati. sicut exaltacio humiliacioni / sicut dictum
est precedenti capitulo. Et veni sequere me / nota
in sequela christi per opera caritatis consistit perfectio principaliter /
in paupertate autem voluntaria consistit instrumentaliter
et dispositive / quia per hoc aufferuntur cura tempora-
lium que impedit animum a dilectione dei / et
disponitur animus per paupertatem ad liber-
ius vacandum deo / Unde abbas moyses. Ieiunia.
vigilie. meditacio scripturarum. nuditas. ac
privacio omnium facultatum non perfectio sed perfectionis
instrumenta sunt / quia non in ipsis consistit
discipline illius finis / sed per illa pervenitur
ad finem / Et ergo in illis verbis domini aliquid
ponitur quod via ad perfectionem / scilicet hoc quod dicit Vade
et vende omnia que habes et da pauperibus / ac si
diceret / ille est transitus ad perfectionem / Aliud autem
subditur in quo perfectio consistit scilicet quod dicit Et seque-
re me. Unde Ambrosius super lucam. super illo Sequere
me Sequi iubet non corporis gressu sed mentis
affectu / quod fit per caritatem / in caritate autem
consistit perfectio principaliter et essencialiter / quia ipsa est vinculum
perfectionis ad colossenses 3 / paupertas instrumentaliter que ad
caritatem ordinatur / Vade ergo et vende omnia et
quasi dicat / hoc faciendo ad hunc finem veniens et
Cum audisset adolescens verba hec abiit tristis (Quia dure paupertatis)
hic communiter ostenditur quid sit huius perfectionis impe-
dimentum / scilicet nimia dilectio terrenarum possessionum
et hoc est quod dicit. Cum audisset adolescens verbum scilicet
de vendicione et abiectione temporalium / abiit tristis
hec est tristicia que ducit ad mortem. 2
ad cor. 7 / nimis enim amabat possessiones
terrenas / Et ideo non potuit ad perfectionem volun-
tarie paupertatis ascendere / Erat enim habens multas
possessiones / quas amabat inutiliter que instabile
est amata abicere / Ihesus autem dixit hic
ostendit difficultatem sequendi christum in paupertate
voluntaria / Et hic ostendit primo absolute secundo com-
parative ibi Iterum dico vobis / Ihesus autem dixit
discipulis suis Amen dico vobis quia dives

difficile intrabit in regnum celorum / (i. cum difficultate) non dixit
impossibiliter / quia difficile est divicias pos-
sidere / et non teneri nimio amore earum
quia secundum quod dicit beatus Augustinus in epistola ad
paulinum / Bona terrena diliguntur arcius
adepta / quam concupita / Aliud enim est velle
incorporare que desunt / Aliud iam incor-
porata divellere / illa enim velud extranea
iam repudiantur / ista velud membra scin-
duntur / Item superflua est cura de rebus
corporalibus corporis que tamen angustia ad
certe pro tempore subsistunt / subsistentes
sollicitudine ingerunt / recedentes do-
lorem faciunt / et quod peius est ingressum
regni spiritualis impediunt / quia dives diffi-
cile intrabit in regnum celorum / Hic illud
verbi notandum quod divicie habite / cupite quandoque
nate sunt perfectionem caritatis impedire /
primum alliciendo animum et distrahendo / Un-
de super Luca dicit / quod sollicitudo seculi et fal-
lacia diviciarum suffocat verbum dei /
quia ut dicit beatus Gregorius / Dum bonum deside-
rium ad cor intrare non sinunt / quasi aditum
vitalem impediunt / Item Crisostomus [illegible] as-
sumpcio diviciarum / maiorem apponit
flammam / et vehemencior sit cupido /
et quia cupido est venenum caritatis / Ideo
possessio diviciarum reddit hominem diffi-
cilem ad perfectionem attingendam / non tamen
facit impossibilem / quia abraham fuit
dives valde / ut habetur Gen 13 et tamen
fuit perfectus ut habetur [illegible] / Ideo dicitur
Eccli. 31 / Beatus dives qui inventus est
sine macula / et qui post aurum non abiit
etc / Et sequitur Quis est hic et laudabimus
eum / quasi dicat raro et cum difficultate invenitur
Et subditur fecit enim mirabilia in vita
sua / scilicet quia divicias possidens dili-
gens non amavit / Iterum ostendit quod
divicie faciunt impossibilitatem ad perfectionem
et ad regnum celorum consequendum / quia sic [illegible]
habent / constituunt finem in diviciis / etc

Alii dicunt quod in muro Jerusalem propter bella finitima magne porte clause fuerunt et parve porte aperte que foramen acus vocabantur propter artitudinem per quas camela non nisi depositis oneribus intrabant. Per quod significat divites non posse intrare viam artam que ducit ad vitam nisi sordibus peccatorum et affectionibus divitiarum depositis.

et quod dicit Iterum dico vobis facilius est camelum per foramen acus transire quam divitem intrare in regnum celorum. Primum est impossibile ut patet manifeste. ergo secundum. Et loquitur dominus de divite constituente finem in divitiis. Et hec verba sunt contra illud quod habetur Mathei 10. Vere dico quia difficile confidentes in pecuniis intrabunt in regnum celorum. Et sequitur facilius est camelum etc. Hoc contra verba quia illud quod dicitur divitem impossibile intrare in regnum dei intelligitur non de quolibet divite sed de divite confidente in divitiis et in ipsis finem constituente. et hoc debet subintelligi. Et ita exponit Ieronimus. Et ergo dicit psalmus xi. de divite in divitiis confidente. Proverbiorum: Qui confidit in divitiis corruet. Et prima ad Thimotheum vi. Qui volunt divites fieri incidunt in laqueos diaboli. Et idem dicit psalmista. Divitie si affluant nolite cor apponere. Camelum transire secundum glossam. Facilius est Christum pati pro amatoribus seculi quam amatores seculi ad Christum converti. Et hic dicitur Christus camelus qui sponte humilitatis onera portans subiit. Acus punctus passionis qua voluit acu quasi scissa vestimenta resarcire dignatus est. Sequitur Discipuli autem eius mirabantur valde quia talem perfectionem paupertatis voluntarie et aliarum virtutum nullus alius docuerat nisi Christus. Sequitur dicentes Et quis ergo potest salvus esse. Sed videtur quod illa questio nulla sit cum plures sint pauperes quam divites. Responsio secundum glossam. In mundo divitem reputabant omnes qui amat divitias et si non habeat. Et sic sunt multi divites et pauci pauperes. Pauperes vero sunt qui licet habeant divitias tamen eas non amant de quibus unus fuit David qui dixit quoniam unicus et pauper sum ego. Et super illud Beati pauperes spiritu. Et signum est quod quis non amat divitias quia si amittit

ferunt eas volente et permittente non contristatur. Unde apostolus quosdam reprehendit ad Hebreos x. dicens ad ipsos et rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis. Et intuens autem Ihesus. Hic ostendit impossibilitatem salvationis tante perfectionis quam ostendit primo ex defectu humano, secundo ostendit possibilitatem ex adiutorio divino ibi Apud deum autem. Dicit ergo Aspiciens autem Ihesus ut pro aspectu eos attentos redderet dixit eis apud homines impossibile est quia homo non potest ad hoc attingere ex virtute propria sed solum ex divina gratia quod habetur ad Romanos 8. gratia dei vita eterna. Et per hoc excluditur error pelagii qui posuit hominem ex sola libertate arbitrii posse mereri. Et quia licet initium vite eterne non possit esse virtute nostra potest tamen esse virtute gratie divine. Unde sequitur Apud deum omnia possibilia sunt. Genesis 18. Numquid deo quicquam difficile est. Non enim verba que videntur reprobare paupertatem intelligenda sunt in illis qui involuntarie pauperes sunt. Aliter autem exponitur a quibusdam illud Facilius est camelum per foramen acus transire dicentibus quod quedam porta erat in Jerusalem que vocabatur porta acus per quam non poterant cameli transire nisi prius deposito onere. Sic nec divites possunt intrare regnum celorum nisi deposita sarcina viciorum. Sed quia hec de scriptura sacra non habetur ideo Beda eadem similitudinem reprobat. Non enim invenitur in scriptura talia scriptura autentica quod in Jerusalem fuerit aliqua porta sic vocata. Ideo prior expositio melior videtur. Et incipiens Petrus. Hic ostendit paupertatis perfectionem et arduitatem. Hic ostendit eius dignitatem ex premii magnitudine. Ubi primo ponitur questio petri de premio, secundo domini responsio ibi Ihesus ante dixit illi. Dicit ergo Et incipiens Petrus dixit ei Ecce nos relinquimus omnia. Et licet petrus esset pauper tamen asserit confidenter se reliquisse omnia quia licet esset pauper in actu tamen habebat multa in potentia. Et quia pro paupertate voluntariam non solum relinquuntur possessa

in actu / sed et possibilitas acquirendi et possidendi
/ et ista possibilitas aliquo modo se extendit ad
omnia / Vides quemadmodum petrus dixit, se reli
quisse omnia / Prima ergo relinquit qui vo
luntate habendi dimisit / que est capax omnium
volitorum / Non enim omnia hic possit / velle autem posse
quia voluntas impossibilium est / Unde plus
mundi contempsit quam spem nocet / Sed quia non
sufficit relinquere omnia / subiungit quod perfectum
est / Et secuti sumus te / quid ergo erit nobis /
q. d. secuti ad insistis / quid dabis nobis
premii / Unde post secundum enim non est in celo / et
a te quid volui super terram / Ihesus autem
dixit / Hic subditur duplex responsio / in qua promittitur
duplex premium / primo premium correspondens merito imi
tationis / secundo premium correspondens merito abdica
tionis mundi / ibi Omnis qui reliquerit etc / Dicit
ergo / Ihesus autem dixit illis / Amen .i. fideliter
dico vobis / quod vos qui secuti estis me / di
missis omnibus temporalibus / In regeneratione .i. in
die tempore iudicii mortuorum / Rabanus Duplex est
regeneratio / prima accepta ex aqua et spiritu ad
tempus / secunda per lavacrum regenerationis / Reddita corporum
de qua hic / Et dicitur regeneratio quia tunc ad esse
secundarium acceptum / Cum sederit filius hominis
per auctoritatem iudiciariam / quam habebit filius hominis
per similem formam in qua iudicabit / Unde dicit
per hoc Ihesus qui a vobis assumptus est in ce
lum sic veniet ad iudicium / quia sicut in humani
tate ascendit / ita in humanitate descendet
ad iudicium / In sede maiestatis sue per mani
festam potentiam que prius latuit / In primo
enim adventu sedit in sede humilitatis / in secundo
sedebit in sede maiestatis / Sedebitis et
vos quieti et stantes / super sedes xii tamquam
principes honorati / iudicantes xii tribus
Israel / que vobis credere noluerunt
vel ... iudeos apostoli iudica
bunt / quia gentes verbum apostolorum receperunt in
deis nolentibus recipere / Rabanus Nec putetur
tantum xii apostolos iudicaturos / sicut nec
sole tribus xii sunt iudicande / sed in xii apostolis
universitas significatur iudicum perfectorum / per apostolorum

orum / in xii tribubus universitas iudicandorum
/ Unde beatus Augustinus 20 de civitate dei / Si solum
xii apostoli iudicabunt / ubi paulus apostolus
qui plus omnibus aliis laboravit / ad iudi
candum sedeat non habebit / Cum christo enim
alios sanctos ad nomen iudicum se pertinere de
monstrat / ubi dicit / Nescitis quia angelos iudica
bimus / Et notandum quod iiii ordines erunt in
iudicio / secundum quod dicit Rabanus / Duo electorum / et
duo reproborum / Electorum unus iudicantium cum
christo de quo hic / Alius iudicatorum qui
temporalia habentes / recte eis usi sunt / quibus dicitur
esurivi et dedistis michi manducare Venite
benedicti etc / Reproborum vero quidam qui
christiane fidei misteriis instructi / opera
dei exercere contempserunt / quibus dicetur / Ite male
dicti in ignem eternum / Alius eorum qui sus
ceptam fidem per apostasiam reiece
runt / vel qui eam recipere noluerunt / de quibus
Io. 3. Qui non credit iam iudicatus est
/ Item notandum quod iudicare accipitur
tripliciter / Uno modo principaliter / sicut iudex qui
presidet sententiam / et hoc modo solus christus iu
dicabit / Alio modo per sedem in loco emi
nenti iuxta iudicem / sicut assessores
iudicis / et hoc modo apostoli / et alii perfecti
cum christo iudicabunt / Tertio modo acci
pitur / per similitudinem iudicis approbantis / et
hoc modo omnes electi iudicabunt / quia
similitudinem iudicis approbabunt / Notandum
etiam / quod licet iudiciaria potestas que
competit christo per modum assessorum
conveniat apostolis et viris perfectis / tamen sic
perfectionis super alios ~~eminere~~ eminere / cum
magis attribuitur voluntarie paupertati
quam aliis virtutibus / et hoc propter quandam
convenientiam / sicut supra dictum est / quia ex
altatio correspondet humilitati / sic iudi
cialis potestas paupertati / paupertas
enim in hoc mundo conculcatur et
premitur iudicatur / Ideo contrario eminentia
potestatis iudiciarie competit eis in re

gnacione | Sequitur Et omnis qui reliquit
hic subdit abdicacionis premium | ibi ex
plicat primo meritum | 2° premium ibi Centuplum
accipiet | dicit ergo Omnis qui reliquerit do[mum] |
s[cilicet] propriam | vel fratres, vel sorores quantum ad pro
pinquos nobis pares | aut patrem | aut matrem
quantum ad superiores | aut filios quantum ad in
feriores | aut agros .i. possessiones terrenas
propter nomen meum | i[d est] vocacionem perdicacionis se
dedit Actuum 20. Ego non solum alligari
sed mori paratus sum in ierusalem propter nomen
domini ihesu | Centuplum accipiet | glosa .i. qui
carnalia dimiserit | spiritualia accipi
et | que comparacione et merito sui excedunt
carnalia | sicut centenarius parvum numerum |
Marchus ait centies tantum nunc in tempore
hoc quia in hac vita persecucionibus plena
gaudium regni degustat quod in infinitum
excedit gaudium rerum carnalium | Et
vitam eternam possidebit in futuro | vita
in qua delectabilitas | eterna in qua perpetui
tas | possidebit in quo dignitas | quia
tanti domini et heres possessor erit | Multi
autem erunt primi hic concludit | quia illi
qui sunt hic primi in honore | alios in
dicites iniuste | hii erunt novissimi
et inferiores | et iudices aliorum subiecti |
Et econtrario voluntarie pauperes qui sunt
hic novissimi | in iudicio futuro erunt
primi | quia sicut dictum est | erunt iudices
assessores | Vel novissimi per humilitatem |
sunt primi in gloria | et primi per superbiam |
sunt novissimi per abieccionem finalem

Simile est regnum celorum homini pa[trifamilias].
Supremo actum est primo de perfeccione
activorum | 2° de perfeccione religiosorum |
hic agitur 3° | de perfeccione prelatorum | Ubi
ostendit status prelacionis cum perfeccione
persone esse generalis | Et cum perfectio prelatorum
consistat in duobus labore .s. doctrine | sanc
titate vite | Dividitur primo | primo ergo agitur de
labore doctrine | 2° de sanctitate vite | ibi

Et ascendens ihesus ierusalem | 3° de divite post
21 capitulum | et in hiis duobus perficitur cursus ge
tium .s. in vocacione operariorum | In illuminacione
cecorum | in solucione pulli et asine | Circa labo
rem doctrine estimat (?) vicium invidie | circa
perfeccionem vite vicium superbie | circa autem post
vicium avaricie | In prima circa laborem doctrine
| primo ponitur parabola instructiva | 2° subditur conclusio
ibi Sic erunt novissimi primi | In prima ergo primo
parabola invitat ad laborem doctrine | 2° impro
bat vicium invidie ibi Venientes autem et primi
arbitrati sunt | Ad laborem doctrine proponitur similitudine
patrisfamilias | circa quam primo | primo operariorum con
ductio | 2° conductorum missio ibi Conventione autem
facta | 3° missorum retribucio ibi Cum sero factum esset
Dicit ergo simile est regnum celorum .i. status ecclesie
militantis homini patrifamilias .i. deo patri vel christo
qui est dominus vniverse creature Et deus dicitur hic
patrifamilias | qui ita gubernat totum mundum
sicut patrifamilias subditos in domo
Nota hic attendenda sunt 6 | primo quod patrifamilias
est deus | vinea est trinitas | cuius familia est omnis creatura
| 2° operarii sunt prelati doctores et confessores et omnes
rectores vinee | 3° denarius est vita eterna
promissa operariis | 4° vinea ecclesie est ecclesia
| 5° hore sunt etates mundi | vel etates
hominis | 6° procurator vinee est christus qui
quia homo | inquantum autem deus est patrifamilias
quia unum cum patre | Iste non hic sit comparatio
negocii ad negocium | et est sensus | negocium
quod fit in ecclesia presenti | negocio quod ab
homine patrifamilias aliquo fit | assimilatur etc
Qui exiit primo mane | Iste exitus
non est per loci mutacionem | sed per sue bonitatis
diffusionem et manifestacionem | Quia cum deus
non cognoscitur | in secreto est | cum vero cognos
citur | de occultis procedit ad noticiam | con
gruo frequentius exivit | quo amplius sui no
ticiam dedit | Mane .i. in prima etate
mundi | conducere operarios .i. prelatos doc
tores et iustos ei servientes | nomine suo

p bonorum operum multiplicacione

aliis manifestatores / operarios / non tamen locutores
uel fabulatores / quia melior est predicator factis quam
verbis / Et similiter propheta in agibilibus plus creditur
factis quam verbis / In vineam suam . i . in ecclesiam
militantem / cuius primitiue sunt iusti / a primo abel
usque ad ultimum electum / que vinea per prelatos doc-
tores et iustos coli debet / Sicut enim mercenarii
sumus / mercenarius sine opere esse non potest / opera
non nostra sunt opera iustitie / non ut agros colamus
non ut diuicias acquiramus / quamuis hec sine
peccato facere possimus / non tamen sunt opera nostra / Conducere
primitias per donacionem / exiit per manifestationem
Conducere per multiplicem inuitacionem / operarios
in vineam suam per bonorum meritorum multiplicacionem
Sicut adam fuit positus in paradiso / sed quia non
coluit est eiectus / Sic populus iudaicus
positus in spirituali cultu domini / sed quia non
coluit est eiectus / Sic et nos nisi poeni-
tuerimus / et si negligentes fuerimus / Exi-
na perdemus / ammonicio de esse sequitur
Conuencione autem facta hic subditur conductoris
missio / que distinguitur per diuersas horas /
mittitur enim quidam mane / quidam hora
tercia / quidam sexta et nona / quidam undecima
Nota ista multiplicitas horarum / exponitur du-
pliciter / primo de macrocosmo . i .
maiori mundo / Et sic hora prima sive mane fuit
ab adam usque ad noe / Tercia a noe usque
ad abraham / Sexta ab abraham usque
ad moysen / Nona a moyse usque ad ad-
uentum christi / Undecima ab aduentu christi usque
in finem mundi / in qua apostoli missi sunt . quam in ce-
dem et si tarde venientes vitam eternam
acceperunt / Et in hoc concordat Ieronimus . Sicut
et Gregorius / Secundo exponitur de microcosmo . i .
minori mundo . s . homine / Et sic per mane
intelligitur puericia / In hora tercia adoles-
centia / In sexta iuuentus / In nona senec-
tus / In undecima decrepita etas / quorum
quolibet tempore / quolibet etate vocat deus homines ad
gratiam et gloriam / Et ergo / Conuencione autem facta
cum operariis ex denario diurno / Conuencio
uenit est vite eterne promissio pro labore /

que quidem vita eterna dicitur denarius
quia est equalis omnibus a parte finis
In denario est figura rotunda
que non est inicium nec finem / in quo significatur
vita eterna / In denario ymago regis
est scripta in quo anime ad deum significatur
plena conformitas / In denario est
pulcritudo glorie / in quo dotes corporis
et glorificati formositas / In denario
sunt decem / in quo notatur premium pro obseruan-
tia decalogi / Unde glossa . quanto plus
aliquis in cultu ecclesie laborat / deca-
logi insistendo mandatis / tanto plus
informatur in ymagine regis dei /
Sed denarius diurnus est quia
non nisi operanti in die gracie et non in
nocte culpe redditur / Item quia in
die glorie redditur pro qua melior est dies
vna . Et misit eos in vineam suam
quia ab inicio misit deus aliquos ad
vocacionem ad fidem redemptoris / Sicut
enim primus adam seth et enoch instrue-
bat filios ad colendum deum / In morte
et abel redemptoris mors figurabatur
Et egressus hic subditur secunda missio
vbi tangitur primo missio diuina / secundo obedientia
humana ibi At illi abierunt / Dicit ergo Et
egressus circa horam terciam / que fuit a
noe usque ad abraham / Et exiit quia
magis se manifestauit / noe cui facta
est magis expressa promissio / sub noe
enim factum est diluuium / per quod signabatur
baptismalis regeneracio / Egressus est
per maiorem manifestacionem / Vidit alios
per ritum et mores peruersos / stantes
in ... per uanitatem / In foro ... de-
diti sunt per mundi concupiscenciam / ociosos
fugientes . s . bona operacionem / Forum ...
dicitur est / In quo sunt Sicut calumpnie
mundi contenciones / diuisiones negociorum
diuersitates tumultuose ... venalia
sunt / Ociositas est debita operis destructio

s. credendo confitendo et operando

Et dixit illis Ite et vos in vineam meam
ut spatium colatur et dilatetur. In ista autem
hora aliqui sancti missi fuerunt ad erudiendum
aliorum ut Noe Abraham Thare et consortes.
Et quod iustum fuerit dabo vobis. Ecce
promissio retribucionis non meritum quia
quod iustum fuit ymo supra condignum. Ad
Ro. 8 Non sunt condigne passiones. Et iterum
exiit circa ampliorem sui manifestationem
circa horam sextam que fuit ab Abraham
usque ad Moysen. Et nonam que fuit
a Moyse usque ad adventum Christi. Et fecit
similiter. Circa undecimam vero horam. Ecce
ultima missio ubi auditur cura dei ad
homines primo in sui manifestatione 3° in eorum
reprehensione ibi Et dixit eis. In operis
mutacione ibi Dicit illis Ite et vos in
vineam meam. Dicit ergo Circa xi horam i.
in ultimis temporibus Exiit i. presencialiter ap
paruit exiit de sinu patris carnem
assumendo. Et invenit alios stantes i.
Intelligit gentilem populum a bono opere torpe
scentem qui alius populus fuit affectus et mol
libus. Et dixit illis scilicet gentilibus Quid
hic statis tota die ociosi. Intelligit i. omni
tempore pro salute laborare negligitis quia
a principio mundi usque adhuc laborare in
bonis operibus neglexeratis qui tota
die ociosi stabatis. Prov. 21 Eum sectatur
ocium stultissimus est. Dicunt ei quia nemo
nos conduxit. Intelligit viam vite nemo
nobis predicavit. Et licet gentiles habe
bant legem nature tamen per peccatum obscurata
erat in eis ita ut non haberet perfectam
dei cognicionem. Dicit illis Ite et vos in vine
am meam mente credendo ore confitendo
opere laborando. Cum sero manifestum quia qui non
operatur in hoc seculo non manducat in
futuro ymo dies iste dies operacionis
est dies quem sequitur dies cenarum est
hic non in tempore hic vita contemplativa quia
gentiles iudeis adiuncti sunt ut una
ecclesia ex ambobus fieret. Cum sero autem factum

post operariorum conductionem et missionem subdit
hic remuneracionem. Dicit ergo Cum sero autem factum esset
sero i. mora hominis (vesperis) propter obscuritatem fragilitatis
oblivionem et retribucionem. Vel sero id est tempus
iudicii quia illud erit in fine mundi quasi sero
non potest operari. Ita ut post iudicium et in sero
redit homo in domum suam. Vel ita in iudicio quilibet
ad locum quem sibi paravit. Dicit dominus vinee
i. deus pater qui dominus est iure creacionis
procuratori suo scilicet Christo. Pater cui omnia dedit
filio in manus eius Jo. 13. Voca operarios
Hic subditur remuneracionis ordo primo quo ad
tempus 2° quo ad personas ibi Incipiens.
Voca operarios. Intelligit i. statue eos ante tribunal
tuum. Unde Jo. 5 Venit hora qua mortui au
dient vocem filii dei. Et redde illis mercedem
i. denarium. Intelligit unicuique secundum propria sua
prout gessit. Unde 1 ad Cor. 3 Unusquisque
propriam mercedem accipiet secundum laborem suum.
Incipiens a novissimis. Hic tangitur remu
neracionis ordo quo ad personas. Ubi tangit
primo imperatum ordinem 2° impletum executionem
ibi Cum venissent. Dicit ergo Incipiens a no
vissimis usque ad primos. Intelligit quia primo alii
remunerantur sero venientes quam primo de cor
pore exeuntes. Unde glossa A novissimis cepit
deus prius latronem quam Petrum in paradisum
introduxit. Cum venissent ergo scilicet ad premia
torum vocacionem. Qui circa horam xi venerat
scilicet ad operandum in vinea. Acceperunt et ipsi
singulos denarios i. vitam eternam. Augustinus
Denarius est vita eterna que equalis erit
omnibus nulla longior nulla brevior mites tamen
in dispari claritate alii magis alii minus. Unde 1 ad Cor.
15 Stella differt a stella claritate. Venien
tes autem primi. Postquam invitavit ad labo
rem doctrinis increpat hic lucrum in... invidie.
Ubi consideratur primo querelam murmuracionis
propter suam cupiditatem quia ~~[illegible]~~ ubi ponitur
[illegible] et cessat murmur 2° confutat eorum
nequitiam per suam bonitatem ibi Volo autem

et sunt novissimo | murmur est in ore | magna
in corde | dicit ergo Venientes autem primi .s. iudei |
vel et illi qui primo vocati sunt ad primam | arbitrati
sunt quod plus essent accepturi | Intelligit glo-
riam, latam in regno | qui prius fuerant in
tabernaculo vel in templo vel in curia | Sed
nunc arbitrabantur quod plus esset | acceperunt et ipsi
singulos denarios .s. singula premia iusta
quamvis ipsi potentes | Videntes .i. eandem et
mercedem cum gentibus iustificari | glosa super
isto verbo | Et accipientes etc. sicut qui in initio
ecclesie nascentis vocati ex gentibus se preponere
bant quia populus dei ab initio mundi | et illi
tantum qui pondus observacionis portaverunt |
sed qui non venerunt superbos vocare et iustos sed
similes peccatores | tamen magis placet humilis
confessio malorum quam superba bonorum gloriacio |
Nota hic | Et denarius est verum et unum | quod
est murmur | et aculeus necessarius | Et | quamvis modo
exponitur sic | primo per regulam tyrannum
secundum quod sit sermo ad alios et alios de eadem
multitudine non mutata voce | sicut in passio-
ne accidet eos querebat cum | non occisi sed
alii remanentes | Et est sensus Et accipien
tes murmurabant et ad expositionem | murmurabant .s.
mali visa gloria bonorum | in iudicio vel ante quam
sciret laborantes | cum similiter aliter in gloria non
pervenerunt | 2° exponitur de presenti murmure
accepto quod in futuro | et sic denarius accipi
potest in presenti per gratiam et spem | et in futuro
per gloriam et spem | Iudei ergo qui se ad fidem
arbitrabantur se esse plus recepturos | quia
se gentibus preferebant | ideo murmurabant
videntes gentes sibi preferri in gratia et bene
dictione | et in spiritus sancti missione | de hoc
actuum 6 et 10 et aliis locis | 3° exponitur
sic quod si primi murmurarent tamen perfecti
as in nullo invidie egit | et potius sic vi-
dere murmurantibus Et sic explicito exponendo
murmur ipse dicit | Et sic dici quod istud murmur
vel eis erit in iudicio admiracio iudeorum
de tanta gloria gentium | et de tanta bonitate
dei | et remuneracione sanctorum novi testamenti
Sed quod competit quod sequitur | Novissimi tunc

necessarium est | Vel sicut dicit necessarium non pro nimiam
sed pro consideracionem incredibilis | quia ipsa ad
murmuracionem procedit ex consideracione divine iu-
sticie magis quam bonitatis infinite | et non
intelligentes ad plenum divina dispensa-
cione | 4° murmuracio ista potest dici suspe
sio antiquorum patrum in limbo | Vel ergo
antiquorum qui post longa infinita tempora
ad celum pervenerunt quam post murmuracionem
denarium acceperunt | nos autem sine mur-
muracione | et mox ut de corpore exivimus
sine mora premium accepimus | Vel potest
exponi de illis penitentie et martire qui
statim evolat | dicit ergo | Et accipientes
murmurabant querendo vel admirando
adversus patremfamilias dicentes | Hii no-
vissimi .s. gentiles vel iuvenes vel in labore
fuerunt | una hora fecerunt quia modi
co tempore laborem sustinuerunt devoti
cum voluntate temporis spacium humane
cum initio passione Christi | Et pares il-
los nobis fecisti .s. in premio qui por-
tavimus pondus diei | et estus | Pris
pondus diei sunt opus iusticie | estus
concupiscentie | Hoc ideo dicitur | quia alium
mundus omnibus bonis prosperabatur | et ideo
qui et fuerunt cum maiori difficultate
iusticiam servaverunt | quia felicitas mundi
impedimentum est eis | Pondus sicut potest
dici ~~opus~~ onus mandatorum legis
Actuum xv hoc est omnis quod neque nos vel
Estus est calor temptacionum | quod conflat
malignitas demonis concupiscentie carnalis
delectacionis motivum carnalium | portavimus
ergo quod non sustinuimus | Non explicit parabo
la hic | quod deus non remunerat sicut
opus operatum sed secundum opus operantis
Et ergo si quis diu operatur se in operibus
bonis cum tempore et remissa caritate
alius nomine vel nomine alicuius
brevius operatur fuerint | et ex magna
caritate habebit plus de premio quam
primus | Et ergo deus in remunerando non
aspicit quantum quis facit | sed ex quanto | Ista

exp[os]ita p[ar]abola eo[rum] n[on] [est] exponi mo[r]aliter
de etatib[us] ho[m]i[n]is, s[cilicet] puericia iuventute et
c[etera] q[uo]d ergo aspicienda est in remunerando
tp[or]is diuturnitas sed valor et qualitas. Sed
At ille respondens uni. Hic confutat murmura
[illegible] p[ro]pria estimacionem. Et ostendit dupl[icite]r
p[ri]mo n[on] inferendo iniuria, 2o faciendo iusticiam
ibi Nonne ex denario diurno. Dicit ergo At
ille respondens uni illorum dixit quia quod
uni dixit omnib[us] dixit. Primo Amice quia
una et eadem erat omnib[us] murmuradi ro
Amice propter fidei susceptionem, s[ed] n[on] p[ro]p[ter] operacio[n]e[m]
non facio tibi iniuriam. Job 34. Absit
a deo impietas et ab omnipotente iniquitas.
Rursus de dato eius nemo iuste murmurat
quia quod vult dat cui vult. Nonne ex
denario diurno convenisti mecum, i[d est] no
ne promissa et vita eterna fuit de ea
loquim. Tolle quod tuum est, s[cilicet] penam
eternam, et vade, in ignem eternum. Similiter
reddo tibi premium operis tui. Vel potest ex
poni de bono quia et s[ic] murmuravit. Tamen
in murmure non fuit pertinax, et exponitur
sic: Tolle quod tuum est, q[uasi] d[iceret] pactum suum
et redde mercedem tuam. Et vade in gau
dium domini tui. Vel primo ad presencia in ac
cepta iusticia. Vel primo alia expones q[uasi] d[iceret]
desine admirari. Vel habe paciam
quonsque tollas mercede
tuam. Volo autem et huic. Hic confirmat
[illegible] necesitatem per suam voluntatem. Dicit ergo
Volo autem et huic novissimo, i[d est] populo ge
ntili, s[ed] [illegible] et [illegible] Dare sicut et tibi, s[cilicet] populo
iudaico. Similiter gratiam et vitam eternam, ut etc.
[illegible] tibi fiat populus gentilis. Vel huic
novissimo, i[d est] in primo fructu, sicut et tibi
innocenti. Et ne illicita credatur volu
ntas subdit An non licet mihi facere quod
volo. Signanter dicit quod volo, quia eius voluntas
iustitia, nos autem quia iustum, ideo volumus.
Glossa. Et quod [illegible] Sentencia quod est voluntatem
dei, [illegible] esset, si non daret quod deberet,
sed non si dat quod non debet. Item non possum

Voluntas dei est iusta sed cum benignitate plena.
An oculus tuus nequam est, quia ego, i[d est] invidus
nequam est, i[d est] invidia plenus. Glossa. Vel iudei
primam mercedem habuerunt quam perhibuerunt
apostolos gentibus loqui ut salve fierent. Quia
ego bonus sum, s[cilicet] ex voluntate mee bonitatis
gentiles [illegible]. Sic erunt. Superius posita est parabo
lica instructio. Hic subditur instructionis conclusio.
In qua tanguntur duo: primum quod pertinet ad operarios
speciales. 2m quod pertinet ad omnes generaliter, ibi
Multi enim sunt vocati. Dicit ergo Sic, s[cilicet] ut ostensum
est, erunt novissimi primi, i[d est] erubiunt novissimi primis
et primi quantum ad tempus et duracionem, quia omnes
habebunt eandem eternitatem. Vel distinguendum
est, quia per unum voluit aliter ad laborem doctrine
ideo dicit Sic erunt novissimi primi, i[d est] qui sunt // et primi novissimi
post alios erunt per fervorem vite et doctrine
primi. Primi in tempore et fide sed erunt novissimi
per invidiam et sic alios ve[niet] [illegible] a [illegible]
Hill[arius] et Beda. Iudei de capite convertuntur in cau
da, et gentes de cauda in caput. Unde Deut.
28. Advena qui tecum moratur ascendet
super te et ille erit in caput et tu eris in
cauda. Multi enim sunt vocati, s[cilicet] ad fidem,
pauci vero electi ad beatitudinis premium. Vel
quia multi sunt vocati ad fidem Christi per legem
et prophetas et per predicacionem apostolorum, pauci vero
electi, quia pauci de iudeis comparatione crediderunt
in Christum et de credentibus multi recesserunt ab
eo, et adhuc veniunt ad bonitatem et
ad penitentiam. Hoc figuratum fuit Iudicum 7 de
Gedeone, qui plures vocavit ad bellum
sed paucos elegit quos secum duxit etc.
Et ascendens Ihesus Ierosolimam assumpsit etc.
Superius dictum est de perfectione prelatorum quantum
ad laborem doctrine. Hic agitur de eadem
quantum ad sanctitatem vite cum eminencie vite
simplicitate et comparacione gentium per figuram cecorum illuminatione.
illuminatione. Primo ergo agitur de perfectione vite
prelatorum. 2o subditur prefiguracio conversionis
gentium, ibi Et egredientibus illis a Iericho.
Circa primum ad ostendendam perfectionem vite nostrorum
prelatorum primo ponit se in humilitatis exemplum

/2º adiungit documentum ibi / Ecce ascendimus ierosolimam et filius hominis tradetur /
In primo ondit [illegible] quibus humili[ter] compassionem quia pluries / 2º ait quod ante dixit
/ quia circa passionem salvatoris ibi / Ecce ascendimus / dicit ergo / Et ascendens ihesus ierosolimam / secundum
per situm loci / quia respectu terrae promissionis
ierusalem est in alto sita / assumpsit xii discipulos
suos / tamquam secretiores / prelatorum typum gerentes /
[illegible] qui possent scandalizari / Secreto
quia noluit omnibus indicare ponere suam / ysa
24 secretum meum mihi / Et [illegible] / non omni homini
cor tuum manifestes / Ecce hic est argumentum /
Et si bonum propositum inest est celandum / tamen aliquando
est revelandum / Et ait illis / scilicet apostolis / Ecce
ascendimus / Hic in communi humiliter predicit dominus
passionem suam / circa quam tangit locum / quia ierusalem /
/ modum / quia filius hominis tradetur / Et tertia die
resurget / Dicit ergo / Ecce in quo ostenditur spiritus / ascen
dimus in quo voluntas eundi / ierosolimam / in quo
locus patiendi / Luc. 13 non capit prophetam
perire extra ierusalem / Cris. q. 8 non compellit / quia
cum me videritis in cruce pendentem / ne estimetis
purum hominem / quamvis et si posse mori est
hominis / tamen velle mori homo non est / Non solum
Filius hominis cum sepe vocatur / quia infir
mitatem potuit habere de memoria / Et quamvis
ierusalem / et apostolos secum duceret / ad tempus
cum eos parcit / ne de ignorantia causas scan
dalizarentur / sequitur / filius hominis / filius
virginis / ex quo parte agnoscitur condempnatio
ista / ex parte condempnati in quo innocentia /
quia filius hominis / virginis / ex parte modi
in quo fraudulentia / quia tradetur scilicet a iuda
osculante / ex parte condempnantium in quibus
malicia / quia principibus sacerdotum et scribis / ex parte
condempnationis in qua iniusticia quia condempnabunt
eum morte / scilicet per falsos testes / nullo iuris
ordine servato / Tertio ex parte mortis turpissima
condempnabunt eum / Et tradent eum / scilicet sui principes
et scribe / ut accusatores gentibus / cum accelerato
mortis / cum petitione barrabe latronis / gentibus
scilicet pylato et militibus romanis / ad illudendum
verbis et contumeliis / Iuxta illud / ave rex iudeorum
Et flagellandum virgis et nodis / ps. Ego fui
flagellatus tota die / Et crucifigendum cla
vis ferreis / Ecce illusio fuit passio in
capite / quantum colaphis in collo / alapis
in facie / arundine in capite / Perusserunt
flagellatio in corpore / crucifixio in extremi
tatibus corporis / ut in manibus et pedibus
/ Non fuit gloriam quod ideo dominus in mundo no
luit prosperari sed omnia patitur / ut ondit
nos qui per delectationem cecidimus / cum quanta
suavitudine redire debeamus / Item
non crucifixus / omnia que prius docuit et
gessit in corpore pro nobis / que sunt in cor
dibus infigenda / passio tamen infigenda
est precordiis / quod hic salutis principium
est positum / in qua liquido apparet quanta
ta dilectione apud eum habeamus / Et tertia
die resurget / Iuxta illud / ut tam cito
curaret scandalum causa / Luc. 13 Ecce
demonia eicio et sanitates perficio
hodie et cras et tertia die consummor
/ Et osee 6 / Vivificabit nos post duos
dies et tertia die suscitabit nos /
Item glo. passionis penam et resurrectionis gloriam
predicit / ut cum morientem viderint re
surrecturum non dubitent / Hec passio
et resurrectio coniunguntur / sicut in passione
humanitas / sic in resurrectione divinitas / applicatur
Hic est notandum / ex quo hic dicitur quod christus
traditus est a iuda / et rursus iudas in mor
tem / inveniuntur quod deus pater tradidit
christum pro nobis / et ipse christus semet
ipsum tradidit pro nobis in mortem / Videtur
quod non peccavit iudas et iudei / Responsio
quod idem fecerunt quod deus pater et ipse
met christus / Et aliquis dicitur duplicem tradere
alium in mortem / Aut quia facit ut
alius sustineat mortem / aut quia
facit ut alii inferant mortem / Primo
ergo sustinendo mortem fuit a deo patre /
et fuit a christo / quia deus pater voluit quod
ipse sustineret mortem / et ipse voluntarie
sustinuit / Unde est quod traditus dicitur
a patre / traditus dicitur etiam a se / Rursus

iudas et iudei procurauerunt ut alii inferret
mortem ei. Unde est quod dicitur traditus a
iuda et iudeis. Et sic patet quod mors a parte
sustinentis fuit deo placita et accepta
sed a parte infligentium fuit vituperabilis et tamen
permissa. Sed aliquis arguet sic: qui
permittit aliquem cadere cum possit prohibere
est particeps homicidii. Respondeo: illud fal-
sum est in deo qui potest peccata omnia prohibere
et non prohibet. Hoc enim spectat ad regi-
men sue providencie igitur etc. Tunc accessit.
Post consummacionem subditur hic documentum inni-
tate humilitatis seu conclusione vicii oppositi
ubi concluditur primo vicium elacionis, 2o vicium
indignacionis ibi Et audientes x indig-
nati sunt. In primo tangit primo dominici occa-
sionem, 2o ipsum ibi Respondens autem ihesus
dixit. Quo Tunc accessit ad eum. Sed unde
inducitur ista peticio, cum premissa sint
ignominiosa et infirma de passione. Respondeo: sermo
gloriosus et humilitati passionis adiecit
gloriam resurrectionis, et audita resurrectione putabant
eum illico regnaturum, et quod secundo ad
ventum promittitur in primo esset complendum et avi-
ditate feminea cupiit prius impetrare
futurorum. Mater filiorum zebedei. Nota ista se-
cuta est xpm cum filiis suis scilicet Iacobo
et Iohanne. Adorans et petens aliquid ab eo. cetera
Accessit, adorauit et petiit. Sed accessus
est in fide, adoracio in signo, peticio
in voto. Accessit ergo simpliciter, adorauit
fideliter, petiit generaliter ut concederet
ei quod volebat petere. Sed non statim
incipit in expressa peticionem. Qui dixit
ei Quid vis. Sed non de ignorancia sed
ut illa palam assignaret, et ipsi sit occa-
sio docendi. Ait illi: dic ut sedeant hii
duo filii mei unus ad dexteram tuam et alius
ad sinistram tuam in regno tuo. Cum petit
que desiderant matres filiis. Quietem
unde dicit sedeant, honores unde dicit unus
ad dexteram et alius ad sinistram, dignitas

unum addit in regno tuo. Hic est advertendum
quod iudei estimabant xpm per prophetas promissum
regnaturum temporaliter in israel, quia scripturas
de regno xpi carnaliter intelligebant,
et ideo regnum ablatum eis per romanos credebant
sibi restituendum per xpm. Unde ad apostolos dicebat
xpo Actuum primo: Domine si in tempore hoc restitues
regnum israel. Et sic mater Iacobi et Iohannis filii
zebedei, et mater eorum audientes xpm post
mortem tercia die resurrecturum, crediderunt ipsum
inmediate post resurrectionem regnaturum in israel temporaliter,
et ideo cupientes eius collaterales fieri propter hoc
quia erant eius cognati, informaverunt matrem
de peticione qua petiuit ut sedeant hii
duo filii mei unus ad dexteram alius ad sinis-
tram, id est sint tibi collaterales et maiores
in regno tuo post te, per nos quidem regnum
credebat temporale ut dictum est. Hoc nimirum si-
militer apostoli credebant et appetebant, quia adhuc
carnales erant et nondum illuminati perfecte nec
confirmati per graciam spiritus sancti. Nota contra quosdam qui
alii filiis suis in terra provident, alii honores
seculares filiis suis provident dent. Peticionem illorum
magno regno comparant, salutem autem illorum
nec dono accipere volunt, sed si viderint illos
pauperes contempnant, si viderint petentes non
curant, ut cum dicitur quia corporum amatores
sunt non animarum. In verbis deficiebat ista mulier
in ordine, in intencione, in materia. In ordine
erat prosperitas, quia ante meritum petebat premium.
Dicit inquit ut sedeant, cum nondum laborauerat.
In intencione carnalitas, ideo dicit hii
duo filii mei cognati tui. In materia vani-
tas, quia pompam querebat, et ideo subdit: unus
ad dexteram tuam et alius ad sinistram in regno
tuo. Sequitur hic Accessit mater filiorum ze-
bedei petens aliquid ab eo. Sed queritur cum
dicitur Hec peticio procurata fuit ab ipsis
filiis zebedei. Respondeo mater petiit sed inducta
a filiis, et ob hoc dicuntur filii petiuisse, quia
et pueri erant et hoc appetebant. Item
sic non per se sed per aliud petierunt. Sed sermo-
ne alii discipuli non haberent si peterent in

regno petere. Unde mox illos indignati sunt. 2o ne
ipsi a Christo reprehenderentur, quia non bene attenderunt
ad doctrinam humilitatis sue. 3o ne sustinerent
confusionem, si contingeret eos repelli cum tem-
tarent. Respondens autem Ihesus. Post hunc docu-
menti occasionem subdit doctrinam Christi, ubi primo
corrigit vicium elacionis. 2o invitat ad i-
mitacionem humilitatis. Primo ex. ibi Potestis bibe-
re. 2o primo ibi Calicem quidem meum bibetis. Dicit ergo
Respondens autem Ihesus dixit, scilicet duobus filiis Zebedei,
quorum consilio mater petebat: Nescitis quid pe-
tatis, scilicet immediate mater vestra. Iudicii nescitis quia
non humilitatis passionis exaltari vultis, quia per multas
enim tribulaciones oportet intrare in regnum celorum.
Actus xiv. Et ideo subdit: Potestis bibere cali-
cem quem ego bibiturus sum. Calix petebat regnum
et eis oblatum est passionis. Per calicem hic signi-
ficatur passio et martirium intelligitur, tum quia
cum mensura bibitur, eo quod non permittit deus
hominem temptari supra id quod potest. Prima ad cor. x.
Tum quia cito transit, sicut potus. 2a ad cor.
4o: Illud enim quod in presenti momentaneum est
et leve tribulacionis nostre. Tum quia suos delectat, secundum
racionem. 2a ad cor. 12: Libenter gloriabor in infir-
mitatibus meis etc. Dicunt ei: Possumus.
Iudicii propter quod leviis videntur, quod completurum
essent. Ait illis. Hic invitat eos ad imitacionem
humilitatis et hoc dupliciter: primo ubi implicat primo
[illegible] passionis. 2o [illegible] elacionis ibi Se-
dere autem ad dextram. Dicit autem ergo: Ait illis: Ca-
licem quidem meum bibetis, id est passiones pro
me sustinebitis. Unde Christus predicens videt,
quia si dixisset vos non potestis, eos confudis-
set; si dixisset vos potestis, alios provocas-
set. Sed quod ambo biberunt passionem, cum
Jacobus ab Herode truncatus sit, Actus 12. Iohannes
autem propria morte vitam finivit. Et si nos tamen
ho eum missum in ferventis olei dolium videbimus,
aliquo modo calicem non defuisse. Biberunt ergo
[illegible] unus sustinendo actu, alter affectu,
unus [illegible], alter in ferventis olei dolium missus
et in pathmos relegatus. Sedere autem ad
dextram meam vel sinistram non est meum dare.

hoc propono multipliciter non est meum,
id est a me secundum deitatem, quia omnia habeo a patre.
Vel non est meum, id est a me secundum humanitatem,
ut vobis conglutinetis meis illud donem.
[illegible] Augustinus [illegible] de trinitate. Secundum formam servi
discipulis dominus videt, vel secundum glossam non
est meum dare, quia non est dignum sed acci-
pientem, quia non personarum acceptor est apud
deum, sed quicunque dignus est accipit. Et
ita quod dignus non quod consanguineus.
1 Vel non est meum dare vobis, scilicet adhuc
superbis. Sed aliis quibus paratum est
a patre meo, id est vere humilibus et spiritualia
[illegible] naturam [illegible] paratum
deum diligentibus, sicut quinimmo paratum
[illegible] oculus non vidit deus
absque te, que preparasti diligentibus te.
2 [illegible] sicut domus vel
hospitale [illegible] preparasti [illegible]
[illegible] in dulcedine [illegible] tua deus
3 Vere humilibus, sicut parvulis [illegible]
[illegible] Io. xiv. Si abiero
et preparavero vobis locum, iterum venio. [illegible]
4 [illegible] impedientibus [illegible] paratum [illegible]
[illegible] bono [illegible] 25. Ve-
nite benedicti, accipite regnum paratum
5 est ab origine mundi. Spiritualis [illegible]
[illegible] sicut [illegible] meus
[illegible] ps. [illegible]
[illegible] in celis vobis qui in virtute
dei custodimini per fidem in salutem
paratam revelari in tempore novissimo.
Et audientes decem indignati sunt etc.
Hic dominus corrigit vicium indignacionis,
ubi ponit primo occasionem, 2o correctionem
ibi Ihesus autem vocavit eos. Dicit ergo:
Et audientes decem, scilicet alii apostoli,
indignati sunt [illegible] illi carnales
[illegible] esse super [illegible], sic et isti car-
nales constituti sunt esse [illegible] de
duobus fratribus, scilicet petentibus exaltari. Cris-

si indignati sunt quia ista aut sunt. Hic per inquirere / quo magis turbarent si petitio eorum fuisset suscepta / Et ideo non dixit se debituros / ut non sederetis / ne contra eos irritaret sed tamen pro benignus sic rendit ut inter fratres concordia non rumperetur / et omnes separaret / sed quia non preveniebat dominus indignacionem eorum / cum inverecundos videat suos discipulos indignari sed ergo x. Omnis amaritudo et ira et indignacio et clamor et blasphemia tollatur a vobis. Vel sic / Cuius frequenter patitur dominus discipulos non recipere nec recte dicere ut ex eorum culpa occasiones inveniat docendi regulam pietatis ut est periculosus error prime mgro.

Jhesus autem vocavit Hic subdit correctionem indignacionis / ubi primo reprehendit indignacionem vitium / 2º ponit humilitatis imitande documentum ibi Et quicumque voluerit. In prima parte tangit condicionem principum terrenorum / 2º docet discipulos statum oppositum ibi / non ita erit inter vos / Et hoc est quod dicit / Jhesus autem vocavit eos tamen primus prius ut ab errore revocaret / ut pacem restitueret / ut regulam debite prelacionis erudiret / ad se tamen ad salutis medelam quo mitigaret / tamen ad pacis vinculum quo vinciret / tamen vibratis regum quo instrueret.

Et ait Scitis quia principes gentium i. qui inter gentes principantur dominantur eorum i. populorum et sic volunt adinvicem Et qui maiores sunt gentis vel etatis dicto tangit dominacionem / et effectum dominacionis potestatem exercent in eos. q. d. apud terrenos habet locum dominatio / et dominium exercetur / vel sic maioritas in regno meo non eodem exercetur / sicut in regno terreno / exercetur per potestatem et dominacionem / sed in regno meo exercetur videlicet per humilitatem et ministracionem / Ideo subdit Non ita erit inter vos / Ne in hoc q. d. vos more secularium petatis / et videlicet per prelaciones venire ad regni mei possessionem et ad dominacionem /

cum ego ad sublimitatem venturi ascendatur non imperando / sed ministrando et ideo non erit inter vos sicut inter eos vel sicut in regno terreno / ita quod prelati sint domini / sed vestrum regimen non est terrenum / sed spirituale / Unde per oppositum dicitur in vobis esse / quod prelati esse sint ministri Sicut apostolus prima ad Cor. x / Sic nos existimet homo ut ministros Christi et dispensatores misteriorum dei / Ideo dicit non erit ita inter vos / Sed quicumque voluerit Hic subdit humilitatis imitande documentum / primo docendo verbo / 2º confirmando exemplo ibi Sicut filius hominis / In prima docet duplicem humilitatem / primo in operando humilitatem / 2º in sustinendo paciencie ibi Et quicumque voluerit. Dicit ergo / Sed quicumque voluerit inter vos maior fieri scilicet dignitate / Erit vester minister i. exerceat se in obsequiis humilitatis / non scilicet primatum ambiendo sed humiliter ministrando / Vel sic / quicumque desiderat primatum celestem / se exerceat humilitatem terrestrem / non enim qui maior fuit in honore ille maior / sed qui iustior / ille maior / Et qui voluerit inter vos primus esse i. primatum habere erit vester servus / non ex condicione / sed ex caritate / non ex pusillanimitate / sed ex humilitate / Unde et rectorem te posuerunt noli extolli sed esto quasi unus ex illis / Sicut filius hominis Hic docet humilitatem suo exemplo / et habet duplicem / primum in operando / aliam in paciendo ibi Et dare animam. Dicit ergo Ita sicut ego vobis predico filius hominis Christus non venit ministrari sed ministrare i. temporaliter dominari ut ei ministretur / sed ministrare / Luce 22. Ego in medio vestrum sum sicut qui ministrat / Sicut in lotione pedum patet / in distribucione panum / in collacione sanitatum / in expulsione demonum / in descensu ad predicandum / Unde Seneca humilis vestis despectus / deum inveni pure querendo / qui non elegit preesse sed ministrare / Nota In misterio sunt duo / status et actus / status hic in vita boni eius liceat / actus in vita eterna / et ergo qui assumit statum et non actum / non debet assumere ministerium / sicut invenitur est hodie de multis qui

assumunt statu non actu / et dare animam suam .i.
vitam / Unde non tantum praedicando / et miracula admo
nendo / sed animam impendendo / Ieremie 12 · dedi dilec
tam animam meam / Dominus seipsum hic introducit
in exemplum quia in moralibus magis movent facta
quam verba / Redemptionem pro multis / Unde non pro
omnibus sed pro praedestinatis / pro omnibus quantum ad
sufficientiam / quia si essent infiniti mundi
sufficeret redemptio ipsius pro eis / quia pretium re
demptionis infinitum est quia filius dei / non tamen
pro omnibus quantum ad efficientiam / quia multi faciunt
se inhabiles illa redemptione per peccatum et incre
dulitatem / Ambrosius vult omnes homines salvos fieri
si accedat ad eum / non enim sic vult ut non
volentes salventur sed volentes / non enim vera salus
est si nolenti tribuatur / vult omnes homines
salvos fieri voluntate signi / quia dedit legem
et praecepta / quibus omnes homines si ipsa opere
implerent salvi erunt / Immo seipsum dedit
ut nos salvaret / Ecce contra multos eo
rum immunitatem ipsius / pro nobis mortem ge
/ Maledicti ergo qui de tanta dilectione grati non sunt
et tantam salutem negligunt / Nota hic tria verba /
in quibus innuuntur tria / ad quae venit Christus /
quorum primum respicit ad ingressum / quia non
venit ministrari in quo humilitas / quia non cum
turba famulorum / non cum apparatu equorum / non
cum pompa divitiarum / non cum deliciis ciborum
Aliud vero respicit ad progressum / quia venit ministrare
et ponere ubi sermo et factum / Ubi veritas sermonis
humilitas / factorum caritatis / Tertium respicit ad
egressum / quia dare animam suam .i. vitam in quo
pietas / quia dare non reddere / animam non tantum
res / redemptionem non damnationem / pro multis
non pro se / Cogita ergo benignitatem et sanguinem
ipsius quia dat / prosperitate quia animam / utilitatem
quia redemptionem / Unde in psalmo Redemptionem mi
sit dominus populo suo / Et egredientibus illis / Hic
de processione vitae praelatorum / hic subditur persi
gnatio conversionis gentium in illuminatione
caecorum / Ubi ostendit primo illuminationis locum / 2o
ordinem ibi Et ecce duo caeci / 3o modum

ibi clamabant autem coram / Dicit ergo / Et egredientibus
illis .s. magistro et discipulis / Unde quia prius
ingressus fuerat dicitur / Ab Iericho / Ie
richo est urbs quam transgresso Iordane
destruxit Iosue / pro qua construxit aliam
Ahiel de Bethel 3 Reg. 16 / quam postea
gratia domini hospitalitate dignatus est / sed tamen
postea tamen destructa est a Romanis /
pro qua tertia aedificata est quae adhuc ma
net / Iericho interpretatur luna et significat de
fectum nostrae mortalitatis / Hic beatus Marcus
praemittit de illuminatione caeci / antequam
intraret Ihesus Iericho et de conversione Zachei
de quibus Luc. 18 et 19 / Secuta est eum
turba multa / Unde assidue doctorem sequi
est ecclesia plena / sicut testimonium stu
diosi assidue messis ferunt / Turba dicitur
a turbando quia turbat et impedit scilicet
a videndo deum / figura de Zacheo / Et
ecce duo caeci / Hic subditur illuminationis
ordine / Ubi ostendit primo praeambula / corpo
ris caecorum necessitas / quia caeci / ex parte loci
opportunitas / quia iuxta viam / ex parte propin
quitas / quia transibat / Dicit ergo Et ecce duo
caeci / Augustinus in de concordia evangelistarum
bini concordant / quia fuerat in illa civitate
famosissimus qui ex magna felicitate caecus
notae erat miseriae / et vocabatur Thi
meus Bartimei filius / Marci 10 / Sede
bant secus viam non remoti a via sed
iuxta / ad viam ut a transeuntibus eleemosynam
peterent / Audierunt quia Ihesus transiret
laeta audiendo / multi enim reges et prophetae
voluerunt audire et non audierunt / Luc.
10 / multi enim reges voluerunt audire et
non audierunt / Et cum sciri potuerunt sive
quis Ihesus esset / et quod eos curare posset
Responsio quia hoc ex ore ab aliis audierunt
et intus per illuminationem cognoverunt / Unde
quam semel populi dulcedinem degustaverunt
in contemplatione eius dominus dispensatio mar
desiit / Et clamaverunt / Hic ostendit corporis

petitionem / primo corporis devocionem in clamore /
2° sedulitatem in confessione ibi Domine
miserere / 3° instanciam in clamoris multi-
plicacione ibi Turba autem / 4° efficaciam
in impetracione ibi Et stetit ihesus / Dicit ergo
Et clamauerunt / Quod illi magno desiderio
illuminari postulabant / Dicentes Domine etc. / cecitatem
liberari facimus hii ceci in formando sua peticionem /
p̄ponunt dominitatis pietatem Domine / Etenim primo
dominus est altissimus creator supponunt mansue-
tudinis humanitatem Fili dauid / post mencionem
domine dauid et omnis mansuetudo eius spe-
ciat actu clemencie / miserere / Exponunt
p̄ssuram miserie / scilicet nobis quia ceci sumus / Nominando
vocabulo eum filium dauid / quia credebat
ipsum esse xpristum per prophetias premissas et notum
erat apud omnes iudeos quod xpristus nasci-
turus erat de semine dauid / Turba
autem increpabat eos / quia per clamorem
suum impediebatur ab audiendo xpristi doctrinam /
Iudicia carnalia desideria / peccatores seculi
mundi et dyaboli obstant obstrant / Et sic
hominis ? cphicem ? bam impedientem / bona
accrue / Illa a mundo / Illa ab infirmo /
Et tacerent / a confessione peccati / ab edifica-
cione pr̄oxi / a laude dei Quod prima
turba ori bono obsistit / Turba desi-
deriorum carnis increpat allaciendo / Tur-
ba tyrannorum mundi increpat persequendo
Tercia turba demonum infini increpat decipi-
endo / At illi magis clamabant dicentes /
Domine miserere nostri fili dauid / Quod talis
est vera fidei / Quanto magis vetatur / tanto
magis attenditur / Virtus fidei in pectore
secura est / In securitate pulsatur / Et
stetit ihesus / In hoc apparet xpristi clemencia /
Quia non dedignatus est stare et alloqui per-
sonas viles / Et vocauit eos et ait quid
vultis ut faciam vobis / Interrogat ut per
eorum medium cognoscatur / ut ad ad(o)-
racionem excitet / ut nec nisi confitentes se
posse saluari perficiet / Et dicunt illi Domine
ut aperiantur oculi nostri quod dum dixerunt

fili dauid suspensa est sanitas / mox ut
dixerunt Domine sanitas est infusa / Misertus autem
eorum / Hic subditur modus illuminacionis / cum quem
tangit tu in xpristo affectum clemencie / quia misertus
est / actu sepius quia tetigit oculos / et effectum
post quod confestim viderunt / Dicit ergo / Misertus autem
eorum scilicet cecorum de paciencia / tetigit oculos eorum
spiritualiter secundum glosam / oculos tangit tu radiis
sue lucis cecitatem illustrat et confestim vide(nt)
fide / et sequuntur imitacione / Quod cristus non respicit per(sonas)
vbi pia / quia multi inigni faciunt / gregorius videt
et sequitur / quod bonum quod intelligit operatur / Nota(ndum)
quod triplex est modus illuminacionis / Illuminati enim
leguntur aliqui verbo / sicut quidam ceci luce 18
/ Aliqui tactu ut isti / Aliqui vngento sicut cecus
natus Jo. 9. lutum fecit ex sputo / Verbum est
predicacio / tactus interior inspiracio / Vnctio sa-
crorum ministracio / Sic ergo illuminat deus per eloquia
sacre doctrine / post declaracionem sermone interior
illuminat / per carismata gracie post Illumina oculos
meos ne vnquam obdormiam in morte / per sacra-
menta que habent conferre graciam eius et illuminare et
vnificare / Nota illi ceci scuti sunt dominum
fide et moribus quia illi qui illuminati sunt a xpristo
corporaliter / a bapto et illuminati sunt metaphorice vide
Jo. 1. Totum hominem saluum fecit in sabbato quia
per sta dei sunt opera / Ajustice secundum cristum / Quidam
interpretantur duos cecos gentiles videlicet pocheam
aliud vero iapheth quorum secundus vero prodebat
id est nec veritatem quesiuerunt quod veritatem inueni-
re non poterant quia noticiam veri non dominum
acceperunt etc. Capitulum xxj.

Et cum appropinquaret ierusalem et venisset bethfa-
ge / In primis actum est de platorum persone
quantum ad labore doctrine et sanitate vite
Hic agitur de persone corporis quantum ad auctem
persone / Et sicut dictum est / tria vicia que(?) comprimit
que committuntur cum vicium placionis Primo
vicium in ydiote / 2° vicium superbie / Hic 3° vicium
auaricie siue symonie / Intendens vnum pro-
est dicta tria / secundum que diuiditur in 3. partes / primo
enim ponitur despectio apostolice auctoritatis / 2° perfiga-
cio gustionis ipsius gentilis / ibi turbe autem

discipli / 3º ɔ depravato avaricie & symonie
sacerdotalis ibi / Et intrauit ihesus in templo
Et pʒ ordo / tria pºmo ponit xpm in adventu xpi
ad monte oliueti / 2ᵐ in accessu ad ierlm / 3ᵐ
in ingressu ad templum / Erat enim fuit p
gressus suus quo pº venit in monte olyue
ti / et ibi discipulos misit / deinde in ierlm
et ibi obsequium asine et puerorum applausum
recepit / deinde intrauit in templum et ibi
vendentes eiecit / Ista designant aplice
auctis sive ptatis sacerdotalis designatur
Iuxta dolorum herodis / de herodis nati / quomodo
fugietis a iudicio gehenne i. quis vos libe
rabit a pena eterna / q. d. i. nullomodo / quia
erat in malicia obstinati / Crisostomus liberabit
bit vos sicut / quorum monimenta ornatis / nisi /
quod non pervertant amici illorum / quibus inimicus
est deus / non solum hanc penam meruerunt
propter mortem christi / sed et propter occisionem apostolorum
et discipulorum eius / propter hoc sequitur / Ideo
ecce ego mitto ad vos instruendos et
revocandos ad me / prophetas et sapientes
et scribas / Crisostomus apostolos / vocat prophetas / quia
spiritu prophetico plenum erat / et sapientes
/ quia de divinis et celestibus a deo illuminati e
rant / et scribas / quia in lege periti / glosa / sapi
entes qui sciunt quid proferant sermone / scribas
in lege peritos / actuum 13 erant in ecclesia
erant anthiochie prophete et doctores / sed
queritur hic super illud / Ideo ecce ego mitto
Iuxta ut impleatis mensuram etc. / Ergo hoc
videtur / quod deus dedit eis occasionem peccandi
Responsio / Ideo non est causale / sed consecutivum vel
predictivum eorum que debebat sequi / vel
secundum Crisostomus deus occasionem videtur peccandi /
non ut peccare faciat / sed ut peccatum
ostendat / Et ex illis occidetis hic subdi
ta sine punitate iudeorum / que aggra
vantur ex genere mortis angustia / cum dicit
Et ex illis occidetis / sicut Iacobum actuum 12
genus mortis ignominia / cum subdit et crucifigetis
ut petrum et andream / ex multiplici ca
tena / cum addit / et ex illis flagel
labitis in synagogis vestris / ut apostolos
ut actuum / ex instancia affliccionis / cum sequitur
Et persequimini de civitate in civitatem / hebreorum xi
Alii ludibria et verbera experti / insuper et
vincula et carceres etc. / ergo crudeliter / ampli
ter / multipliciter / et instanter persecuti sunt
eos / Ut veniat hic ostendit debitum

horandorum vindicacionem sive ultionem / cum dicit
Ut veniat / ut / consecutive tenetur q. d. / non
est affectus voluntatis / sed consecucionis / vt
Ut veniat super vos i. super generacionem vestram
et omnium malorum vestrum consimilem / omnis sanguis
iustus / Iuxta i. debita ulcio pro omni
effusione sanguinis iustorum / qui effusus
est super terram a sanguine abel iusti
de quo genesis 3o cuius munera narrantur
a deo accepta / usque ad sanguinem za
charie barachie filii / iste zacharias
non fuit primus prophetarum / nec pater Iohannis baptiste
/ Sed sicut hystorie et Io. dicunt / fuit filius
Ioiade sacerdotis / qui Ioiada propter sua
misericordia / dictus barachias propter interpretacionem
nominis / Barachias enim interpretatur benedictus
dominus / vel potuit esse binominus / Ioiadas
et Barachias / Quem occidistis i. quem
generacio vestra / vobis similis occidit / glosa
non hos tamen patres / sed omnem generacionem
malorum precedencium et futurorum / quia omnes
una civitas sunt / et unum corpus diaboli
/ Sicut enim dicitur 2o paralipomenon 24. Spiritus
domini induit zachariam filium Ioiade
sacerdotis / et stetit in conspectu populi dicens
hec dicit dominus / quare transgredimini preceptum
domini / et sequitur / et congregati adversus eum
miserunt lapides iuxta regis imperium
inter templum et altare / scilicet holocaustorum
Sed quare pocius nominat istos duos
scilicet abel et zachariam quam alios / cum multi
et post et ante ab hac generacione fuerunt
occisi / Responsio / secundum glosam / Ut in his duobus laicus
scilicet in abel qui fuit pastor ovium / et in
alio clericus scilicet in zacharia qui fuit al
taris officio martyrium intelligatur
Amen dico vobis / venient hec omnia scilicet
et scelerum punciones super generacionem
istam / secundum Io. et Crisostomus / duce sunt generaciones
una bonorum / et altera malorum / Sicut enim una est
generacio bonorum / a principio mundi usque in

sunt / De qua in ps. / generatio rectorum benedicetur /
Sic una est generatio malorum / De qua
Io. 8 Vos ex patre dyabolo estis / Et
sicut omnes sunt tempore uno / tamen omnes sunt
corpus dyaboli / Et super generationem istam, malorum
omnia mala venient / Vel aliter secundum Crisostomum
comminationes que facte sunt antiquis pro
bus / modo complentur in istis quorum consummata
fuit malicia / Jerusalem Jerusalem / Hic ponitur secundo
motivum reprobacionis iudeorum / congeminando et con
plangendo / Unde assumit affectum plangentis
propter duplicem culpam eorum que est meritum
reprobacionis / prima culpa est scelus homicidii /
2a est contemptus dei sibi / Et noluisti
In alio loco legimus quod dominus flevit super
illam luce 19 dicens geminando Jerusalem Jerusalem metho
nomia est geminatio propter ... / Geminat
autem Jerusalem / propter maiorem exprobracionem
vel quia suos affligebat dupliciter / scilicet corporaliter
et spiritualiter / Et sic dupliciter peccabant / et
duplicem penam merebantur / scilicet corporis et
anime / vel presentis et dampni / vel presentem et futu
ram / Que occidis / in hoc ponitur con
tumacia malitie / Crisostomus non dicit que
occidisti et lapidasti / sed occidis et lapi
das / quasi dicat malitiam habes consuetudine
occidisti occidendi prophetas / Actus 7 Quem
prophetarum non persecuti patres vestri et occi
derunt eos qui prenunciabant adventum
iusti / cuius vos nunc proditores et homi
cide fuistis / Et lapidas eos i. dominia
cordis a te repellis / Vel corporaliter
ut Stephanum / Qui ad te missi sunt
sollicitandi missi sunt / supra 10 Ecce
ego mitto vos sicut oves inter lupos
Quotiens volui / Hic primo introducit spiritus
affectus divine pietatis ad iudeos / velud
galline affectus ad pullos / 2o exprimit
contemptum ibi Et noluisti / dicens geminando / Quo
tiens volui quia omnes homines salvare
volo / Quotiens inquit ...
primo per legem nature / 2o per legem scripture / 3o

per legem gratie / Item quotiens in mane pueritie
In 3a adolescentie / in 6a iuventutis / in 9a se
nectutis / undecima decrepite etatis / Volui
congregare filios tuos i. iudeos in unitate
fidei / in unitate caritatis / in unitate perpe
tue civitatis / Quemadmodum gallina con
gregat pullos suos sub alas / ponitur exemplum de
gallina / ad ostendendum affectum suum ad populum iude
orum / Glosa Et est verbum ... / Hec avis magnum
affectum habet in filios / ita ut corpus infirmitate
affecta infirmetur / et eos alis protegens
contra milvum pugnet / sic dei sapientia per carnem
infirmata / protegit nos et defendit a dyabolo
Non sine causa Christus vocat se gallinam / quia
sicut patet luce 13 dominus vocavit herodem
vulpem / ut ergo insinuaret se contra illum cum
insidiabatur / vocavit se gallinam / quia vulpes
gallinis insidiantur / Vel propter alias proprietates
suas / Et noluisti / Ecce contemptus / immo contra
dixisti impedivisti / Crisostomus Verbis meis non
peperci / ut tibi parcerem peccatum / illorum vitam
neglexi / ne tuam mortem viderem / omnis medi
cina spiritualis vite defecerunt / et tu curata
non es / insanabilis passio tua / Glosa super
isto verbo Noluisti dicit Quotiens congregavi
mea efficaci voluntate semper te nolente feci
quam semper ingrata fuisti / Ecce relinquetur / postquam
meritum reprobacionis / subdit hic penam repro
bacionis / primo quantum ad deum in presenti / 2o
quantum ad iudicium in futuro / ibi Dico enim vobis
dicens geminando Ecce quasi in presens / Relinquetur vobis
domus vestra i. templum et civitas deserta
dei auxilio / angelorum presidio / habitatorum
multitudine / Et hoc propter vos tollentes locum et gentem
sicut timuerunt Io 11 / quia ipsum templum
per Romanos fuit destructum / nec reedificabitur
amplius / quia sicut dicitur Dan 9 usque in fine
mundi perseverabit desolacio / Dico enim vobis
non me videbitis amodo / scilicet hoc tempore passionis
mee donec dicatis benedictus qui venit in nomine
domini i. donec confiteamini me Christum venisse

filiu a patre missu / quod erit in adventu claritatis
ad iudicium / Zach. 12 aspicient me quem confixe
runt / Vel secundum beatum Ieronimum non videbitis me .i. fa
ciem meae divinitatis donec .i. nisi dicatis
confitendo per fidem / quod est ad primum / benedictus
qui venit in nomine domini .i. hic est benedictus
qui venit in mundum per incarnacionem missus
a patre in quo invenitur conpso reliquiarum an
adventum ad iudicium : / Capitulum xxiiij.

ca. 24 Et egressus ihesus de templo ibat etc.
Postquam ostendit evangelista quod christus sit
rex noster / et quod sit legifer noster / In hoc et sequenti
capitulo ostendit / quod christus sit iudex noster / postremum
in temporibus ultimis capitulis ostendit / quod venit
et salvavit nos per passionem et resurrectionem suam
In hac igitur parte duo capitula continentur / agit
primo de antecedentibus ad iudicium / 2° de pertinen
tibus ad iudicium infra 25. capitulo ibi Cum
venerit filius hominis in maiestate / Antecedentium
prima duo sunt / que tangit / primum est / consumacio
seculi / 2m adventus christi / infra eodem Sicut
enim fulgur exit / Consumacio autem seculi
prefigurata est in destructione ierusalem / Primo
ergo ponitur destructio ierusalem et templi / 2°
signa consumacionis seculi / ibi Sedente autem
super montem oliveti / Circa destructionem
notantur duo / primo predicendi ea occasio / 2° per
dicentis infallibilis affirmacio / ibi Ipse autem
respondens / Dicit ergo / Et egressus ihesus de tem
plo / Ipse egressus significabat recessum
a iudeis / et quod templum cito a divina protectione
relinquendum / Additur vero ibat ut significet
accessum ad gentes / Et accesserunt ad eum
discipuli eius / Timentes quod dixerat domum sine templo
cinitate destruenda / Ideo accesserunt discipuli
ut scirent tempus et signa destructionis
ut sequitur / ut ostenderent ei edificaciones tem
pli / quam tanti erant admirandi / quo tam
fortes structure possent diruere / Vel osten
derunt edificaciones tam nobiles templi /
ad erat sanctum ~~templi~~ tam ad divinum cultum /
ut dominum ad iram provocarent / et per hoc
mitigarent penam peccatorum / Ipse autem re
spondens ait eis / Videtis hec omnia / que tam
firma / tam sumptuosa videntur / Amen di
co vobis / non relinquetur hic lapis super
lapidem qui non destruatur / .i. sicut inventus in illo destructionis In huius urbis
destructione invenitur magnitudinis destructionis
que conpleta est / sub tyto et vespesiano
Cesaris Qui cum pretes civitatis usque ad fun
damentum destruxerunt / Unde glossa destructum
est xl° anno post passionem domini a ro
manis / Et postea helius adrianus
funditus evertit ierusalem / et ibi in modo edi
ficavit civitatem modicam nomine suo
vocans eam heliam / Unde glossa dicit hic
mistice Recedente deo de templo / omnis
legis edificacio / et conposicio mandatorum
ita destructa est / ut nichil possit
a iudeis impleri / Diruitur autem primus
suum est / ut accepto evangelii gratia /
templum illud cum cerimoniis tolleretur /
ne quis infirmus in fide illis stantibus
in iudaismo, errore in haereat / Sedente
autem eo super montem oliveti accesserunt discipuli secreto dicentes quo
Quia cum audierunt a christo eversionem
illam / credebant continuo esse consumacionem
mundi / Ideo querunt primo. Dic nobis quando
hec erunt .i. destructio antedicta templi
2° quesierunt Et quod signum adventus
tui ad iudicium / Et consumacionis seculi
Utrumque enim simul fieret / et propter hoc est una
questio / Dicit ergo / Sedente autem eo super montem
oliveti / satis congruit / ut in illo loco
sit praenunciacio consumacionis seculi / et adventus
christi ad iudicium / De quo ascendit ad
celum Actuum primo viri galilei / Et quia ex
opposito montis oliveti est vallis iosaphat
ex parte una iudicium futurum est circa illum
ut habetur Ioel 3° / Ideo convenienter
fit ibi questio de futuro iudicio / Accesserunt
ad eum discipuli / Similiter quatuor autem petrus
Iacobus / Iohannes et andreas / Secreto di
centes tamquam magis familiares / Dic nobis
quando hec erunt .i. quo tempore destruetur

ciuitas / Et quod est signum aduentus tem-
et consummacionis seculi / quia credebant eum
cito post destructionem Ierusalem venire ad
iudicium. Secundo / quia isti 4or apostoli fuerunt for-
tes contemplatores ~~apostolorum~~ et eminenciores / ideo
mirabiles fuerunt ad inquirendum de primo
et secundo aduentu nostro / Vnde Crisostomus Omnibus labo-
rantibus / dulcis est finis / viator libenter
interrogat vbi est mansio / mercenarius
frequenter computat quando implebitur annus /
Agricola semper tempus messis expectat / Et
sic discipuli libenter de consummacione seculi requirunt /
quia vbi est thesaurus tuus ibi est et
cor tuum / Et videns Ihesus hic ponitur
vtriusque questionis solucio / et primo primam / secundo secundam ibi
Orate autem / Circa primum duo facit
quia circa ea que pertinent ad destructionem
ciuitatis et templi / primo describit inicium
2o finalem exitum / ibi Cum ergo videritis
Circa quod considerandum / quod inchoacio et
signum destructionis future templi
et ciuitatis fuit clades et pestilencie (causa)
que fuit in Iudea cum bello Romanorum
contra eos / vt dicit Iosephus libro de Iu-
daico bello / Diuiditur ergo in duas partes / quia primo
tanguntur mala que contigerunt in Iudea
in generali / 2o mala que contigerunt christi
discipulis in speciali / ibi Tunc tradent
vos / Circa primum tanguntur 4or / primum est
seductio errorum quod notatur cum dicit
Videte ne quis vos seducat / Ista autem
precipit sicut dicit beatus Ieronimus / quia mira-
cula fecerunt que viderentur / Vnde sequitur Et
videns Ihesus dixit illis / Videte ne quis
vos seducat / Iuxta ne quis persuadeat
si hec aut mox futura sint / Multi
enim venient in nomine meo dicentes ego
sum christus / et multos seducent / Iuxta
tum temporis complecionem venerunt multi antichristi /
quorum primus fuit Symon magus / cui
in Samaria omnes auscultabant dicentes
hic est virtus dei magna / Io. et Tob

et glo. In iam imminente Ierusalem excidio / multi fuerunt
qui se dicerent christos / et tempus libertatis et pacis
appropinquare. Et hoc verum fuit Symon magus
de quo dicebatur / Hic est virtus dei magna
Actus 8 / Crisostomus quoque in actu in suis voluminibus
scripta dimittens / Ego sum sermo dei, ego speciosus
ego omnia dei / Et beatus Iohannes in epistola sua
loquitur Audistis quod antichristus venturus est
nunc autem antichristi multi sunt / Et subdit Ego
vero omnes heresiarchas antichristos esse
et sub nomine christi ea docere que contraria sunt
christo / Origenes / Hoc autem solum sufficit ad
nostrorum seductionem antichristorum qui dicunt
Ego sum christus / quia nunquam christus legitur
dixisse / sufficiebat ad credendum quod ipse est
christus opera dei et sermo quem docebat et virtus
eius / Dicit ergo Ambrosius In quo diuisione notatur
Signatur cum heretici per vulpes Sampsonis
quas habebat facies auersas et caudas colliga-
tas Iudicum 16 venient ipsi audite / non a me
missi / Mathei 7 Attendite a falsis
prophetis qui veniunt in nomine meo in quo dolo-
sitas dicentes Ego sum christus / Dicit Io. 2o /
nunc autem multi sunt antichristi / Et multos
seducent in quo perfidias 2o ad Thymotheum 3o
mali homines et seductores proficient in
peyus / Crisostomus Dixit non separatim que signa
que pertineant ad destructionem Ierusalem et que
ad consummacionem seculi ponit / vt eadem vide-
antur ad vtrumque pertinere / Vel sicut dicitur in
diuisione / hic ponit signa pertinencia
et precurrencia excidium Ierusalem / et quia excidium
Ierusalem fuit figura consummacionis seculi ideo hec
signa eciam precedent consummacionem seculi / Item
Crisostomus Hec tamen mortem fantasmata vi-
det sic mundus in exitu suo multos pa-
tietur errores / Audituri enim estis / hic 2
ponitur primum signum / Et contrario tractatur vbi
nondum finis est / Iosephus libro antiquitatum
quod post passionem christi / circa destructionem
ciuitatis / multe sediciones et multa prelia fuerunt
apud Iudeos / quia Samaritani cum primum

tenebat regnum generalem / insurgebat contra iudeos et e contrario / Item in populo iudeorum erant plurimi qui incitabant populum ad rebellandum contra romanos / alii autem ad contrarium / Dicit glossa Iudicium enim est non visum aut passum / quia ut dicit Crisostomus Ita quod sit in mundo non capit vocem eius que sit extra mundum / sicut qui est in tabernaculo solum quod de tempestate audit et separaciones similiter ipse autem flatum non sentit / Prelia intelligunt que ad hostes pertinent / Et opiniones preliorum In luca dicitur Sediciones intelligunt quod ad cives pertinent / vel prelia de presenti et opiniones preliorum de futuro / Videte ne turbemini vere de iudea propter talia / Voluit enim dominus quod discipuli sui manerent aliquamdiu in iudea post mortem suam ad predicandum ibidem fidem catholicam / Oportet enim hec fieri quia sic a deo preordinata / vel oportet hec fieri malicia hominum exigente / et ideo inde vobis cavete / Sed nondum statim finis id est finalis desolacio civitatis / vel custodie iudeorum sed post 40 annos a passione domini / Sic enim deus sic voluit / ut interim apostolis predicantibus electi converterentur et reprobi inexcusabiles essent / glossa dicit Constat hec omnia contigisse tempore inducte sedicionis ante ultimam eversionem per romanos / Item glossa / hec in iudea a passione domini habundaverunt / quibus nec territi apostoli urbem et iudeam deserant dicit / quia non statim finis / Nam sicut narrat Josephus 4 ante destructionem civitatis multa signa apparuerunt / et inter alia ponit unum scilicet quod sydus stetit super civitatem per annum simile gladio / Consurget enim gens / Hic ponit 3m signum scilicet turbacionis pacis / dicit glossa Consurget enim gens contra gentem / scilicet ad iudeos / quia gens iudeorum erat divisa inter se / et similiter erant bella contra samaritanos / Et regnum in regnum scilicet ad romanos / Regnum namque iudeorum rebellabat regno romanorum / cuius contrarium fuit in adventu christi / Ysaie 2 Non levabit gens contra gentem gladium / Et erunt pestilencie / Hic 4m signum scilicet ex perturbacione elementorum / Ubi ponit triplicem dictum pestilencie que provenit ex infirmitate corporum / fames que ex sterilitate terre / quod autem hoc accidit illo tempore / patet Actuum xi ubi dicitur quod propheta Agabus predixit famem magnam futuram quod facta est imperante Claudio / propter quod fideles qui erant antiochie ~~[illegible]~~ miserunt auxilium de facultatibus suis fidelibus qui erant in iudea et in urbibus per manus Pauli et Barnabe / Et terremotus qui fit ex violenta impulsione per loca concava terre / Non enim simul voluit deus perdere genus humanum / sed undique per partes duo punire volebat / Hec autem omnia premissa inicia sunt dolorum intelligunt / Non consummacionis sed quia precoria antichristi / vel excidii urbis ubi pugnabit pro eo orbis terrarum contra insensatos / Crisostomus Et volumus hec signa corporalia intelligere non pertinent ad manifestacionem / Bella enim corporalia semper sunt et fames / et terremotus / nunc patet ex signum non fuerunt quod semper est in usu / et hoc verum est quia non sunt signa proxima sed remota / Item / Crisostomus Spiritualis fames / glossa Terremotus presserunt captivitatem iudeorum patet sicut qui Josephum legit / Spiritualiter autem in ecclesia pestilencie carnalium vitiorum / fames verbi dei / terremotus tribulacionum erunt / Vel hec exponuntur de ecclesia dei / que incipit in fine temporis tribulacionum / Tunc tradent vos / Hic ponit mala que contingerunt christi discipulis in speciali / dicit glossa Tunc tradent vos scilicet occultas insidias quod non potest timeri tribulacione de hoc dicitur Actuum 8 Facta est persecucio magna in ecclesia / Et occident vos Apocalypsis 13 capitulo quicumque non adoraverint ymaginem bestie occidentur / Unde glossa dicit per apostolos omnium personam credencium significat et a fine mundi ... apostoli in tribulacionibus sunt probandi / Crisostomus Pessimo quod

hec iam desiit ex parte carnalis / quia dicitur
tunc / post eum tempus cepit persecutio apostolorum quia
ciuitas est destructa / sed ab ascensione
domini / ut patet Act. 3. et 4. / sed spiritualiter
tunc quemit / Et eritis odio omnibus hominibus
gentibus / sed quo omnibus est in ultimis partibus
[illegible] gentilibus fuerunt odio propter
[illegible] forte ut hic aliquis dicat propter
aggravationem omnibus per multos / vel / hoc
addit / quia propter honorem [illegible] fuit
et erit maxime temporibus antichristi / Sed quia
martirem non facit pena tamen sed causa
ideo addit propter nomen meum / quod scilicet
[illegible] / hac odium persignatum fuit in
egipciis / qui oderunt filios israel / Secundo
[illegible] in esau qui odiuit Jacob . etc.
Et tunc scandalizabuntur hic subdit [illegible]
afflictos / a desperatis scilicet . dicitur Et tunc
scandalizabuntur multi a discedendo / timore
scilicet uel magnitudine tormentorum / Vel potentis
temporibus antichristi / patet ad Thessalonicenses
2 in nouissimis diebus discedent quidam
a fide / Et inuicem tradent scilicet infidelis
uel apostata fidelem / Et inuicem odio
habebunt / Ier. 12 fratres tui et domus patris
tui pugnabunt contra te / Crisostomus quia
prima erant pericula non scandaliza
bantur / nec inuicem tradebant / sed erat
cor unum / et una anima / modo odiunt se
inuicem / ut nec in duobus inueniatur cari
tatem / Et multi pseudo prophete / hic
subditur alia tribulacio scilicet que est ad se
ductionem errorum / ubi tanguntur primo
seductores scilicet / 2o seducti multi dicit
Et seducent / dicit ergo / Et multi pseudo
prophete surgent / sed tales et glorium / hoc
accipitur de hereticis / quorum primus Symon
magus fuit / et omnium maior omnibus
erit ipse antichristus / Et subdit
glosa / diligenter intuendum est quod scilicet
ad comparandum [illegible] / quod ad diem domini

referatur / Audit enim dominus quod cum illo tempore
erat scientia / siue de excidio urbis siue
de aduentu suo / Et seducent multos / per
falsam doctrinam / per falsitatem dictam / quos
paulus notat falsos fratres / Jacobus antichristos
per potencia mirabilia / et maxime temporibus
antichristi / Dicit autem multos non omnes / ut dicit
Crisostomus causa non est seducencium uirtus
sed negligencia seductorum alioquin omnes
seducerentur / Et quoniam abundabit iniquitas
hic ponitur tercia tribulacio scilicet abundancia
iniquitatis dicens / Et quoniam abundabit iniqui
tas scilicet infidelitas perpetue / Ysaie
[illegible] medietatem [illegible] et [illegible]
dominum inundauit / et temporibus antichristi et
maxime inundabit / Refrigescet caritas
multorum scilicet per tribulacionem / quia cum tribu
lacionem uidebat caritas / Vel calebat in
pace scilicet apostolorum / Erunt homines se ipsos
amantes / Secundo refrigescet caritas quo ad
proximum / Vel inundans caritas non est [illegible]
que ad [illegible] / sed [illegible] / quia
nec per peccatum mortale / nec ueniale / peccatum morta
le totam caritatem tollit / peccatum ueniale
non remittit / quia si remitteret / posset tot mul
tiplicari quod tota caritas tolleretur per peccata uenia
lia quod falsum est / sed feruorem remittit / et ideo dicit
Refrigescet caritas / Qui autem perseuerauerit.
Post predictionem tribulacionis / subdit hic susti
nentibus promissionem remuneracionis dicens
Qui autem perseuerauerit in fide et caritate
usque in finem uite presentis quocumque tempore in
cipiat hic saluus erit / Rabanus / non cepisse
sed in bono perfecisse uirtutis est / Ideo leuiticus
3 precipitur offerri cum hostia pacificorum
caudam / per quam significatur finalis perseuerancia
Apocalipsis 2o Esto fidelis usque ad mortem
et dabo tibi coronam uite /
Et predicabitur hoc euangelium regni in toto.
In ista parte confortat dominus discipulos suos / Vel
inundans scilicet Remigius et glosa / prima dicens

noniat circa discipulorum, ostendenda esse de ex-
cidio Jerusalem et predicatione sue gentis. Ideo solacio
consolatur eos quia in loco plures credituri erant
de gentibus quam de iudeis perirent. Dicit glossa. Et pre-
dicabitur evangelium regni, id est evangelium Christi
quod introducit ad regnum celeste. In universo
orbe, scilicet ante excidium Jerusalem vel ante consummationem
seculi. Unde glossa: Tene hoc signum quod non instet
dies domini vel desolatio Jerusalem, antequam apostoli
toto orbe dispersi sunt. Crisostomus dicit: Quia ante destructionem
Jerusalem ubique predicatum est evangelium. Audi quod
dicit apostolus: In omnem terram exivit sonus eorum.
Unde et quibusdam scribens de evangelio dicit quod
fructificat et crescit in omni creatura que
sub celo est. Subdit: Hoc erat magnum
signum virtutis Christi, quod in 30 annis vel
parum amplius evangelium sermo fines orbis ter-
rarum implevit. Et quamvis evangelium ubique pre-
dicatum fuit, non tamen omnes crediderunt.
Et ideo subdit: In testimonium omnibus gentibus,
id est in accusationem et condempnationem hiis qui
non crediderunt. Sed de omni gente non cre-
dentibus, quia qui non credidit condempnabitur.
Marci ultimo. Ex hoc patet quod predicatio nomini testatur.
Dicitur evangelium bone sue promissionis et boni te-
videlicet, quia bonum honestum. Ro. 3. Non enim
erubesco evangelium. Virtus enim dei in
salutem. Est bonum iocundum. Luc. 2. Ecce
evangelizo vobis gaudium magnum. Et quia
bonum utile. Ro. 12. Quam speciosi pe-
des evangelizantium pacem, evangeli-
zantium bona. Dicitur autem evangelium regni, vel
sue dignitatis vel finaliter, quia ad regnum
ducit, vel causaliter, quia reges facit, vel
materialiter, quia de regno disserit. Apoc. 14.
Vidi angelum alterum volantem per medium
celi habentem evangelium eternum. Et tunc veni-
et consummatio. Hic subdit consequens
supplicium tribulationis. Dicit glossa. Tunc non
nunc quia illa veniat. Unde Augustinus: Quia post
predicationem evangelii veniat, incertum est nobis.

Sed quam cito non est venturum, dubitare non
debemus. Tunc veniet consummatio seculi
vel mundi. Ysa. 28. Consummationem et ab-
breviationem audivi a domino deo exercituum
super universam terram. Sed beatus
Augustinus dicit quod per illud Et predicabitur evangelium
regni in universo orbe implebitur
in fine mundi. Crisostomus dicit et Jeronimus quod iam
impletum est, et impletum est ante destruc-
tionem civitatis, sicut tactum est. Unde
beatus Augustinus: Sed qui putat hoc
quod dicitur predicabitur evangelium regni in
universo orbe per ipsos apostolos fuisse com-
pletum, non ita certis documentis probatum est. Sunt
autem in Affrica barbare innumerabiles
gentes in quibus nondum predicatum est.
Non est igitur ab apostolis predicatio ista
completa, cum adhuc sint gentes in quibus
nondum cepit impleri. Et autem dixit
apostolus: In omnem terram exivit sonus eorum,
quamvis locutus sit temporis preteriti
verbis, tamen quod futurum erat dixit, non
quod iam factum atque completum. Sed glossa
concordat ista dicta sanctorum dicens: Utraque
autem doctorum teneri potest diverso modo. Si
enim intelligatur predicatio evangelii quantum
ad fructum predicationis, quam erit in
singulis gentibus in quibus fundetur
ecclesia credentium in Christum, ut Augustinus ex-
ponit, oportet precedere predicationem
evangelii finem mundi, non tamen possit
destructionem Jerusalem. Si autem intelligatur
quantum ad famam predicationis, sic ante
destructionem Jerusalem completum fuit per dis-
cipulos Christi dispersos per quatuor mundi par-
tes. Unde Jeronimus dixit: Non puto aliquam
remansisse gentem que Christi nomen
ignoraret, et quamquam non habuerit predi-
catorem, opinionem fidei non potuit ignorare.
Cum ergo videritis. Hic ponit signum

consolacionis / dicens Cum ergo videritis
abhominacionem i. antichristum s. [illegible]
sed dicitur abhominacio / quia adversatur et ex
tollitur supra omne quod dicitur deus / ut dicitur
2e ad Thessal. 2o Desolacionis quia tunc
erit maxima electorum desolacio / quia de
struetur cultus dei Stantem in loco
sancto i. in templo dei / vel secundum alios ubi
non debet / quod idem est / Unde 2e ad
Tessal. 2e / Et tunc revelabitur ille homo peccati
filius perdicionis / Et subdit / Ita ut
in templo dei sedeat / ostendens se tamquam
sit deus / que dicta est i. predicta a da
niele propheta / Dan. 9. Erit in templo
abhominacio desolacionis / qui legit s.
prophetam Danielem intelligat scilicet
consumacionem mundi instare / Ita ibi
dicitur / Et usque ad consumacionem et finem perdura
bit desolacio / Et sic exponitur de antichristo
secundum ordinem litere / Aliter exponitur in glosa /
ut sit omne signum ad excidium urbis /
et consumacionem orbis / De excidio urbis
exponitur sic / Cum videritis abhominacionem de
solacionis i. ydolum in templo desolato
positum / quod intelligitur aut de ymagine
cesaris quam pylatus posuit in templo /
aut de statua helij adriani / que in ipso
loco sancto longo tempore stetit / Ita scribitur
in policratico / Et helius adriani
ymaginem suam posuit in introitu templi /
ut colerent eam iudei / qui confregerunt
volentes vitam in minima sustinere / Ex
quo indignatus helius / civitatem funditus
evertit / et ibi nostro constituit pro
civitate / Aliter exponitur moraliter de pla
to / Platus malus est ydolum abhomina
cionis Zach. xi / O pastor et ydolum
derelinquens gregem / Dicitur autem abhomina
cio / propter fastidium respectu dei / Abhominabilis
quidem est deo / propter pravitate cordis

Prov. xi. Abhominacio domino cor pravum / propter impie
tatem operis / Prov. 15. Abhominabiles regi qui
faciunt impie / propter indignitatem oblacionis
Prov. 3o. Victime impiorum abhominabiles. Unde
totus est abhominabilis / Et addit desola
cionis / propter dispendium sive dampnum respectu
proximi / desolatur autem populus per malos
platos / vel per negligenciam officij / vel per
corrupcionem exempli / vel per subtraccionem temporalis
subsidij / Sic stat in loco sancto tamquam monstrum
vel ydolum respectu officij / Qui legit in
telligat de celestis destructionem / plati
dampnacionem / populi perturbacionem / Tunc qui in
iudea sunt / Hic subditur amonicio ad cau
telam / et primo ad fugiendum / 2o ad orandum ibi O
rate autem / In prima ponit primo admonicionem / 2o
implicat huius racionem ibi / Ve autem pregnantibus
/ Dicit ergo Tunc i. tempore obsidionis / qui in iudea
sunt fugient ad montes / id est ad heraim / tanta
erat urbis obsidio / quod nulli erat tutum
se dimittere includi in civitate / propter aliquam oc
cupacionem / Glosa dicit hic / quod appropinquante con
minio iudeorum omnes christiani moniti ora
culo divino / fugierunt in regnum agrippe /
quod parebat romanis / Et qui in tecto est
non descendat tollere i. ad tollendum / aliquid de
domo sua / sed tamen fuge intendat / Et qui
in agro non revertatur s. in domum tollere
tunicam suam / melius est enim perdere tunicam
quam vitam / Aliter potest quod pertinet signa pre
cedencia ad consumacionem seculi / satis potest
aptari / Tunc s. tempore antichristi / qui in iu
dea sunt fugiant ad montes / In iudea e
dificatur futura maior persecucio / cum principia
antichristi sunt maior fundamenti conste
cum principia christi / Iohannes ... 13 / qui satis
clarus est / Secundum intellectum spiritualem
distinguntur illa tria / propter tres status hominum
per eos qui in iudea status in exprecium /
qui tunc in confessione fidei manet / quia
ore fit confessio ad salutem ad Ro. 10 /

Per illos qui in tecto status perfectiores / quia iam
super carnem que est domus anime / super mundum
qui est domus hominis / super aere que est domus
demonum ascenderunt per statum suum sicut
passer solitarius in tecto / Per illos qui in agro
status perfectorum / qui in se perfecti iam alios per-
ficere conantur / Com. R. Egrediamur in agrum
Eodem hoc explicatur consilium ad montes /
primo Primum enim datur consilium ascendendi ad mon-
tes / qui se in iudea id est in confessione fidei
licet imperfecto fugiat ad montes secundum Cris.
id est ad scripturas apostolorum et prophetarum / secundum Rab.
ad culmina virtutum per illuminans tu mirabiliter
[illegible] a montibus eternis / Secundo datur consilium
non descendendi / sicut qui in tecto id est qui omne
excedit carnem non descendat aliquid tollere
de domo id est non inclinet se ad carnalia
desideria / nec redeat ad actus pristine con-
versationis mundane / Ad Ro. 13 carnis cur-
am ne feceritis / Tertius datur consilium non
revertendi sicut / et qui in agro id est qui operatur
in ecclesia / sicut boves in agro domini / non
revertatur tollere tunicam id est veterem aliquam [illegible]
tem / qua se exuit ut nudus nudum
sequeretur / Can. 5 Expoliavi me tunica
mea / Ve autem pregnantibus et nutrientibus
in illis diebus / quia ut dicit Re. et Jo. oneri
ponderis vel filiorum sarcina gravati fugere
non poterunt / Spiritualiter pregnantes
et nutrientes sunt omnes cupide temporalium / preg-
nantes in acquirendo / nutrientes in possidendo
Aliter secundum Bern. Aug. et Rab. quadruplex est mulie-
ris incipiens que nascitur / perficiens que
nutritur / perfecta que roboratur / deficiens que
mortem desiderat / Pregnantes enim sunt
que bonum opus conceperunt / sed non fecerunt /
nutrientes que facere ceperunt / sed non fecerunt
Istis ergo pregnantibus et nutrientibus erit
ve / quia cito scandalizabuntur in persecutione
antichristi / vel amore male inflammatione / vel
tione male [illegible] / Vel utrorumque monstra-
re autem / Sic subditur alia amonitio s.

adorandum / ut amoneatur fugere impedimentum
duplex / in hyeme et in sabbato / Orate autem
ut non fiat fuga vestra in hyeme et in
sabbato / glo. In alio prohibet dilationem fugere
ad solitudinem fugere et in deserto latitare
In alio transgressio legis est si fugere
volunt / vel more si remaneat iudeis in sab-
bato non licebat ire ultra mille passus
Est ergo [illegible] expedit fugere / sed orate ut
habeatis tempus aptum et sabbatum non
erat [illegible] / Spiritualiter secundum glosam preci-
pitur ut non frigescat fides et caritas
in deum / nec ociosi in opere dei torpeatis
Item glo. [illegible] luctus illustrat
dicens cum Attendite ne graventur corda vestra
in crapula et ebrietate et curis huius vite
et superveniat in vos repentina dies illa
vigilate itaque omni tempore orantes ut digni
habeamini fugere / ista omnia que futura
sunt Ad hyemem pertinet tunc que estas
sunt ut vernus / Crapula et ebrietas
ad sabbatum quia in eius deliciis affluunt mos
est iudeis ignavia vero sabbati / Erit enim
tunc tribulacio / Exprimitur [illegible] est [illegible]
que erit in [illegible] bonitatis in antichristi [illegible]
sub brevitate temptacio que erit [illegible] violen-
tiam tunc persecucionis / Secundo datur amonicio
salubris sibi / Nisi si quis vobis dixerit
dicit Gre. / Erit enim tunc tempore antichristi specia-
liter glo. Interl. Hac precipue erit tempore anti-
christi / Tribulacio magna / Rab. quia non
solum tormenta acerrima que fidelibus
inferenda sunt sed quod gravius est signorum
operaciones / [illegible] que tormenta ingerunt / non
eos qui sustinebunt concomitabuntur
Item glo. / Cum non conveniat fides cum
persecutor pietatis sit operator virtutum
Qualis non fuit ab inicio mundi usque
modo / Dan. 12 / Erit tempus quale non fuit
ex quo gentes esse ceperunt usque ad
tempus illud / quia tunc conflabunt persecutiones
omnium in unum scilicet infidelium hereticorum tyran-

nox[?] sed et sim[ilia] / Uel est xl. venti et xl
regie pugnantes in mari Dan. 7. Tunc
enim veniet antixpus cum signis et
prestigiis ad decipiendum rationales, cum donis
et diuitiis ad flectendum conpassibiles [?]
cum minis et suppliciis ad terrendum
inpassibiles. Tunc ergo erit in parte
tibi destructio uirtutum, quia destructio dilectionis
quia refrigescet caritas. Defectio fidei quia
erit opinionum dubietas. Omnis ergo erit
idoneus ad resistendum. Ideo statim
predicit temporis diminucionem ad consolacionem. Unde
subdit. Et nisi breuiati fuissent dies
illi / glosa: non mensura breuiabuntur sed numero,
ne modicum tempus fides generat credentium.
Non fieret salua omnis caro, i. nullus homo
saluaretur, ex magnitudine tribulacionis.
Caro hic accipitur pro homine, secundum quod Gen.
6 dicitur: Non permanebit spiritus meus in homine
in eternum quia caro est. Sed propter electos breuia-
buntur dies illi / glosa: que contra spes electis
nisi gracia dei / que dat paciam pro his
ut cum dominat potestate impiis / Quanto
enim erit tribulacio grauior, tanto erit bre-
uitate moderatior. Non secundum glosam, et hec
mala erunt tribus annis et dimidio tantum.
Unde Dan. 12. per tempus et tempora et dimi-
dium temporis, i. tribus annis et dimidio in
quibus regnabit antixpus, sicut Ieronimus dicit
dominus prope. Unde Apoc. 13 Datum
est ei os loquens magna et blasphe-
mias, et data est ei potestas facere men-
ses xlii, i. tres annos cum dimidio, cum
12 menses pro uno computentur anno. Dan.
12 porro docti intelligent, a tempore quo
posita fuit abhominacio desolacionis dies
1290, i. tres annos et dimidium. Beatus
qui expectat et peruenit usque ad di-
es 1335. Unde xl dies addit post
mortem antixpi, qui secundum quod dicitur glosa
et beatus Ieronimus addentur ad penitenciam malorum
et refrigerium bonorum. Tunc si quis uobis
subditur salubris admonicio. Tunc in

illa pessima. Si quis uobis dixerit, i. imitatoribus
uestris sub fidelibus: Ecce hic, i. in hac patria, uel
nacione, uel secta, est xpistus, aut illic, i.
in alia. Rab. Hoc dicit quia donatiste dicunt
eum esse tantum in affrica, iudei in iudea. Unde
uel sic dicit xpistus et ecclesia catholica
Ieronimus: Ecce hic est xpistus aut illic, i. apud
donatistas, aut apud arianos, aut sic.
Nolite credere. 2 ad Thessalon. 2°. Obsecro
uos ne cito moueamini a uestro sensu. Glosa: hic
maxime heresis uindi[?] potest. Unde dicit: Ecce hic
ecce illic, uel in occultis uel in obstinacie
cauteriis[?] curiositates hominum decipiunt.
Unde dicit: Ecce in cubiculis, et ecce in deserto.
Surgent enim pseudo xpisti. Hic tres subdit
temptaciones seduccionis, cum ubi primo predicit
seduccionis temptacionem. Secundo quod licet subdit
salubre admonicionem ibi: Si ergo dixerint
uobis. In primo predicit temptacionem falsitatem, quia
pseudo. 2° temptacionis formam ibi: Et dabunt
signa. 3° temptacionis finem ibi: Ita ut in
errorem inducantur. Dicit ergo: Surget enim
pseudo xpisti, i. falsi xpiani predicantes doctrinam
xpisti, uel qui mendacia fingent de xpisto. Et
pseudo prophete predicantes doctrinam legis et
Pharisei, uel usurpantes sibi diuinas reuelaciones. Pseudo enim grece idem est quod falsum, uel
fallaces latine. Et dabunt signa magna,
que aliquid significant de presentibus, et prodigia
que ad significant de futuris. Uel signa, i.
opera mirabilia ad mouendum intellectum.
Prodigia, i. opera mirabilia ad mouendum
affectum. 2° ad Thessa. 2°. Cuius aduentus
erit secundum operacionem sathane in signis et
prodigiis. Ita ut in errorem inducantur
uel dicit electi si fieri potest
1 si fieri potest etiam electi, i. si aliquo modo fieri posset
2 ut fidelissimi dei mutarentur. Uel secundum beatum Gregorium
non notat casum in electis, sed solum trepidacionem
3 metus. Uel secundum Ambrosium et Augustinum de non uere
electis exponitur. Unde quod dicit si fieri potest non
hoc ait quod diuina electio frustraretur, sed forsitan
nulla cadent, qui humano iudicio uidentur electi.

Vel hoc dicit licet presumatur sic esse tamen non
tollit libertatem arbitrii. Ecce predixi vobis
[sicut] Inducit ut festinent vigilent quia premoniti estis et
ut minus iacula minus ledant. Si ergo dixerint
vobis ecce salubriter ammonitio de duobus
deinde cavendo scilicet de non credendo et non exire
de voluntati respectu imitationis non credere de-
voti respectu assensionis. Et sunt genera duo in
quibus palliabitur malitia antichristi. Unum est
species religionis que fingitur per desertum. Alia
species cognitionis divinorum et arcanorum que fingitur
in penetralibus. Et hoc est quod dicit: Si ergo dixe-
rint vobis scilicet precursores Christi: Ecce in deserto est
id est talis religiosus est sub specie sanctitatis eius
vos decipere volens: nolite exire ad sectam eius
per imitationem operis. Ecce in penetralibus id est locis
occultis vel in dogmatibus gentilium et antichristi
nostrorum qui iactant se habere notitiam archa-
norum: nolite credere. [scilicet quod Christus in deserto sit]
Sicut enim fulgur exit ab oriente et ut
supremus positum est verbum antecedens ad iudicium
sed consummatio seculi. Hic subditur primum scilicet adventus
Christi. Ubi ponit primo adventus prenuntiatio
2o ad monitio ad vigilandum ibi Vigilate. Tertio
ponit futurorum prenuntiatio. Et tempus quod
hec futura sunt intimando ibi: De die autem
illa. Primo ergo ostendit adventum Christi fore [illegible]
~~subditum~~ subitum et manifestum quasi dicit
nolite credere hereticis sive aliis de Christo men-
dacibus quia eius adventus erit manifestus
ita quod in cunctis partibus orbis innotescet non
ergo erit in penetralibus. Sicut enim [fulgur] exit ab orien-
te et apparet usque ad occidentem ita erit
adventus filii hominis scilicet ad iudicium generale
constallendo primo gloriam. Ecce sic erit illic
vir gloriosus nec in uno loco vel occultus erit
adventus Christi sed in toto orbe manifestabitur
secundus adventus non in humilitate ut primus sed
in gloria demonstrabitur. Vel dicendum quod fulgur habet
proprietates plures in iudicio quia ulterius [illegible] Ecce ap-
[illegible] zelus et furor viri non parcet in die vin-
2 dicte. Secunda [illegible] sine separabit agnos

[Left margin:] vel in penetralibus scilicet quod fides eius ab oriente in occidente catholica lucet vel fulget clara et manifesta

[Left margin, lower:] [illegible]

3 ab edis Matthei 25. Tertia incedit: Ante
ignis ante ipsum precedet. Quarta cum illus-
4 tratione venit. Prima ad Corinthios 4: Veniet dominus
4 qui illuminabit abscondita tenebrarum. Cum
fulmen descendit. Job 26: Vix [illegible] potuit
tonitruum magnitudinis eius intueri. Ubicumque
fuerit corpus. Hic ostendit adventum illorum qui
cum Christo sunt regnaturi qui rapientur in nubi-
bus obviam Christo in aera. Prima ad Thessa-
lonicenses 4. Dicit ergo: Ubicumque fuerit corpus secundum Rabanum
Christus hic. Illic congregabuntur et aquile
id est sancti predicatores [illegible] in-
telligendo vel altos volatu celestia appeten-
do. Vel per corpus significatur gloriam et hoc potest signi-
ficari passio Christi. Unde Jo[hannes] possunt
[illegible] corpus id est cadaver ad significationem
[illegible] cadaver ab eo quod per mortem
cadit passionem Christi intelligere. Aquile ergo
id est electi qui congregantur ad corpus passionis
devote recolendo humiliter imitando et
sic per resurrectionem ut aquile renovabuntur. Ubi-
cumque ergo fuerit corpus id est Christus in iudicio
generali [illegible] corpus [illegible] scilicet
1 ad denotandum carnis veritatem quia
verbum caro factum est, ad insinuandum pas-
2 sionis humilitatem [illegible] corpus meum
dedi percutientibus, ad significandum plenitudinis
3 speciem [illegible] in ea carne
qua passus est. Apocalypsis primo: Videbit eum
omnis oculus et qui eum pupugerunt.
Congregabuntur et aquile id est electi qui
dicuntur aquile propter multas proprietates
1 primo propter [illegible] quia sicut [illegible] re-
novabitur ut aquile iuventus tua.
2. Secundo propter visionis claritatem quia [illegible]
oculis videbunt solem iustitie. Prima
ad Corinthios 13: Tunc videbimus facie ad
3 faciem. Tertio elevationis sublimitate
Job 39: Numquid ad preceptum tuum eleva-
bitur aquila. Congregabuntur ergo [illegible]
[illegible] cum capite. Ysaie 2: Congrega-
buntur filii Iuda et filii Israel pariter et

ponet sibi caput vnum/ Ubi pt / propterea
electorum congregari sicut cum deo abraham
Id est glo/ de tali exemplo. propter misteri-
um sacrum/ aquile et volucres dicuntur
transmarina sententia tradatur/ ubique
congregari/ ponere quo nos vocat/ vel
congregabuntur ad eum qui ut fulgur ap-
paruit/ qui est in tabernaculo et respectu
exponitur et hoc de sacro altari/ et
angelis sicut volucres sunt corpus .i. xpc
sub sacro .ibi congregabuntur et aquile
.i. angeli ad veneracionem corporis vel
repulsionem hostis/ ad protectionem orantes/
ad delectionem in oracionibus in celum/
exponitur et de passione/ quam figuratum
corpus mortuum et peccatoribus quasi
cadaver/ Ubi debet congregari ad cru-
cifixum corpus de manu dyaboli/ ad libe-
randum de supremo mortis/ ad sanandum
de vulneribus peccatorum/ Statim autem post
tribulacionem/ Declarato modo adventus xpi
hic subdit tempus cum temporis iudicii appari-
cioni debet manifesta iudicia/ ...
tione celorum primo superiorum/ 2º inferiorum ibi
tunc plangent/ 3º subdit xpi adventum
ibi Et videbunt. dicit ergo/ Statim non imme-
diate post tribulacionem illorum dierum .i. post
adventum antixpi et mortem eius
Et mortuo antixpo ad hunc spatium dabunt
ut cum et tempus stant hores vendi
ad xpm/ Sol obscurabitur et luna non
dabit lumen suum/ quod potest intelligi de
...ul ... ...ilicet ...
in passione domini/ Vel in glo/ Sol et luna
et stelle ad tempus suo lumine privabuntur/
ut tremuit ad ventum domini iudicis Joel
2º Sol convertetur in tenebras et luna in
sanguinem antequam veniat dies domini magnus
Sic pacto iudicio et mundo renovato
manus lumen recipiet/ iuxta illud
ysa. 30 Et erit lux lune sicut lux sol septem-
plicit/ Vel obscurabitur dum non diminu-
cione sue lucis sed supereminente claritate
veri solis. obscurari videbuntur/ et ullius
ex luce/ ysa 28 Erubescet luna et confun-
detur sol cum regnaverit dominus exercituum
Et stelle cadent de celo/ hoc potest intelli-
gi ... ... ad inmutacionem videbuntur in
obscuritatem/ et ita cadent non a situ sed
a luce/ Inde lune carebunt/ et hiemis
domini iudicat adventum 2º quasi ad aprocinn-
sicut videtur vapor inflammatus cadit ad
modum stelle/ Sic veniente iudice/ erunt
inflammaciones et nebule et aque fient
quasi signa inflammacionis mundi/ Vel tamen
dicit hoc/ propter scintillacionem que apparebit in
aere cunctis stupentibus/ ... ...
Sol obscurabitur .i. ecclesia speciosa ut luna
electa ut sol. et que noctem mundi illuminat.
Et stelle et non apparebunt nimis vel mori
... et cadet multi qui fulgere vide-
bantur et firmissimi credebantur/ Et virtutes
celorum .i. angeli movebuntur motu terroris
et reverencie/ respectu iudicis/ motu vindicte
respectu iudicandorum/ motu solicite obedie-
ntie circa que ad iudicem pertinet/ Job 26.
Columpne celi contremiscunt et pavent adve-
ntum eius/ Glosa virtutes celorum movebuntur
.i. virtutes angelice movebuntur/ videlicet
ministri terribilem dominum precedentes/ cum ipsum
per candelabrum fulgura precedunt/ per tubas
horrenda tonitrua vocabunt/ Non tremor
in patria et in viis non sit eadem/ causa
actu quam sit in via/ sicut dicit beatus gregorius in
moralibus/ quia ibi tremor non est penalis/ sed ad
miracionis/ quia sic admirantur deum super se quam
spectantem incomprehensibilem/ Et timore
sic domino/ Fuga offense vel culpe et reveren-
cie respectu illius/ verum cum est tremor quasi ad ...
manet in patria/ non quasi ad primum/ Vel secundum
beatum augustinum 12 de civitate dei non est ibi

letare de munere / ut iam non sit quod
exterius doleas de corrupcione / Augustinus
super modo sapiunt gaudium quod non
totum intrabit in gaudentes sed toti
gaudentes in gaudium illud intra
bunt / hic 2o retractacionum / Intra non dicit ad
gaudium sed in gaudium ut gaudii
sis possessor non spectator / Accedens
autem qui unum / Hic ostenditur qualiter redditur
racio a malis in statu active vite sub
parabola servi pigri / Ubi introducitur
primo servi excusacio / 2o increpacio ibi
Respondit autem dominus eius / 3o condempnacio
ibi Tollite itaque / primo ad excusacionem
sui servus malus introducit accu
sacionem domini / 2o iustificacionem sui / ibi
Et timens abii / In accusacione domini
ponit duo / scilicet duriciam ad accipiendum
eius 2o [struck] exaccionem ad accusacionem iusticie ibi metis
ubi non seminasti / dicit ergo Accedens autem
et accessit servus confusione / Iudicii infeli
cissimi sine a sua consciencia testimonio / qui unum
talentum acceperat / id est bonum nature solo
autem scit / Ait domine scio quia homo durus
es / id est severus [struck] immitis de

pauca

Super

et qui duo talenta
acceperat. et ait.

duo
talenta

simplices | Cap. xi. Has aut vaccas ego dn
rus interrogans condempnasti | Vel dura
es i. dura mandas | Ut prophe. Propter verba la
biorum tuorum ego custodivi vias duras |
| glo. Dura | quia ardua est via que ducit
ad vitam | Metis ubi non seminasti | et con
gregasti ubi non sparsisti | Hoc intelligi
tur sic | quia requiris ab homine opera meri
toria vite eterne | et tu non seminasti in na
tura principium sufficiens talium operis | Ho
mo ex puris naturalibus non potest mereri vitam
eternam | ymo. Sunt dicere est heresis pela
gii | nec tamen deus iniuste requirit opera
meritoria vite eterne | quia si homo facit quod in
se est | deus infundit ei graciam per quam
potest prodire opus condignum | Vel sic | metis
ubi non seminasti | et congregas ubi non
sparsisti | Bemendit deus noticiam
in sermone veritatis | spargit virtutes et ex
emplis bonitatis | Metit ergo ubi non se
minavit | cum in morte fidei veritatis corrigit
ab hiis quibus predicatio sua non fuit | Me
te aut est falce mortis ab hac vita
separare | Apoc. xiiii. Qui sedebat super nube
misit falcem in terram et messuit | Cong
gat vero ubi non spargit | quia in iudicio
virtutum fructus requiret ab hiis ex
quibus exempla bonitatis non proposuit |
Unde sicut messio pertinet ad mortem
sic congregacio ad iudicium | Joel 3o Con
gregabo eos in valle iosaphat | Alle
gorice dicitur metere ubi non seminavit | quia
gentes ad fidem suam convertit quibus primus
semen legis moysaice non dedit | Un
ait apostolus Jo. iiii. Ego misi vos metere
ubi non laborastis | Congregat vero ubi
non sparsit | quia gentes congregat ad amo
rem boni quibus bonitatis exempla non
ostendit in patriarchis et prophetis ysa.
43. Ab oriente ducam semen tuum et
ab occidente congregabo te | Et timens
abii | Hic ad suam excusacionem instisi

cat factum suum dicens | Et timens agressi ut glo.
alteri vite gaudium ne alterius vite salute quere
rer periclitarer | Abii per liberum arbitrium | In
quo signatur recessus ab immutabili bono | Et
abscondi | glo. i. non predicavi quod te donante
intellexi | In terra i. in carnali vita subsis
tens | Vel in terra i. non sum usus noticia mi
data propter eterna set propter terrena | In quo signatur con
versione ad comutabile bonum | Ecce habes quod
tuum est | glo. non augens nec minuens
i. q. d. Sufficiat tibi quod tenui quod habui | nec
aliis iniustum | Crisostomus Et si talentum non perdidit
reus tamen est dampni | sicut qui eis serviendi
semen accipiens | tempore seminacionis non seminat
dampnum suo dampnum fecit | et si semen non perdidit |
Sic ergo ad suam excusacionem tria proponit | timorem
amissionis | voluntate conservacionis | et equitate
reddicionis | Respondens aut dominus | Hic subditur
increpacio domini ad servum | Dicit ergo Respondens autem
dominus dixit ei | Serve male per calumpniam propter
verbo dixit | Crisostomus Vere malus qui largitatem
maiorem quo ad gentiles vocat violenciam |
Dicens quod dominus sit durus exactor | cum e largus
sit unus remunerator | Et piger in multiplicatione
verbi proximi | quia lucrum facere neglexisti | Sciebas
quod meto ubi non semino | multo magis ubi
semino | Et congrego ubi non sparsi | multo
magis ubi sparsi q. d. per obmissione virtutis
et virtutum iudicio illos | quibus non predicavi
nec exemplo bonitatis proposui | ergo multo magis
te cui talentum noticie mee ad negociandum
commisi | ergo convincitur te accuso | quo te convinc
ex verbo suo cum condempnat | quia in iudicio co
sua conscientia testificabitur ut sic Jo. et
glo. Unde ista cogitacio non incussit tibi
timorem ut sic es in mea diligencie
quesitor | quod ergo dicit per excusacione vertitur
in culpam | Oportuit ergo te ad tuum meritum ad
aliorum commodum | Te pecuniam meam | Ineli
i. divinum sermone | committere nummulariis
| glo. nummularii sunt qui predicacionem audi-

tam valet verbis et opere docere. Talis nummularii
dicuntur hic in bono. Autem credentes qui pecuniam pre
tiosam domini duplicant. In malo vero positum 21
precat nummularios de templo. Et ego veniens
ad dispensandum mea recepissem utique quod meum
est cum usura. Id est, tu qui graciam verbi dispen
sasses, et ipsos quos michi acquisivisses.
Hec est usura spiritualis, scilicet lucra animarum que
maxime placent deo. Proverbiorum 19 Feneratur domino qui
miseretur pauperis. Et Luce 39 [?] Fa
cite vobis amicos de mammona iniquitatis. Glosa. Non
hic quod bonum datum est in rebus munda
nis vel spiritualibus per talentum imputatur. De
quo est racio reddenda. Et ideo cum usura
id est cum fructu reddere debet. Nota glosa. Ser
piger fiunt inerciam non excusat, sed
supplicit calumpniando dominum. Et dicit se perdere
fecisse, ne dum lucro queret perderet eciam
de sorte. Et vocat eum durum. Tales non fuit
ad lucis. Tales sunt illi qui melior
vite vias aggredi metuunt, et tamen iacere in
ignavia non verentur, et cum se peccatores co
gnoscant, sanctitatis vias arripere timent, et tamen re
manere in iniquitatibus non timent. Quorum petrus
adhuc infirmus spem tenuit cum viso pis
cium miraculo dixit: Exi a me domine quia homo
peccator sum. Immo si peccator es, dominum a te non
repellas. Quod faciunt qui nolunt ad melius
progredi. Peccatores quidem se fatentur et dominum
repellunt, et velud in probacione constituti non
sunt. Dum morientur blandientes sibi hic per
humilitatem, quasi dicat: sufficiat michi de me nemo re
dat. Quid opus est alios iniustis ut de eis
cogar racionem reddere. Tollite itaque ab
illo, increpato servo de duplici culpa, scilicet malig
nitate in calumpniando, torpore in operando.
Hic subditur eius condempnacio, et hoc per du
plicem penam, prima per subtractionem sue in presenti,
secunda per inflictionem pene in futuro, ibi. Et inuti
lem servum. In prima notatur primo subtractio, in
pena, secundo causa sive iusticia ibi. Omni enim
habenti dabitur. Dicit ergo: Tollite itaque talentum
id est donum sibi creditum, scilicet naturalis ingenii vel
notitie vel legis. Et loquitur per promissione
quia dominus auferri permittit intelligentia
vel per demones vel per vicia, quando homo in
fatuatur in eligendo malum, vel per studii
absenciam. Augustinus. A malis auferuntur intel
lectus, et qui non vult uti sciencia privatur
ea. Et date ei qui habet decem talenta, quia scilicet melior
Gregorius. Intellectus quo nolunt malus uti
datur bono. Et quia dicebat quare potius iussit
dare illi qui habet decem talenta quam illi qui
habebat duo. Respondeo secundum Gregorium per decem significatur
exteriorum sciencia secundum quosdam sed duplicatos
per quem operacio et intellectus sibi duplicatur.
Oportuit ergo illi qui habuit exteriorem sciam
et amissionem dari intellectum interiorum qui
per bonum intelligitur talentum. Omni enim ha
benti. Hec iusticia subtraccionis, causa dicit.
Omni enim habenti scilicet fructum reddendi vel dicit
erogandi. Dabitur gracia super graciam.
Et habundabit, scilicet in efficaci doctrina.
Ecclesiastici 11. Sapiencia dei astabit hanc et
in omne sedeli habundabit. Vel habenti cari
tatem dabitur augmentum caritatis. Et
habundabit usque ad perfectum. Proverbiorum 4. Iustorum
semita quasi lux splendens procedit et
crescit usque ad perfectum diem. Vel habenti
meritum dabitur premium et habundabit in
gloria quia remunerabitur super condignum. Ei
autem qui non habet studium vel caritatem.
Et quod videtur habere naturali ingenio vel
studio litterarum auferetur ab eo, quia tamen
non cedunt sibi ad utilitatem. Et dicitur
videtur habere, quia tamen sine caritate sunt
secundum apparenciam quandam. Vel auferetur ab
eo secundum glosam, quia nulla dulcedine mine
sapere gaudebit. Unde [?] ... eius cui [?]
non habuit, eciam que recepisse videbatur
amittit, quia tamen non adnuntiabit sed ad
eterna pena processit sibi accedunt. Vel

qui non habet fidem, ut perdo ne crederi
eos per videtur habere/ secundum legem firmiter et perfecte
absque ypa b. Ecclesia cor populi huius
/Rab. huius intellectum/ auget ocio ne va
cat/ huius rerum affluentia/ vigilet
ne sue largitate torpescat/ huius
autem qua regitur/ magnopere stu
deat ut sui atque utilitate tam
proximis prosit. Et inutilem servum
hic subditur in futuro pena et dupliciter
plex in futuro/ prima est carentia
lucis eterne/ quo ad penam dampni/
secunda passio multiplex angustie quo
ad penam sensus/ ibi. Illi erit fletus
dentium et inutilem servum projicite in te
nebras exteriores/ Gregorius: Interiores
tenebre sunt cecitas mentis/ exterio
res eterna nox dampnationis/ quam
hic sponte cecidit in cecitate men
tis illicite/ projicietur in noctem dampna
tionis. Ro. primo. Obscuratum est insipiens cor
eorum/ Rab. Illic coactus patietur tenebras
vel flammas/ qui hic libenter sustinuit te
nebras voluptatis/ Ibi erit fletus proce
dens ex fumo tormentorum/ qui ascendit
in oculis stultorum. Et stridor dentium ex
passione frigoris/ ...

Cum autem venerit filius hominis in ...
postquam dehortatur de parabolis ad iudicium/
hic subdit de principibus ad ipsum iudi
cium/ que sunt ... indicandorum congregatio/
2o congregatorum divisio ibi Et separabit
eos ab invicem/ 3o cum separatis disceptatio
tatio ibi. Tunc dicet rex hiis/ et post
disceptationem remuneratio ibi Et ibunt
hii in supplicium eternum/ In primo tangit
conditiones iudicis/ 2o congregationem iudi
candorum ibi Et congregabuntur/ Conditiones
iudicis in hoc secundo adventu/ post per opposi
tionem eius in primo adventu/ venit
enim primo in humilitate/ in paupertate/ et in inf
irmitate/ hic in maiestate/ in angelorum

societate et dignitate/ Et hoc est quod dicit Cum autem
venerit. scilicet in secundo adventu filius hominis scilicet qui
est et filius dei/ Licet enim idem sit filius dei et
hominis/ facit tamen mentionem de filio hominis/ quia in for
ma humana veniet/ et apparebit in iudicio/ In ma
iestate sua quia ... apparebit in forma hominis glo
rificati vel secundum glossam In maiestate sua id est in
divinitate qua iudicabit/ qui prius venit
in humilitate/ quia tunc apparebit virtus divinitatis
sue/ et omnes angeli eius cum eo/ glossa omnes
angeli qui testes sunt humanorum actuum sub
quorum custodia bene vel male egerunt/ Vel
omnes angeli propter honorem iudicis vel propter
executionem iudicii/ quia ministerio bonorum angelorum
deducentur electi ad celum/ per malos angelos
reprobi trahentur ad infernum/ Dan. 7. Milia
milium ministrabant ei etc./ Et ysa. 3o. Dominus ad
iudicium veniet cum senioribus et principibus
suis id est angelis/ Tunc sedebit id est aperte resi
debit super sedem maiestatis sue glossa id est super
creaturam in qua tunc apparebit omnipotentia sua/
Vel glossa. Ostendens in proprio corpore glorificato
triumphantem ut sententia scandala lata
compassione compesceret/ Item non quod tempus
est adventus filii dei ad homines/ primus
in infirmitate corporis in carne/ Jo. primo.
In propria venit et sui eum non receperunt/ post
venit in altitudine maiestatis/ 2us in invisibili
in mente/ Job 8. Si venerit ad me non
videbo eum/ Jo. 14. Ad eum veniemus et mansionem
apud eum faciemus/ In maiestate dei/ scilicet 3o
ad iudicium de quo hic/ In primo fuit ut
famulus/ exhibendo officium humilitatis/ In
2o quiescit tamquam sponsus/ exhibendo amplexus
amoris/ In 3o sedebit tamquam iudex in ex
cellentia iudiciarie potestatis/ Et congregabuntur
ante eum omnes gentes scilicet omnis temporis/ omnis
conditionis/ omnis sexus/ omnis etatis. Joel 3o.
Congregabo omnes gentes in valle Josa
phat/ Hec congregatio fiet ministerio angelorum
angelorum/ Ps. Congregate illi sanctos eius/ Et
ad Ro. 14. Omnes stabimus ante tribunal

Lex ? ad
ventus xpi

Ita

xpi | Et 2e ad Cor. 4. omnes nos manifestari oportet
ante tribunal xpi / ut recipiat unusquisque prout
gessit in corpore suo / Et separabit eos ab invicem
s. bonos a malis / omnia mixta discernendo / Non
insti[illegible] cunctis / sed malicia apparebit omnibus
manifeste / et talis discrecio vocatur separacio
Circa quod notandum est / quod talis separacio non solum erit
secundum mixta / sed et secundum loca / Sicut pastor segre-
gat oves ab edis / In ovibus intelligitur
mocio bonorum / propter simplicitatem / propter fecunditatem /
et propter mititatem / In edis intelligitur pusitas
malorum / propter feditatem / impetuositatem / sterilitatem /
glossa edus est ad lasciviam / et olidus quod pro
peccatis offerebatur in lege / et secundum potatorem dicitur
capras que primo sunt fetus / Zach. 10. super
hircos visitabo / Et statuet quidem oves
a dextris glossa i. confirmabit in beatitudine bonos
Edos autem a sinistris in miseria eterna / Vel
forte erit dispositio localis sicut in medio /
Cuius a sinistris sunt qui querunt temporalia / a dex-
tris qui querunt eterna / In hoc quod dicit statuet
notatur immutabilitas / nunc enim licet transire
de una ad aliam / sed tunc non / Tunc dicet rex
Hic ondit disceptacionem / primo pietatis quantum
ad electos / secundo severitatis quantum ad reprobos / ibi
Tunc dicet rex / dicit ergo / Tunc dicet rex s.
regum christus hiis qui a dextris erunt i. bonis
qui ad beatitudinem pertinet / Hic non dicit filius
hominis / sicut supra / sed rex / ad tria pertinent
subditos regere / leges condere / transgressores
legis punire / et observatores premiare / quod tunc
apparebit / Venite benedicti dulcis invitacio in
qua tria implicantur gratiam / gloriam / et potestatem
Ad gratiam pertinet benedictio patris / Venite in
quit benedicti patris mei i. qui a patre meo
benedictionem gratie accepistis / Gen. xi. benedictio
domini super caput iusti / Ad gloriam pertinet
possessio regni / possidete regnum i. eternaliter
tenete / Sap. 5. Accipiet regnum decoris
et dyadema speciei de manu domini / Ad potestatem
pertinet preparacio eternitatis / paratum in principio vobis
a constitucione mundi / primo elegit vos
ante constitucionem mundi / ad Eph. primo / [illegible]
quod Io. 14. dicit / vado parare vobis locum
Item ante mundi constitucionem regnum paratum
fuit per predestinacionem / a constitucione mundi
per creacionem / ab ascensione per apercionem
Esurivi / post invitacionem ad premium subdit
hic enumeracionem meritorum / Ubi enumerat
sex genera operum misericordie / quorum sufficientia
sumitur sic / Miseria corporalis consistit in re-
lacione iustitie / sex autem sunt miserie corporales
in hac vita / Est autem miseria naturalis / et
accidentalis / naturalis autem est a corruptione
interiori / aut exteriori / Si a corruptione
interiori / sic est esuries et sitis / quia esuri-
nes a calore corrumpente siccum / sitis
a calore corrumpente humidum / Si a corrup-
tione exteriori / sic est indigentia vestium
et hospicii / quia vestimentum contra inimicitias
premunit / aeris corrumpentis contrarias / hospicium
contra inimicam distractionem corporis in tempesta-
tate / Miseria accidentalis est duplex
aut ex corruptione nature / sic est infirmitas
aut ex illacione violencie / sic est carcer
Secundum hec enumerat Esurivi et dedistis
mihi manducare / mihi capiti in membris
meis / ysa. 58. frange esurienti pa-
nem tuum / Sitivi et dedistis mihi bibere
Gen. 10. Qui dederit uni ex minimis
meis calicem aque frigide non perdet
mercedem / Hospes eram et collegistis
me / secundum illud ad Heb. 13. hospitalitatem
nolite oblivisci / Nudus et cooperuistis
me / secundum illud ysa. 58. cum videris nu-
dum operi eum / Infirmus et visitastis me
Eccl. 7. Non te pigeat visitare infirmum
In carcere eram et venistis ad me ad con-
solandum vel liberandum / Iere. 38. de rege
qui liberavit Ieremiam in carcere / Et de Tobia
et de Daniele / De hiis tamen operibus

in Job / Job 31 / Et sic videntur septem opera misericordie / septimum est sepelire mortuos / de quo
Thob. 2 / de quibus est versus / visito / poto /
cibo / tectum do / visito / solvo / et versus de
operibus misericordie est iste / visito / poto / cibo /
redimo / tego / colligo condo / secundum / Rab
et glossam. spiritualiter de operibus misericordie sic fieri
ex potest / quum esurientem / pane verbi refi
cit / qui sitientem / potum sapientie refrigerat /
/ qui erratem / in domum matris ecclesie
revocat / qui infirmum in fide reficit
assumit / et qui in bono consilio subvenit
compatiendo vel consolando / et talis carita
dilectionem adimplet / Tunc videbunt per
consideracionem meritorum / ondit hic similiter
admiracionem iustorum / ubi ponitur primo ad
miracionem quod / 2o dominum commendat visio
ibi Et videns dicit illis / Dicit ergo / Tunc
videbunt ei iusti dicentes / secundum glossam
non diffidentes de verbis domini / sed vel stupe
tes pro magnitudine maiestatis regis /
Vel sic parum videtur eis omne bonum
quod fecerunt / Unde apostolus ad Ro 8 / non
sunt condigne passiones huius temporis ad
futuram gloriam que revelabitur in nobis
Tunc ergo videbunt iusti dicentes / domine
quando vidimus te esurientem / quando te vidimus
esurientem / Hec dupliciter potest legi / quia ...
Ita est sicut tu dixisti / et hoc dicunt ex
securitate conscientie / Vel interrogative / et sic
videtur esse humilitatis quia non reputant
ea que fecerunt / Et videns rex dicet
illis admiracionem humilitatis / sequitur ex
plicacio veritatis et laudis / Amen di
co vobis quamdiu domino mihi ... et christo tempore
fecistis / opera misericordie exhibuistis / uni
ex fratribus meis minimis / sive quum sunt
pauperes spiritu / in fecistis / capitur id est mi
hi / Nota quod dicit non videtur Christus
dixisse de pauperibus / sed de hiis qui sunt
pauperes spiritu / ad quos extendens manus

et pavimus / sitientem et dedimus tibi potum
quando autem te vidimus hospitem et collegimus
te / aut nudum et cooperuimus te / aut
quando te vidimus in carcere aut infirmum
et venimus ad te / Non diffidentes de
verbis domini / sed stupentes pre magnitudine maie
statis regis / hec enim dicent / quia parum videbitur
eis esse bonum omne quod fecerunt / unde Ro 8
dicitur / Non sunt condigne passiones huius temporis ad f
f. q. r. i. n.

dicit Mt 12 / fratres mei et mater mea hii sunt
qui faciunt voluntatem patris mei / Ex dicta
glossa videtur / quod non sit elemosina indicanda nisi
sanctis pauperibus spiritu / Sed glossa loquitur secundum spe
cialem reputacionem / quia specialiter sibi reputat
factum quod sit pauperibus / in omnibus pauperibus dandum
est sic quod adiunctum non / ne culpa sustineatur in
telligendum sic intelligens Ecc 12 / et consiliis / da
iusto et ne dederis peccatori / Unde facit similiter et ne
dederis impio / Sed quando datur impio ut foveatur
in impietate sua / et hoc modo prohibitum est dare
impio / Vel ut sustentetur eius natura que possi
bilis est ad iusticiam / et que facta est ad yma
ginem divinam / et hoc modo non est prohibitum /
ymo dandum est sic peccatori in casu necessitatis
Eius fratres sunt qui fecerunt voluntatem patris
mei sunt vel sunt qui fuerunt humiles et ab
iecti / sequitur / Tunc dicet rex hiis qui
a sinistris erunt / Ex parte reproborum ponitur
discrepancia sententie quantum ad reprobos / in qua
tanguntur tria / primo ponitur sententie dampnationis contra malos
promulgacio / 2o demeritorum exprobracio / ibi esu
rivi enim / 3o falsa ipsorum excusacio / ibi / Tunc re
spondebunt ei / 4a dura iudicis accusacio / ibi Tunc
respondebit illis / In prima tangit duo contra reprobos
primo signum culpe / quia a sinistris erunt / 2o commu
nem penam / abiecti audient / ibi Discedite a
me / Dicit ergo / Tunc dicet rex hiis qui a si
nistris erunt / id est reprobis qui sinistra / id est temporalia
que divina preferentes amaverunt / secundum Ra
Rab et glossam / Discedite a me / hic ondit
cumulum pene reproborum in tribus / in exclusione
a visione divine / ibi dicit Discedite a me / in
passione eternalis gehenne / cum addit In
ignem eternum / in cohabitacione societatis
dyaboli / cum subdit Qui paratus est dyabolo
/ Discessus pudoris est / incendium doloris /
/ consorcium horroris / Dicit ergo / Discedite qui
vos sic esse ad eo modo / quia permoti sic bonis
a me / dura discessio / a me fonte vite
indeficientis / a me lumine glorie beatificantis / a

Esurivi enim et non dedistis michi manducare. Sitivi et non dedistis michi potum. Hospes eram et non collegistis me. Nudus et non cooperuistis me. Infirmus et in carcere et non visitastis me. ~~Non dis[cedentes] de viis domini sed stupentes hec dicent~~

me torrente voluptatis inebriabit. De hiis psalmista: Quoniam apud te est fons vite et in lumine tuo videbimus lumen. Inebriabuntur ab ubertate domus tue et torrente voluptatis tue potabis eos. Maledicti. Primo maledictione culpe. Psalmista: Maledicti qui declinant a mandatis tuis. Secundo maledictione pene eterne. Est enim maledictio quadruplex. Quedam facienda, hec est detestatio mali. De qua Job: Maledicat ei qui maledicunt diei. Alia sustinenda, hec est tollerancio opprobrii propter Christum. Super illud: Beati eritis cum maledixerint vobis homines. Et ad Galatas 3: Christus factus est pro nobis maledictum. Tercia cavenda, hec est perpetratio peccati. Psalmista: Voluit maledictionem et veniet ei. Quarta timenda, hec est dampnacio eterni supplicii, de qua hic. In ignem eternum, de quo considerari potest primo videlicet eternitas, de qua hic, et ipsa vilis ignis, eorum non extinguetur. Obscuritas, quod scilicet recedit flamma ignis separando claritatem ab ardore, ut ardeat et in inferno sine claritate. Fetor. Psalmista: Ignis, sulfur. Apocalypsis: Stagnum ignis sulfure. Deuteronomii 32: Ignis succensus est in furore. Qui paratus est dyabolo et angelis eius. Consortium horribile ad ymaginandum, horribilius ad videndum, horribilissimum ad tollerandum. Et nota quod Christus non dicit hic a constitucione mundi, sicut dicit de regno superius eodem. Ratio ut ondatur quod aliter se habet deus ad miserendum, aliter ad puniendum. Ad miserendum enim se habet ex suo proprio eterno, ad puniendum ex malo nostro, scilicet peccato. Item Ysaias 30: Ab heri preparata est tophet, non ergo a constitucione mundi. Ratio: ille ignis paratus est cum constitutione mundi per primos dei. Et ab heri, preparacionem creature. Totum dicit autem paratur pro multiplicatione culpe. Item Christus non dixit: Ite in regnum paratum angelis, sicut hic ignem. Ratio: cum constitutione mundi paratum est regnum hominibus sicut angelis in predestinacione. Ignis vero delet culpas

pro merito culpe. Unde qui primo peccavit, qui primus sibi fecit. Ideo dicitur paratus dyabolo qui primo peccator fuit et ad suggestionem cuius homo peccavit. Esurivi enim. Post sine punitiones, sicut ne videtur iniusta, subdit demeritorum operibus omissionibus. Et primo de operibus omissionum expressis, ut post per eorum commendationem exhibitionem. Et ideo legenda est hec littera sicut glosa dicit: In hoc hic primi, glosa: Quatuor ordines erunt in iudicio, electorum et reproborum. Electorum alii iudicabunt quibus dicitur: Sedebitis super sedes iudicantes 12 tribus Israel. Alii iudicabuntur quibus dicitur: Esurivi et dedistis michi manducare. Item reproborum alii qui extra ecclesiam sunt non iudicabuntur, quia qui non credit iam iudicatus est. Alii iudicabuntur quibus dicitur: Esurivi et non dedistis michi manducare. Item glosa: Iudicium sine misericordia fiet ei qui non facit misericordiam. Item glosa: Quod si punitur qui aliena rapuit, si eternaliter dampnatur qui de suo non dedit. Tunc respondebunt. Hic subdit excusationem. Glosa: Excusatio, sed sathagunt, sed deum fallere non possunt, qui homines fallebant. Sed non habent excusationem, qui quociens a malis et agere debeas noluerunt. Et ibunt hii post discretionem subdit hic ubi singulorum pro meritis retributionem dicens: Et ibunt hii, scilicet mali, in quo estas iusticie, in supplicium, in quo acerbitas pene eternum, in quo durancio sine fine. Glosa: Frustra ergo Origenes spondet liberacionem post multos annos malis hominibus et ipsis demonibus. Unde Daniel 12: Evigilabunt alii in vitam eternam, alii in obprobrium ut videant. Justi autem in vitam eternam. Terminatur hic quarte partis disceptatio de operibus iusticie et de operibus iusticie, seu magis teneamur.

Tunc respondebunt et ipsi dicentes: Domine quando te vidimus esurientem aut sicientem aut hospitem aut nudum aut infirmum vel in carcere et non ministravimus tibi. Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis, quamdiu non fecistis uni de minoribus his, nec michi fecistis. Et ibunt hii in supplicium.

in maledictio[ne] … dimpt[io]

ad opa iustitie / Item que potius argui-
tur de obmissione quam commissione / cum maio-
ris criminis sint commissa quam ista magis
arguenda / Item quia magis arguit
de peccatis in proximum quam in deum / Item
cum septem sint opera misericordie / quare obmittit
unum scilicet sepulturam mortuorum / de qua
tamen commendatur Thobias / Respondeo ad primum opera misericordie
magis exprimunt quam iustitie / ut ostendat
se dominus pronum fuisse ad miserendum
/ Item quia maiorem aliquis consecuturus meritum ex obseruantie
magnitudine arguentur / Item si te
peteretur ira quam et maxime necessaria esset
in ipso iudicio / repelleretur / quia irati non
fecerunt / Item quia opera misericordie faciliora
sunt quia natura ad hec inclinat / et ideo
magis arguenda ubi defecerint / et magis
remuneranda ubi affuerint / et ideo si ista
remunerantur et alia / Ad secundum similiter posset
dici sicut ad primum / et quod est minus ponitur
ut minetur amplius fiendis de maioribus
unde si dimissa arguuntur multo plus
commissa / Fabricius Fabricius ignem
mittitur / rapacitas quam metuenda / cuius iudi-
cium sine misericordia fiet ei qui non fecit misericordiam /
quale iudicium fiet ei qui fecit rapinam
/ Ad 3m similiter patet responsio / quia si peccata in proximum
condempnantur / quanto magis peccata in deum
ut blasphemia ydolatria / Ad 4m dicendum
quod sepulturam obmittit quia minus est
necessaria inter cetera misericordie opera / nichil enim
recipit defunctus ex eo quod sepelitur
/ Vel potest dici / opera misericordie sunt propter
maximum sunt membra Christi / mortuus autem
magistri mortuus non dicitur membrum / Item quia
duo sunt misericordia corporalis et spiritualis / quare
potius de istis arguit operum corporalium
quam spiritualium / Respondeo quia corporalia opera evi-
dentiora sunt / vel per hoc ex ergo intelligitur
illa / Vel potest dici quod licet non fiat men-
tio de operibus misericordie ex parte omne / quia illa

pertinet ex maiori parte ad prelatos / ad quos
pertinet alios instruere et dirigere / Alia vero
opera pertinet ad quoslibet omnes / Item quare infirmos et
incarceratos sunt / et non visitastis me / cum sin-
gulis defectibus subdantur singuli actus / quare
istis duobus simul subditur unus actus / Respondeo quia
habet duo opera unum patientem quem scilicet immobilitatem /
sed tamen diverse adveniente / quia unum ex corrup-
tione / Alia ex illatione violentie / et ideo habent
unum actum quem ad remedium scilicet visitationem /
sed dicitur quia infirmus visitatur relevetur / incarcera-
tus ut liberetur / Item queritur utrum illa
disceptatio et sententia erit vocalis vel mentalis
tamen / Quidam vocalis / sicut Augustinus dicit 20 de civitate
dei per quot dies hoc iudicium tendatur incertum
est / sed si mentalis fieret statim compleretur
quod vocaliter fiet / Item quia dicit super illos sine voce
Contra / Propterea quidam dicunt quod iudicium
erit mentale non vocale / aliter multo tempore pro-
tenderetur / Alii dicunt quod et mentale erit
ut ostendat / et vocale potius / quia meditabitur populus
non tamen ut deus / sed ut homo / Ideo eius iudi-
cium erit non dico modo tamen / sed humano / Ideo hoc
erit maius gaudium spiritibus bonorum scilicet maior
dolor sensibilis erit reproborum / unde non frustra
erit vox si verbalis / et corporalis hominis
aspectu / sunt operatione adhibendo / Ad 2m ad
obiectum quod dicit super illos sine voce causa
omnis sufficiet / non sine voce disceptationis
generalis

Et factum est cum consummasset Ihesus ser-
mones hos etc. Postquam ostendit Christum esse regem
deinde legislatorem / et post hoc universalem
iudicem / hic ostendit eum mundi salvatorem
/ ostendit ergo primo quomodo salvavit nos a culpa
per passionem / 2o quomodo salvat a miseria per resurrectionem
capitulo 28 / primo agit de pena et morte per quam
liberamur a morte eterne dampnationis / 2o de
sepultura Christi et exequiis per quas liberamur
a debito mortis temporalis / infra 27 capitulo ibi Cum
mane / ibi cum sero factum esset / In prima ergo
ponit condempnationem Christi / primo preparatam per

iudeos / 3o consumata per gentiles circa 3am ypo
pilatum / Et circa condempnacionem xpi perpetrata per
iudeos ondit pro tres instancias tradicionis / 1o
instancias comprehensionis ibi Tunc accesse
runt et manus iniecerunt in ihm / 3o instan
cias illusionis ibi Principes autem sacerdotum
et omne concilium / Respectu autem tradicionis
ondit circumstancia in xpo fuisse preparacionem sue tra
dicionis / quia post biduum / In 2a parte declarat
primo consilium tradicionis quod fuit seniorum / 2o
execucio facta per traditorem discipulum ibi Cum
autem esset ihus in bethania in domo sy.
Et sic convenit in passione et morte
dni ihu / discipulus iudeus cum tradicione
iudei cum procuracione / gentiles cum condempnatione
Et sic nec in extraneis nec in propinquis nec
saltem in domesticis invenit refugium
ymo contumeliam et supplicium / Circa consi
lium declaratur primo pascha tradicionis in xpo
2o consilium de ipso tradendo ibi Tunc congrega
ti sunt principes sacerdotum / Et factum est / processus
historie sic se habet. Dnus in sabbato ante ramos
palmarum fuit bethanie in domo symonis
leprosi / ubi factum est ei solempne convivium
et lazarus quem suscitaverat ihus fuit ~~ihus~~
unus de discumbentibus / Tunc maria effudit
unguentum super caput ihu / de quo infra
statim post / In crastino sedens super asinam
venit ierusalem / et veniens in templum eie
cit vendentes et ementes / et circa vesperam iterum
rediit in bethaniam / In crastino scilicet feria 2a
iterum rediens in ierusalem / venit in templum et
docebat ibi / et ei presentata est ei adul
tera quam liberavit / feria tercia docens in templo
confutavit scribas et phariseos secundum hieronimum mathei
23 / et eadem die cum ostenderent ei edificia
templi ait Non relinquetur lapis super la
pidem / Vespere autem exivit cum discipulis in
montem oliveti et ibi predixit signa extremi
iudicii et iudicium futurum / et dixit eis hoc
verbum Scitis quia post biduum pascha fiet
/ Et sic facta conspiracio principes sacerdotum convenientes
...

quo possent eum capere et occidere / quod cum
iudas audisset eos congregatos / iuit
ad eos in atrium cayphe / et pepigit cum
eis de tradendo dno pro xxx argen
teis / Et hoc est quod dicit / Et factum est cum
consumasset ihus sermones hos omnes / qui
continentur precedenti capitulo scilicet de consumacione
seculi de destruccione iudeorum secundum Rab.
Dixit discipulis suis in secreto non coram
turbis / Scitis quia post biduum pascha fiet id est quod
dies qua ymolabatur agnus paschalis
et post legis remissione Scitis id est scire
debetis / vel interrogative / Nota pascha
quod hebraice dicitur phase non a passione
sed a transitu nominatur / quia exterminator visa
sanguine in foribus israel / transivit eos
et deus auxilium prebens eis desuper
ambulavit secundum glossam / Item glossa pascha
ypo dicitur potius dies quo agnus ad ves
peram occidebatur / et in ea festum
agni dei de hoc mundo erat transiturus
/ Unde secundum glossam uno die agno ymo
lato septem azimorum dies sequuntur
/ quia xpo semel passo per totum tempus secu
li vivendum est in azimis sinceritatis et veritatis
/ Et filius hominis tradetur a iuda / a iu
deis / a pylato / ipsis militibus / ut crucifi
gatur / Ubi dnus tradendus se nominat
quia tam nominat / et tamen non declinat insi
dias / nec pertinens fugit / sed ad passionem
pergit intrepidus / Et nos membra eius
pro modulo nostro / debemus conformari
capiti / ut quod adversitates miserie / indi
gencie passionis et doloris sic permitte
re nobis accidere / paciencer et volun
tarie debemus quia non sunt condigne
passiones huius temporis ad futuram gloriam
que revelabitur in nobis / Nota
pro solucione multarum contrarietatum
pascha dicitur 4 modis / primo tota septimana
azimorum que incipiebat a 14 die
aprilis in vesperis / et durabat 7 dies
scilicet ad 21 diem aprilis / secundo pro vel...

23 / Exo. 12 / Sic accipitur aliter. 12 Volo
post pascha eum producere populo / 2° pro
vespera 14° diei lunacionis aprilis / qua
debebat comedi agnus / in qua vespera incipie
bat festivitas / Sic accipitur hic / et
secundum 23. Levitici xiiii die mensis ad
vesperam pascha domini est / 3° ipse agnus
paschalis qui tunc comedebatur / sic acci
pitur Luce 22. In quo necesse erat occidi
pascha / 4° prima dies azimorum post
ymolacionem agni / scilicet xv dies que erat
solempnis / Jo. 13. Ante diem festum pasche
/ 5° panes azimi qui comedebantur
illis diebus / Jo. 18 Non intraverunt pretorium
ut non contaminarentur sed ut manducarent
pascha i. panes paschales / 6° festi
vitas cephas / 2° pascha vel non
fuit phase festo huic / 7° significatum per
agnum paschalem scilicet Christus / prima ad Cor.
5. Et enim pascha nostrum ymolatus est
Christus / Tunc congregati sunt / hic ponitur
consilium de modo tenendi dominum / Et quia / Tunc
i. feria 4a ante passionem domini / Congregati
sunt principes sacerdotum quos debebat
nobilitare scientia vos ii. Sacerdotes qui
accedunt ad deum sanctificentur / Et seniores
populi quos debebat retrahere a malicia
sapiencia et honestas / quia in antiquis
est sapiencia Job xii Et benedicta senectus
virtutibus adornata / In atrium principis
sacerdotum qui dicebatur Cayphas / qui
debebat nudicis consilium prius de morte
te Christi Jo. xi / Tunc debebat retrahere
a malo dignitas / quia summus sacerdos /
Cayphas enim erat eius anni qui pessimum
et iniquum consilium dedit contra dominum / Tunc
scilicet feria 4a Congregati sunt principes sacer
dotum secundum illud ps. principes convene
runt in unum adversus dominum / Et seniores
populi / a quibus exorta est iniquitas Dan.
13. In atrium principis sacerdotum qui dice
batur Cayphas qui erat pontifex i.

summus sacerdos anni illius / Et consilium fecerunt
ut Jhesum dolo tenerent et occiderent / Symeon et Levi vasa iniquitatis
bellancia / in consilium eorum non veniat anima
mea / Et Jhesum dolo tenerent / Super dolos
tota die meditabantur / Et postea sequitur
mediantibus scilicet malicia scilicet Christum morte detineri
/ Et licet generaliter omnis malicia excecat
intellectum / tamen specialiter avaricia excecat oculos
sapientum / Tantum quod dicunt mendacium predicavit
et ex hoc concepit contra dominum invidiam / Et ideo
non adverterunt vitam sanctissimam nec doctrinam eius
sanctissimam / nec opera eius miraculosa contra
dominum inierunt consilium sicut hodie fit. Ubi
accipitur odium contra aliquem ibi non fit verum iudi
cium. Dicebant autem scilicet in illo consilio Non in die
festo scilicet feria sexta quia non est capiendus ad occidendum
Hoc non dicebant propter reverenciam festi / sed prout
subditur ne forte tumultus fieret in populo non
quia timeat scandalum populi / sed timet ne populus
converteretur ad liberandum eum / quia multi tamquam prophetam
eum habebant / Unde glossa Non timentes sedicionem
sed ne auxilio populi de suis manibus tolleretur /
Isti qui debuerant pascha vicinum celebrare
vicias lavare / templi parietes et pavimen
ta verrere / vasa mundare / et secundum ritum legis
purificari / ut esu agni digni fierent / consilium
sermo
quo occiderent dominum / non timentes sedicionem
ut simplex sermo demonstrat / sed cavendo ne
auxilio populi de eorum manibus tolleretur / Cum
autem esset Jhesus / post tradicionis consilium / sub
ditur hic occasio scilicet traditoris per proditorem discipulum
ubi ponitur primo pietas mulieris circa Christum / 2° impie
tas proditoris tradentis ipsum / ibi Tunc abiit
unus de 12 qui dicebatur Judas / Circa pie
tatem mulieris ponitur primo eius pia accio /
2° discipulorum indiscreta reprehensio ibi Viden
tes autem discipuli / 3° excusacio Christi approbans
ibi Sciens autem Jhesus / Accio mulieris ponitur
admiracionem / reprehensio discipulorum ad de
clinacionem / approbacio Christi ad retribucionem
Circa accionem mulieris tamen implicatur fidu
ciam in hoc quod accessit / liberalitatem

in hoc quod attulit / pietatem in hoc quod effudit
/ Sequitur / Cum autem esset ihesus in bethania / Be
thania enim fuit castellum in quo morabantur
magdalena / martha et lazarus / distans
a ierusalem quasi stadiis xv / ad quod venit ihesus
ante sex dies pasche / scilicet in sabbato palmarum
ut habetur Jo 12 / et fecerunt ei cenam /
ad quod venit ista mulier / Unde hec unctio
interponitur hic in serie narracionis per reca-
pitulacionem / quia ante facta fuit / et congregacio
principum sacerdotum in atrio cayphe sequebatur
/ Unde glossa / Redit autem ad eum diem quem
erat ante sex dies pasche / ut factum Jude
coniungatur ad consilium sacerdotum / Nam effusio
unguenti fuit occasio / quare judas vendidit dominum
/ quia dampnum quod videbatur se sustinuisse ex effu-
sione unguenti super caput domini / volebat recom-
pensare / Sequitur / Cum autem esset ihesus in bethania
in domo symonis leprosi / id est qui fuerat leprosus
sed dominus curaverat eum a lepra / et adhuc pristinum
nomen retinebat / secundum Jo / Unde glossa / Symon
permanet pristinum nomen ut virtus curantis
appareat / per ea domum accepit illa peccatrix
que credidit deo / et curatus est / symon id est obe-
diens / accessit ad eum mulier / tamen non nominat eam propter
tem / sanatam infirmitates animae / habens
alabastrum id est vas alabastrinum unguento plenum /
Alabastrum est genus marmoris candidi distinctum
dicit Beda / quod ad vasa unguentaria cavari solet
eo quod optime et incorrupte ibi serventur unguen-
tum unguenti preciosi / glossa / id est dicit nardi spicati
id est de spicis et foliis nardi confecti / quod precio-
sum est et in opere redolens / Nardus frutex
est aromatica / Canticorum primo / nardus mea dedit
odorem suum / Johannes vero ait / nardi pistici id est
fidelis / non adulterati aliis herbis / pistis
grece fides latine dicitur / Nota / nomine unguenti vo-
catur lacrima vel gutta fluens de illis arbori-
bus / vel succus expressus de foliis vel corti-
cibus illius arboris / vel vinum / que est mixtum
speciebus in terra illa / que valet contra estum solis
et distemperantiam aeris / et ad multa alia me-
dicinalia ad refrigerandum et consolidandum membra

Et etiam propter pietatem illius mulieris et fidem
eius / Sequitur / Et effudit super caput
ipsius recumbentis / propter refrigerandum et confortandum
dominum / sicut fieri solet aqua rosacea propter refrige-
rium / Nota / De hoc unguento secundum glossam / In do-
mo symonis leprosi in bethania dicunt matheus
marcus et Jo / lucas vero aliud dicit / scilicet pec-
catricem fuisse in domo alterius symonis scilicet pha-
risei non leprosi / sed de eadem muliere / que
tunc accessit peccatrix in prima vocatione quando
lavit pedes domini lacrimis et tersit capillis
/ Jo / et habetur in glossa / Diligenter observa
/ de duabus unctionibus super caput et super
pedes / secundum inde peccatrix super pedes / et ea
que dicitur non fuisse peccatrix super caput
/ Item glossa / Maria magdalena soror lazari
/ modo iusta et famosa / que quondam
peccatrix venit et pedes lacrimis lavit
nunc pedes et caput ungit / ut Johannes
dicit / Ponitur hic super illud Cum esset in
domo symonis leprosi / secundum Joh 12 dicitur quod
erat in bethania ubi fuit lazarus sus-
citatus / et secundum hoc dicit Crisostomus / quod fuit
in domo lazari / Sed quod potest dici / quod illa
domus erat lazari / sed habitabat ibi adhuc
symon leprosus / Item accessit ad eum
mulier glossa / scilicet maria magdalena soror lazari
/ Item Jo / nec aliquis putet eandem esse que
super caput effudit unguentum / et que super
pedes / illa enim et lacrimis lavit et crine
tersit et manifeste appellatur
/ de hac nichil tale scriptum est / Hoc ide
videtur dicere Crisostomus / Sed quod communiter est
opinio quod una et eadem mulier fuit secundum
sanctos / sed non eadem secundum statum / quia tunc
peccatrix quando flevit ad pedes / et nunc
nunc famosa et provecta quando caput et
pedes unxit Jo 12 / Videntes autem disci-
puli / post mulieris unguentis pietatem
subdit hic discipulorum reprehensionem
indignacionem / Ubi reputant ipsam / discipuli
nam / quia accessit / prodiga quia effudit / im-
piam / quia pauperibus non tribuit / Sequitur

Videntes autem discipuli mulierem accedere et vn-
guentum preciosum effundentem, indignati sunt
scilicet quasi indigna dicentes. Vt quid perditio
hec? Hoc ipse est verbum Jude teste Jo.
xij. Vnus ex discipulis eius Judas Sca-
riothis secundum morem auarorum et cupidorum
quidquid eum non venit ad manus corporaliter
perditum putat. Vnde secundum glossam Jo. dicit hoc
Judam fuisse locutum et sic gula cupiditatis
alii potuerunt verbis eius consentire vel
ex idem dicere propter curam pauperum. Sed
quod discipuli istud vnguentum migrare in
pretium indicabat vel dicebat esse perdi-
tum. Et discipuli non intendebant hoc
esse perditum simpliciter sed in comparacione
ad sublevacionem pauperum secundum illud Misericordiam
volo et non sacrificium. Potuit
enim istud scilicet vnguentum venundari multo.
Mar. xiiij. Potuit enim istud venundari
plus quam trecentis denariis. Et in hoc insi-
nuatur occasio venditionis Christi ab ipso
Juda. Et dari pauperibus. Hec sub pre-
textu pietatis celabat affectum [illegible]
cupiditatis. Non dicebat hoc Judas
compatiens pauperibus, ut habetur Jo. xij.
sed quia dolebat quod vnguentum non fuerat
sibi venditum ut de eius precio furaretur,
quia fur erat et loculos habebat et que
mittebantur portabat. Et ergo quare dominus commi-
sit loculos suos furi et auaro fecit
dispensatorem? Videtur quod ei dedit occasionem
peccandi. Prima vna causa est quod diuina
dispensatione hoc factum est ut malo
desiderio eius satisfaceret sicut dicunt
maiores. Alia causa est secundum Cris. ut re-
moueret ab eo omnem excusationem. Non
enim habebat dicere quod propter desiderium
pecunie fecit proditionem. Vel loculos id est
ea que dabantur portabat. 3a causa est nostram
instructionem in hoc ostendit dominus qualiter
[illegible] fecit et in diuitiis quas sumi-

tradidit custodiam earum. Sciens autem Jhesus
post discipulorum reprehensionem indignationem
ostendit hic Christi commendationis approbationem, cuius
introducitur primo discipulos arguens, 2o mu-
lierem factum defendens, ibi Opus enim bonum.
Primo. Sciens autem Jhesus eorum indignationem
et malas cogitationes. Ait illis: Quid
molesti estis ~~huic mulieri~~ in malis cogi-
tationibus. Huic mulieri, quasi dicat sine causa. Illi molesti estis
cuius non subditis. Opus enim bonum operata est
in me scilicet pietatis et deuotionis. De bono opere ho-
mo non est reprehendendus et bonum opus licet sit ~~bonum~~
minus malum, sed licet proximi opus magis necessarium
cum iminet casus, quando illud minus bonum non
potest alias recuperari. Nam pauperes semper habetis vo-
biscum quibus potestis benefacere. Me autem non semper
habebitis. Glossa: corporali presentia. Licet alibi di-
cat: Ecce ego vobiscum sum vsque ad consummationem
seculi, sed hoc intelligitur de esse cum hominibus
per gratiam et spiritualiter, sed istis modis non
possunt sibi corporalia exhiberi. Mittens enim
hec hic defendit eam a prodigalitate, quasi dicat
non fuit perditum vnguentum quod effundit, immo
[illegible] quod fecit sed conueniens et vtile
fuit. Mittens enim hec mulier hoc vnguentum
in corpus meum ad sepeliendum me fecit, id est
in refrigerium quod fuit signum sepulture Christi
future. Vel in hoc facto prefigurauit sepul-
turam meam futuram. Vnde Mar. xiiij. Preuenit corpus
meum vngere in sepulturam. Amen dico vo-
bis: hic ponitur memoriale istius mulieris quod contingit
ex illa pietate operis. Et ideo Amen dico vo-
bis, vbicumque predicatum fuerit hoc euangelium, id est hoc factum
mane pertinens ad euangelium Christi. Glossa: non [illegible] no-
ticia [illegible] In toto mundo dicetur et quod
hec fecit, id est obsequium quod mihi pie exhibuit,
in memoriam eius. Glossa: id est mulieris, quia ad lau-
dem eius recitabitur vtique factum virtuosum
et deuotum, super memoria iusti cum laudibus.
Et in memoria eterna erit iustus. Tunc
abijt vnus. Ipsa pietate mulieris deuote

quare vocatur judas scarioth

se virtutis circa xpm / hic subditur impietas discipuli
~~tradentis~~ tradentis ipm dicens go Luc. i. feria iiiiª
post indignacionem habitam de effusione unge
ti in sabbato palmarum precedentem / Unus de duode
cim i. ex principalibus xpi discipulis qui vo
cabatur judas scarioth ad differenciam alterius jude
apostoli qui fuit frater Jacobi minoris / Scarioth
est nomen loci / de quo judas oriundus fuit /
Judas interpretatur confitens / habet enim nomen non
virtutem sed videbatur habere / Scarioth interpretatur
memoria mortis / quia non repente persuasus sed
diu meditatus xpm in mortem tradidit
/ tria xpi diebus fecit antequam inceperit quia sabbato
incepit cogitare de tradicione / sed feria iiiiª abiit
et vendidit / Abiit ad principes sacerdotum
non invitatus / non coactus abiit ad consilium
impiorum / sed instinctu se ingessit / Et ait
illis / Quid vultis michi dare et ego eum
vobis tradam / i. ad occidendum / in hoc vilem
reputat magistrum / quia illum sub precio ponit
unde glo. qui vile mancipium tradens / po
nit in potestate ementium quod volunt dare
Item glo. promissa est causa que compulit judam
ad vendendum dominum / Erat enim fur et lo
culos habens / et videt unguentum super caput
et pedes domini fusum / quod pretiaverat esse
vendendum et precium sibi esse tradendum ut aliquid
inde furaretur quod perdiderat in effusione
unguenti / voluit recompensare in vendicione
magistri / At illi constituerunt i. ex pacto
firmo promiserunt / ei xxx argenteos / glo.
Idem precium quo venditus est Joseph a
fratribus gen. 37 que fuit figura vendicionis
xpi / Unus argenteus x nummos valebat x
nummos usuales / et sic quilibet xxx argenteorum
valebat tricentos nummos usuales / ut patet
per multiplicacionem / Et sic in vendicione xpi
recuperavit valorem precii unguenti / Item
ad quandam civitatem venit Judas ex a
varicia / ut dominum venderet pro pecunia ...
qui fuit scelestissimus / in operacione iniquitatis
efficacissimus / et in quo fuit thezaurus

omnium virtutum absconditus / ...
divicie sapientie / ... non est scelestius
et non iniquius quam amare pecuniam
Eccl. 10. / Et exinde querebat oportunitatem
s. temporis et loci ut eum traderet sine turba
unde Luc. 22 addit / Sine turbis /
Et sic mutaverunt consilium quod fuit
non in die festo / videntes oportunitatem
et habentes tradicionem quem eum traderet sine
turbis / glo. dicit hic / multi hodie peiores
quam scelus jude execrantur / et idem
faciunt / ...
dicunt quia veritatem negant / ...
dimisit illis barrabam | barrabas latro
seditiosus et homicidarum auctor dimissus
est populo iudeorum / id est dyabolus qui iam olim
per superbiam a patria lucis expulsus et in
tenebras carceris fuerat missus / et ideo iudei
pacem habere non potuerunt / qui seductorem pro
auctore elegere maluerunt

Tunc milites presidis suscipientes iesum
Super quam ostendit christum esse iustum / et
iniuste condempnatum | Hic ostendit eum bene
passum / ut se ostendat ipsum esse debitum
nostre redempcionis precium | passionem ergo christi de
scribit dupliciter | primo quantum ad illusionem | secundo quantum
ad crucifixionem ibi Et postquam illuserunt |
Circa illusionem introducuntur quinque / actores
quia milites / locus quia in pretorio / spectato
res quia congregaverunt universam cohortem
/ instrumenta illusionis ibi Et exuentes
eum / modum ibi Et genuflexo | Non / quia homo
fuit debitor qui peccavit in delectacione /
ideo oportuit habere satisfaccionem in passione /
Introducitur ergo primo quantum ad illusionem / in qua
reputata est dei sapientia stulticia | Secundum
quantum ad crucifixionem / in qua reputata est virtus
dei infirmitas | Et ideo similiter duplex pas
sionis est / ad demonstrandum illud esse factum
per hominem a filio dei / qui est sapientia dei et
dei virtus prima ad cor. primo | Circa illusionem
non ostendit quod gravis fuit / primo ostendit per ac
tores illusionis scilicet milites presidis / secundo per
locum illusionis in pretorio / tercio per spectatores
quia congregaverunt universam cohortem / quarto per
instrumenta illusionis Et exuentes eum clami
de ~~coccinea~~ coccinea circumdederunt illi
| quinto modum illusionis Et genuflexo an
te eum illudebant ei | actores illusionis intro

ducuntur / quod iniqua fuit / quia milites qui ad hoc
sunt ut innocentes tueantur | Ideo in christum
iniquum fuit militibus illudere salvatori
omnium dicit luce tercio neminem concuciatis neque
calumpniam faciatis | locus inducitur / ad
significandum quod sacrilega fuit | Pretorium enim est locus
explicacionis iniurie ex examine iusticie
| Ideo in loco iusticie inferre iniuriam inno
centi sacrilegium est / unde proverbiorum xx° dicitur Rex
qui sedet in solio ~~iusticie~~ iudicii intui
tu suo dissipat omne malum | Et amos
vi° Ve vobis qui appropinquatis solio iniquitatis
qui separati estis in die malo | Specula
tores inducuntur / ad significandum quod pudo
rosa fuit illusio | Non enim coram uno vel
paucis illusus est christus / sed congregaverunt
universam cohortem ut verecundia confun
deretur | instrumenta inducuntur / ad significandum
quod clamosa fuit illusio | Ad hanc secundum glossam
illuditur ei in clamide / ut rex ostendatur
cuius vestis manifestatur / quia sibi imponebatur
quod regnum alienum sibi usurpare vellet /
licet obtinere non posset | Ideo induebatur
veste qua reges utuntur / Fuit forte vilis
et pannosa vestis rubea ad ostendendum vilitatem
eius vel cetera ergo Tunc milites scilicet post fla
gellacionem immediate et cum simul suscipientes
pientes iesum in pretorio ut magis illi
illuderent in loco patenti et coram multitudine
Exuentes eum scilicet vestimentis suis clamidem
coccineam in similitudine purpure qua
utuntur reges | Circumdederunt illi / ipsum
vestiendo Et plectentes coronam de spinis
id est iuncis quibusdam asperis et acutis
simis et pungitivis | posuerunt super ca
put eius / glossa / pro diademate regio /
Canticorum 3° Egredimini et videte filie syon
regem salomonem in dyademate quo
coronavit eum mater sua id est synagoga | Ve
nio decet sub spinato capite membrum
esse delicatum | Et arundinem in dextera
eius / loco sceptri / ad significandum quod vacuus

erat regni / Et obl' sicut illusus fuit triplicit(er) /
sic triplic(ite)r illudit(ur) ab aliqua parte seculi / Vide-
licet in dilatacione mundane potent(ie) / que not(atur)
in clamide coccinea que est vestis po-
tentum / In cupiditate affluent(is) opulentie / que
notatur in corona spinea / divicie enim sunt spine
Math. 13 / In vanitate mundane sapientie / que not(atur)
in arundine pulchra et vacua / ysa. 36. Ecce
confidis sup(er) baculum arundineum confractum
Item nota triplex vestimentum xpi / Unum in
nativitate quod fuit paupertatis / hoc induebatur
a matre sua / luce 2° / pannis eum involvit
Aliud in passione / quod fuit vanitatis hoc in-
duebatur a nocentia de quo hic / 3m in
resurrectione quod fuit claritatis / hoc induebatur a pro-
priis confessionem et decorem induisti amic-
tus lumine sicut vestimento / Vel vestes xpi
mistice sunt moerores / et sunt in cantica ysa.
29. Unus ego dicit dominus / quia omnibus hiis vestibus
ornamentis vestiens / que sunt pro ornatu eius
glorie et venerunt fecerunt licet alia mente
tamen nobis sacra dederunt / clamide id est
quod mr dicitur purpurea / in qua xpi tanto passi
omnibus abiecta insinuatur / Sub ypha (?) vestis
gloriosa rubea est indumentum tuum / Spinea
corona / morum susceptio peccatorum / que per spinas
notantur etc. / Et genuflexo / hic modus
illusionis introducitur / ad ostendendum quod ob-
probriosa fuit / quia triplex ostendit / in ficta ho-
noracione / de qua dicitur Et genuflexo ante eum
sicut ante regem / Illudebant ei dicentes / Ave
rex iudeorum / vel per hoc peccatis et dolosis supre-
me aptum est / Fatue triplice honorem /
sicut exhibet sicut regi / Despectionis quia
genuflexo / salutacionis quia Ave / laudis /
quia rex iudeorum / Et dabant ei alapas ut
dicitur Jo. 19 / Insigniter quia eum stultum et falsum
regem reputabant / Item illudebant / non
solum in ficta honoracione / sed in conspuicione
et percussione / Unde subdit / Et conspuentes
in eum tulerunt in faciem pestiferorum / conspuerent
et vilem / Job 30 / faciem meam conspuere
non verentur / glossa / In faciem spuunt qui
presentia eius in carne verbis execrandis
respuunt / Et acceperunt arundinem et per-
cutiebant caput eius / unde maior dolor infligebatur
diu quia ex tali percussione aculei corone
intrabant caput eius / In calamo scriptura
significatur / calamo caput xpi percutiunt qui
divinitati illius contradicentes / errorem suum auc-
toritate sacre scripture confirmare conantur / Et postquam
illuserunt ei / hic post illusionem describit
crucifixionem / ponendo primo crucifixionis pream-
bula / 2° concomitancia / ibi Et venerunt
in locum qui dicitur golgatha / 3° consequencia
ibi postquam autem crucifixerunt eum / In pream-
bulis ostenditur quod fuit abiecta / in concomi-
tantibus quam dolorosa penosa / in consequentibus quam
ignominiosa / preambula fuit xpi / spoliacio
clamidis / indutio proprie vestis / ductio ad
locum crucifixionis / et angariacio symonis
dicit go / Et postquam illuserunt ei / primo in do-
mo pontificis / Math. 26 / 2° in domo herodis
luce 23 / 3° in domo presidis / ut hic / ad
significandum quod pontifices / reges et magnates
maxime illudunt / per abusum dignitatis / potestatis
et sapientie / Posuerunt eum clamide / coccinea qua induerunt
eum / Et induerunt eum vestimentis suis quia
spoliaverunt eum / Et hoc fecerunt ut ductus
ad mortem magis cognosceretur in propria
veste quam aliena / ut sic maiorem verecundiam
haberet / et magis derideretur / Et duxerunt
eum extra civitatem / Ut crucifigeretur / Hec
tria prefiguratiua sunt passionis corporis
mistici / maxime temporibus antixpi / Spoliatio
clamidis / est spoliacio eterne potestatis
Indutio proprie vestis / est reversio pristine
paupertatis / Ductio ad crucifigendum est vio-
lencia persecucionis finalis / Estimatur deus
impotens ab hiis qui non confidunt sacramenta
dei / quia se primitus exui / indui / duci / Simonem
neque vina pericla / sed totum corpus etiam pa-
tiebatur / caput per coronam / manus per cla-

dine / ... similes inspuebant
/ genu flectentes / et tandem denudatum
corpus in cruce extendit et perforatur /
Quod ... [illegible] ... qui tot
amoris insignia ei ostendit / et ad ultimum
pro eo passus fuit / et in omnibus membris
tormenta grauissima et morte vilissima
sustinuit / Exeuntes autem / ad locum passionis
inuenerunt / in via hominem cyreneum i. de
cyrene que est ciuitas in lybia venientem de villa nomine symonem patrem alexandri et ruffi / secundum glosam / qui erant
discipuli domini sicut ait ... / hunc angariauerunt i. coegerunt / ut tolleret
crucem eius i. portaret ad locum crucifixionis / Hoc autem non fecerunt ex gratia
ad xpm / sed ut citius duceretur ad crucifigendum / Item ut ostenderent eum esse hominem
infirmum et non dei filium / Nota secundum glosam primo
ipse dominus crucem portauit / ut Jo. xix / Et baiulans sibi crucem / ... veniret
iste obuius cui imposita est / et hoc
congruo ordine misterii / quod xps passus est pro nobis ut nobis relinqueret exemplum
ad sequendum vestigia eius / Subdit
glosa / Et quod symon de cyrene est que
est in lybia / per eum gentes significantur
qui prius peregrini a testamento dei / nunc
obediendo ciues sunt et domestici dei
et heredes / Symon enim obediens / cyrene
heres interpretatur qui venit de villa ...
i. de gentilitate / villa grece dicitur pagos / vnde
pagani qui a ciuitate dei sunt alieni /
quia relictis paganitatibus passionis
vestigia imitantur / Item glosa / non hebreus / sed alienigena ... xpi subditur /
ut ... ad ... ostendatur / Vel aliter secundum glosam
In duo significantur qui sponte portant crucem
domini / In symone qui inuiti / Et venerunt
in locum / Hic tanguntur ... crucifixi

onis / que fuit ... locus / potius ... locus
horroris / potius amaritudinis / cruciatus doloris /
Nota ... / Et venerunt ad locum / ... extra portam / ad
hebr. 13 / Iesus extra portam passus est / Exeamus
ergo ad eum extra castra improperium eius portantes
qui dicitur golgatha et est nomen syrum / secundum
glosam / et interpretatur caluaria / Vnde dicitur Ieronimus
14 est caluarie locus / secundum glosam quod dicit Jo / non
propter caluitium ade / quem quidam mentiuntur ibi sepultum
/ cum adam iuxta hebron / in libro Ihesu
nave 14 legitur sepultus / Et dicebatur caluarie
locus ad decollacionem et decaluacionem
dampnatorum / Caluaria enim proprie est testa capitis
carne et capillis nudata / qualia ...
habentur aliqui de sepulturis / In illo autem loco de-
collabantur sicque homines / unde ibi remane-
bant caluarie decollatorum / Ista ymolacio xpi
... figurata est per ysaac portantem ligna
in montem super que ymolatus est aries
/ Et ysaac non fuit ymolatus sed aries / gen.
22 / Sic filius dei non in natura diuina sed humana
ymolatus et passus fuit / Item per serpentem
eneum suspensum in palo / num. 21 / Sicut enim
serpens eneus effigiem serpentis igniti
habuit / sed nullum prorsus ... ardorem
veneni nocentis / quin potius percussos a serpentibus
sua exaltacione saluabat / Sic ...
... redemptor humani generis non tamen
peccati / sed similitudine peccati carnis induit / et
qua mortem crucis patiendo credentes in se
ab omni peccato et ab ipsa morte liberaret
/ Et dederunt ei vinum bibere cum felle mixtum
/ Implent enim ... / Abacuk 2 / Ve qui potum
dat amico suo mittens fel / Mr. 15 dicit quod
dederunt ei vinum mirratum / Vnde glosa i.
amarissimum / Et potuit utrumque esse mixtio fellis
et mirre / Johannes dicit 19 dederunt ei acetum /
et hoc fuit cum felle mixtum / secundum illud ps.
Dederunt in escam meam fel / et in siti mea
potauerunt me aceto / glosa / omnes quasi se-

ei in amaritudine vinis aliene / Et cum gustasset / Math. 27. dicitur non accepit / Unde glosa
non accepit ut biberet / non accepit enim ad
bibendum sed solum ad gustandum / noluit bibere
propter duo / primo ut ostenderetur iniquitas talis potus
preparati / 2° propter significationem / quia per hec significata
sunt delicie mundi / Unde sicut vix tamen
quidem mortem ad horam sed tertia die re
surrexit / Et sic patet in commutatibus crucifixi
one penalitas Christi triplex / In visu ex horrore
loci / in gustu ex amaritudine vini fel
le mixti / In tactu ex crucifixione manuum
et pedum / que sunt membra maiores sensibilia propter
concursum nervorum / Et hec sunt ad delendum
triplex peccatum Ade qui peccavit in visu / in
tactu / in gustu / quia vidit / accepit / et come
dit / Gen. 3 / Postquam autem crucifixerunt eum / hic
declarat consequentia crucifixionem / Et primo in pre
ambulis ostenditur abiectio et infirmitas / In con
comitantibus afflictio et penalitas / Ita in se
quentibus perfectio / ignominia et vilitas / ut sic
nullus fugiat crucem Christi / vel propter timorem
infirmitatis / vel propter acerbitatem penalitatis /
vel propter ignominiam vilitatis / In vilitate crucifixi
fixionis / ostenditur quod fuit obprobriosa / Et hoc
in quatuor / in denudatione / in observatione / in inti
tulatione / in latronum associatione / Denu
datus fuit in corpore / et insignitur per ampl
piori extreme / Observatus in signum impotentie /
intitulatus in signum infamie / Associatus
in signum abiectionis turpissime / Dicit ergo
Postquam autem crucifixerunt eum / secundum illud Ps.
Foderunt manus meas et pedes meos / Divi
serunt vestimenta eius / scilicet in quatuor partes / sicut
habetur Jo. 19 / Et unicuique suam partem dede
runt / et hoc approbat beatus Augustinus / quia quatuor mili
tes fuerunt qui eum crucifixerunt / Sortem mit
tentes / scilicet super tunicam inconsutilem que erat
sancta quasi reticulato opere / quam dicitur fecisse ei
mater sua // Jo. 19 / Dixerunt enim / Non scindamus eam
sed sortiamur de illa cuius sit / Ut adimplere
tur / i. ex hoc impletum est / quod dictum est
per prophetam / ex persona scilicet Christi / Diviserunt
sibi vestimenta mea / scilicet alia a tunica
et super vestem meam / scilicet tunicam inconsutilem
[illegible] / miserunt sortem / Ubi vel per ea
que malignabantur videmus prophecias
impletas / Glosa dicit hic / Diviserunt vestimenta
in quatuor partes / ut ecclesia in quatuor partibus
signetur / Tunica sortita / significat omnium
partium unitatem / vinculo caritatis / Sique
sorte / i. gratia dei provenit non humano
arbitrio / Et sedentes servabant eum / scilicet ne
posset evadere / aut deponi de cruce / Et
sic volebant ostendere sua impotentiam / ac si
impeditus non posset se iuvare / Secundum dicit
beatus Augustinus in glosa / diligentia et talis
custodia non fuit utilis / ymo nichil
profecit / ideo quanto diligentius observatur
eo magis virtus eius apparuit / Et im
posuerunt / scilicet Pylatus et ministri / super caput
eius ut evidentius appareret / causam
scriptam / propter quam scilicet iudei Pylato eum tradi
derunt / Hic est ihesus / i. salvator
/ ergo perdi non debuit / nazarenus / i. floridus
quia omnibus floribus virtutum plenus fuit
/ ideo decerpi non debuit / Rex iu
deorum / ergo a suis crucifigi nephas fuit
/ Et sicut dicitur Jo. 19 / hic titulus scriptus
erat hebraice / grece / et latine / ut omnes
gentes possent legere / que conveniant
ad festum / quasi esset crucifixus / ut lege
latrocinii infamaret / Nota / iste tres lin
gue pre ceteris eminebant / Hebrea propter
cultum dei cultum / et legem / Greca propter cor
sapientiam / Latina propter Romanorum potentiam
/ Nota quod sicut dicit beatus Jo. super illud
Ps. Eripe me de inimicis meis / Iste
distinguitur titulus / mediatio / scilicet quando
aliquis ascribitur ad medicinam [illegible] / et maior
mortuorum / sicut fit in sepulcris super se
pulchris / Et promalis qui scilicet scribitur
in premium et laudem vivorum / Triumpha

"quod cum cederunt

lis / qui se contemnet eum et ordine turpissimo
Et hic titulus fuit talis / sicut dicit Solinus de
iudeorum / Unde glosa rex prae ceteris regibus
non perdidit sed imperium consumavit. Vellet
nollet iudei / Cum crucifixi sunt cum
eo / hic describit latronum societatem / dicit Gregorius
Cum crucifixi sunt cum eo duo latrones unus
a dextris et unus a sinistris / dominus in medio
tamquam magister malefactorum / Crucifixi sunt cum
duo latrones ex intencione iudeorum
ut tamquam iniquus puniretur / Sed ex intencione
dei puniebantur / hoc factum est ut adim-
pleretur quod de domino scriptum est Ysa 53
Et cum scelestis reputatus est / glosa Unus
a dextris / per quem signatur mortificatio carnis
pro celesti gloria / Unus a sinistris per quem signatur
mortificatio carnis pro aliqua laude huma-
na / Vel duos latrones debemus crucifi-
gere qui insidiantur nobis / scilicet amorem prosperitatis
qui est a dextris / timorem adversitatis
qui est a sinistris / Hoc figuratum fuit per illos
duos qui fuerunt cum Joseph in carcere / Genesis
40 / Item duos latrones crucifigere de-
bemus / carnem et mundum / carnem a dextris
ut spiritui subiciatur et ei consecrat / mun-
dum a sinistris ut bono insultans re-
linquatur / ad Gal. 6 Michi autem absit
gloriari nisi in cruce domini nostri Ihesu Christi per
quem michi mundus crucifixus est et ego mundo
Et tacet hic ewangelista verba dicta [illegible]
et Joh. etc.

Pretereuntes autem blasphemabant eum etc.
Hic describit irrisionem Christi crucifixi derisio /
Et dividitur. primo introducit irrisionem hominum
2o [illegible] creature / ibi A sexta autem
hora tenebre facte sunt / Irrisio hominum divi-
ditur / primo iudeorum minorum / 2o maiorum / ibi
Similiter et principes sacerdotum / 3o condempna-
torum latronum / ibi Idipsum autem et latrones.
Dicit ergo irridebant Christum / in motione
capitis / insultacione lingue / ibi dicentes
Vah qui destruis / derisione dure [illegible].

ibi Salva temetipsum / dicit Gregorius / Pretereuntes autem
scilicet de ipso tristes / vel mobiles per gloriam / Pre-
tereuntes id est non in viam veritatis pedem ponen-
tes / blasphemabant eum moventes capita sua
Unde Psalmista / Omnes videntes me deriserunt me
locuti sunt labiis et moverunt caput / Et di-
centes Vah / et est interiectio irridentis et insul-
tantis / glosa sicut mobiles gressu corporis ita
mente et sermone / Qui destruis templum dei
et in triduo illud reedificas / glosa / fortius [illegible]
gaudebat loci florum testium / Nota premium [illegible]
per merita prelatorum / de separatum vita subdi-
torum / quia prelati sunt / subditi [illegible] ad malum
similiter cum eis corruunt / sicut filii Israel dum
fuerunt peccato sacerdotum tandem cum eis ceci-
derunt in manibus inimicorum / Et sic filii Israel
puniti sunt pro peccato filiorum Heli / Item David
quia populum numeravit / pro peccato gladius domini de-
scendit in populum / quia in hoc peccato eius ei favebant / Nota / subsannat signo / quia moventes ca-
pita / insultat verbo dicentes Vah qui de-
struis templum / Signum in motu significat prosperitatem
affectus / Signum in verbo prosperitatem intellectus
/ Ex superhabundancia cordis os loquitur Mt 12.
Nota / quod Christo illuditur a pretereuntibus / per quos
signantur [illegible] / qui non videre volunt crucem
sed pretereunt / Item a sacerdotibus et principibus /
per quos superbi et ambiciosi / per latrones per quos
avari / Unde 2 ad Thym. In novissimis diebus
erunt homines cupidi elati superbi [illegible]-
tes / habentes speciem quidem pietatis / virtutem
autem eius abnegantes scilicet [illegible] / Salva temet-
ipsum quasi diceret / non potes [illegible]
tua / Si filius dei es hoc dicit inproprie
descende de cruce / id est dolores quos sustines
[illegible] / ex quibus videtur eum [illegible] impotentem
ad amonendum dolores / Unde glosa / Sicut probatum
erat in libro Sapiencie / morte turpissima
condempnemus eum / Erit enim respectus in sermonibus
eius / Si enim verus filius dei est suscipiet illum /
de manu contrariorum liberabit illum / Similiter Gregorius

crucifigebatur / et non liberabat / credunt illum non
esse filium dei / propterea pendenti in ligno insul-
tant et caput agitant / unde dicitur hic / Si filius
dei es descende de cruce / sed hec non valet / ymo e
contrario est faciendum / quia si filius dei est / ideo debet
obedire et manere in cruce / iniunctum enim erat
ei a patre ut non descenderet / factus est obedi-
ens patri usque ad mortem / mortem autem crucis
ad philippenses 2o / ideo debebat dici Si filius dei
es / non descendas de cruce / Augustinus christus factus est
obediens patri usque ad mortem / non propter obedientiam
descendit liberatus / sed propter obedientiam suscepit [illegible]
[illegible] / in qua tam fortiter perseveravit ut in-
de mortem inveniret / unde dicitur pro precepto
tenere veritatem / propter ipsam vero tenendam passus
est / Jo. 8o / 14 / demones autem sua iam
destructam societatem / hoc agunt suggerendo / ut
allegent primo eius divinitatem / Si filius
dei es / deinde eius humanitatis dignitatem
ibi Si rex israel es / sicut est capitulo 8o Si filius
dei es dic ut lapides isti / glosa Si insultan-
tibus credens descendisset de cruce / demonum [illegible]
non demitteret / similiter et principes sacerdotum
hic agit de blasphemia maiori / ubi ponit
primo blasphemantium diversa / 2o ipsam blasphemiam
ibi Alios salvos fecit / blasphemantium autem
nominantur tria genera / principes in quibus prelationis
dignitas / scribe in quibus magisterium legis
/ pharisei / in quibus ostentatio religionis / et per
consequens aggravatur blasphemia / ex parte condicionis / ex parte
[illegible] / ex parte [illegible] vite / dicit ergo Similiter et
principes sacerdotum / de quibus supra primo principes
[illegible] / socii sunt / illudentes cum scribis
de quibus [illegible] medicinam oportuit est
salus medicorum scribarum et seniorum a quibus
[illegible] est iniustus / [illegible] 13 / dicebat Alios
salvos fecit hic ostendit blasphemiam [illegible]
primo quod dicebat in christo [illegible] impotenciam / 2o
quantum ad operationem salutis / 3o quantum ad [illegible]
[illegible] passionis / ibi Si rex israel est / 3o
quantum ad [illegible] liberationis / ibi Confidit
in deo liberet eum / dicit ergo Alios salvos fecit

hoc dicunt irrisorie quasi dicerent non est
verum quod alios salvos fecerit / seipsum non
potest salvum facere ac si dicerent / ex hoc
probatur quod alios non salvabat / quia se non potest
salvare / [illegible] ad [illegible] dicunt / et
dicit glosa / nolentes verum dicere [illegible] ad
[illegible] dicunt filium / quia dicit glosa / posset utrumque
sed minime nolebat / ut faceret [illegible] / Si
rex israel est hic blasphemant dicentes
eum impotentem in [illegible]
ubi [illegible] Si rex israel est / [illegible]
postulant descendat nunc de cruce / dicit ergo
Si rex israel est non [illegible] messias
promissus in lege et prophetis / descendat
nunc de cruce quia alii reges non [illegible]
facere / [illegible] descendat quia [illegible]
quia [illegible] obtinet / et
credimus ei / [illegible] quia maiora
fecit / quando lazarum suscitavit / et quando post
mortem de sepulchro surrexit / et tamen
non crediderunt ei / quia [illegible]
malicia / [illegible] glosa / [illegible]
maius fecit surgens de sepulchro / et non
crediderunt / Ergo [illegible] de cruce descendisset non
crederetur / [illegible] demones [illegible] /
[illegible] virtutem crucis et
suas [illegible] / et hoc agunt ut
de cruce descendat / sed sciens hoc dominus / per-
manet ut diabolus destruat / Jo. [illegible]
[illegible] blasphemantium / ut non
[illegible] / ut nos
captivos detinet / nolebat officium
[illegible] reconciliationis / ut nos [illegible]
ei [illegible] / Nolebat quod biberet calicem
passionis / quo omne venenum eius quod
[illegible] erat / [illegible] post
passionem [illegible] ab ipso signaculo [illegible]
et invocatione nominis christi / [illegible] ysa
3o [illegible] ponebit [illegible]
[illegible] / et [illegible] in nomine meo
demonia eicient / [illegible] / [illegible]

descendere noluit / de sepulchro resurrexit /
plus fuit morte resurgendo destruere /
quam vitam descendendo servare / Confidit in
deum / hic blasphemat dicentes eum in
potentem ad impetrandum liberationis / dicen
tes confidit in deum liberet eum nunc si vult
iuxta illud psalmi / Speravit in domino eripi
at eum salvum faciat eum quoniam vult
eum / Et Sapientie 2o Si filius dei est susci
piet illum et liberabit eum de manibus
contrariorum / contumeliis et tormentis interro
gemus eum / Dixit enim quia filius dei sum quasi
dicerent / Si verum dixit / liberationem suam
adeo statim impetrabit / quia pater libenter in
necessitate audit filium / Et ita mendaci
ter iudei tria negant de christo / Quod non
est ihesus salvator / Quod non est rex libera
tor / Quod non est dei filius creator / Et ita
nituntur omnino infamare fidem christi / quia
salvator creditur ratione bonitatis / rex ratione
potestatis / filius ratione unionis / Idipsum et
latrones / hic subditur blasphemia damp
natorum / eum dicens / Idipsum autem et latrones
qui crucifixi erant cum eo improperabant ei / Sub
[?] / obprobria exprobrantium te ceciderunt
super me / Iere. 6 Omnes maledicunt mi
chi / Sed quod lucas 23 dicit / quod unus latronum
dixit / memento mei domine cum veneris in
regnum tuum / Videtur per verba primo
neuter blasphemabat eum / Et hic exponit
hic matheus / deinde visis signis / unus
credidit et penituit / Et hoc lucas describit
Unde glossa primus uterque blasphemabat / de
inde visis signis unus credidit / Ita
utrumque plura? deum prius blasphemavit /
Sed alter signis territus penituit / et ne
iudeos arguit / Vel per verbum augustinus / hic
plurale ponitur pro singulari / Unde glossa respec
tate dicit / rustici insultat [?] si unus
hoc fecit / Ita et hic / A sexta autem hora /
post irrisionem hominum / ostendit hic compas
sionem in obtenebratione / cuius ostendit

generalitate / quia super universam terram / Et diuturnitate /
quia a sexta hora usque ad nonam / Dicit ergo / A sexta
autem hora tenebre facte sunt super universam terram
usque ad horam nonam / glossa / compatiuntur eleme
nta conditori suo / Item glossa / ne putetur
naturalis eclipsis / per tres horas tenebre facte sunt /
quia ultra unam horam non durat eclipsis solis
naturalis / Ieronimus / omnis creatura compatitur christo morien
ti / Sol obscuratur / petre scinduntur / velum
templi dividitur / sepulchra mortuorum aperi
untur / solus miser homo non compatitur / pro quo solus
christus patitur / [?] / Hic ostenditur potentia
deitatis in passione ex defectu lucis / Sed / quia
ipsa lux precedens est in ordine conditionis
Ideo defectus prime corporalis creature de
monstrat mortem sui conditoris scilicet christi / Unde
dionisius / apud athenas dixit / aut deus nature
patitur etc / propter quod fecerunt altare deo ignoto
2 Actuum 17 / Aliam rationem ponit glossa / ne sol
pendentem deum videret id est illuminaret / et ne impii
sua luce fruerentur / Item / quia lux vera que illu
minat omnem hominem venientem in hunc mundum
patiebatur eclipsim / Item / cum contingit solem
facere eclipsim / qualiter ista eclipsis fuerit
probavit deitatem / Sed / non fuit ista eclipsis
naturalis / ut quidam mentiti sunt / primo ratione dura
tionis / quia nunquam naturalis potest fieri per tres horas
2o ratione temporis / Impossibile est enim eclipsim
solis fieri / nisi cum luna est in coniunctione ad
solem / Ideo quia luna tunc erat [?] non potest fieri eclipsis
solis / 3o ratione generalitatis / Eclipsis enim solis
nunquam potest fieri per universam terram / Sed hec
sic fuit / Origenes autem dicit / quod tenebre fuerunt
tantum [?] in iudea tantum / non in terra gentium
/ sicut per triduum facte sunt tenebre in terra egip
ciorum / non in terra iessen ubi filii israel habitabant
Et non verum est / quia si in terra gentium aliquid
tam miraculosum contigisset / in cronicis libris scriptum
fuisset / Et hoc verum est / quia apud athenas fuit
visa talis eclipsis secundum verbum dionisii / secundum [?]
[?] historiarum / Et ideo quod dicit / quod fuit

eclipsis generalis super universam terram / ad significandum /
quod tenebre spirituales erant pellende ab omnibus
universaliter / Unde Bernardus repellendus erat horror te
nebrarum / que universam terram operuerant / Se
quitur / hora dominus hora sexta voluit crucifigi / Primo
secundum beatum Ieronimum / quia hora prima adam morte
meruit / eadem hora secundus adam morte mortem
eorum destruxit / Unde glossa nota / Sole a centro
mundi recessum crucifigitur dominus / quia et propter peccata morimur
tur / et adam circa post meridiem peccasset vocem
domini audivit / et ordo est conveniens / ut qui tempore
prevaricationis ade clausit eo tempore penitenti la
troni ianuam reseraret paradisi / Item tempus
perfectionis elegit / quod per senarium designatur
Unde venit sexta etate / sexto mense post iohannem
2 / Sexta hora crucifixus est / et sexta feria / Item
quia minor est fervor hora sexta diei / ad osten
dendum quod ex maioris fervore caritatis patie
batur / Item queritur de contrarietate evangelistarum
Prima quia marcus dicit / quod hora tercia crucifixus est dominus /
Alii hora sexta / Solutio / quod ubi loquitur de crucifixi
one clamore secundum augustinum / tunc crucifixus est
linguis iudeorum / Alii vero loquuntur de crucifixi
one / Unde glossa iohannis 19 dicit / quod hora sexta iudi
catus est a pylato / quod ergo tercia crucifixionis
Ideo solutio / quod dominus inter horam terciam et sextam
fuit iudicatus et in cruce positus / Ideo marcus
respiciens finem extremum dicit hora tercia / Iohannes et lu
cas respicientes aliud dicunt hora sexta / Nam iohannes
dicit simpliciter sexta / sed quasi sexta / lucas dicit fere
sexta / Unde glossa 27 marcus ait hora tercia cruci
fixisse dominum / ideo est / ut iudeos qui se ex
cusant / magis crucifixisse dominum ostendat linguis
quam militum / quorum manibus factum est / quam hora tercia
ut crucifigeretur clamaverunt / Sed cum crucifixus
est / hora erat quasi sexta non adhuc plene
sexta / a primo sexte hore fere sicut tenebre in signum
huius etiam quando celebrantur misse solempnes
nes inter terciam et sextam / Et circa horam
nonam / Hic ostendit veritatem passionis christi in
tribus / natura / primo in veritate nature corporee /
secundo in veritate nature incorporee / sed nature rationalis
ibi / Ihesus autem iterum clamans voce magna
3° in veritate divine nature / ibi ~~circa~~ Et ecce
velum templi scissum est / Et sic excludit
tres errores / primum errorem asserentium christum
assumpsisse corpus impassibile / secundum errorem
asserentium christum assumpsisse corpus sine anima /
3 tercium errorem asserentium ipsum esse purum
hominem / Veritas corporis passibilis ostenditur
in duobus / primo in exclamacione angus
tiosa / 2° in potacione amara / ibi Et
continuo currens unus / In prima parte tangit primo
exclamacionem / 2° falsam opinionem audientium
vocem / ibi Quidam autem illic stantes / Dicit
ergo / Et circa horam nonam / glossa / Ex michi
nata est dies ad vesperam / et tenebrosus
est post fervorem passionis consummat / ostendens
deus se mori propter peccata nostra / quibus a di
vina luce et visione in hac noctem
merserunt / Item quia propter eorum novem
ordines angelorum reparantur / Exclamavit
ihesus voce magna pre nimia doloris
angustia / in quo ostenditur veritas humanitatis
et virtus divinitatis / Cum enim esset proximus
hora in puncto mortis / ita fortiter clamare
non posset / Unde ad hebreos .5. / Cum clamore
valido et lacrimis offerens exauditus
est pro sua reverentia / Dicens / Heli / heli / lama zabatani
hoc est / deus meus / deus meus ut quid
dereliquisti me / Nota El in hebreo / idem est
quod deus / vel alia littera hebrea adiuncta
facit signare cum hic meus / et ideo heli
idem est quod deus meus / lama idem est quod quare
azabathani est idem quod dereliquisti me ‡
/ Relictus erat quantum ad subtractionem protec
tionis / Et ergo propter se relictum a patre
quia dimittebat eum in manibus occiden
cium / Ieronimus 22 / ad puctum et ad modicum
dereliqui te / glossa / humana natura erat de
relicta sed non dei filius / Item glossa / Sic
accipere nature in primis questionibus est pre
‡ Unde .N. de lira / Zabatani non est vera littera
quia non sic id est quod dereliquisti me / sed debet
poni quedam littera que vocatur apud hebreos
ayn / et sonat sicut a formatum in
gutture / Unde dicit sic scribi / azabatani
et tunc sic idem quod dereliquisti me / sed per
ignoranciam scriptorum corrupta est littera
in latinis libris / dicitur ergo Heli lama aza
batani

deplorat miseriam suam quod omnes dicere debent qui
ffe debent qui peccant / Ambrosius / quando
suscepit naturam corporis deplorat miseriam
Sic glossa / ne miremini vocem humilitatem
et anxietatem delicti / quia scandalum omnibus
viderat / Quidam autem illic stantes /
Glossa / non omnes sed aliqui scilicet milites romani
qui erant hebrei sermonis ignari / qui
audierant aliquid loqui de helia / Ideo
in Christo primi vocabuli putantes heliam
vocare stultus in quam / Et audientes dice
bant heliam vocat iste / vel forte propter timorem
tum potuerunt hoc dicere / non bene intelli
gentes quid diceret / Et continuo currens unus
ex eis / accepta spongia implevit ace
to et imposuit arundini / ut posset porri
gere / Et dabat ei bibere / Sic ergo completur /
quod dominus dixit / Sitio / quia tota nocte per
cussionibus et irrisionibus fatigatus et vex
atus / et per flagellationes et per alia diversa
tormenta sanguis de corpore eius fuit
extractus / Ita quod vix testa aruit ut
cinis / secundum dictum prophete / Ideo sitim passus fuit
corporalem / magis tamen spiritualiter / pacem in
redemptionem / Unde / quod hic videtur / quod dominus fu
erit bis potatus ante crucifixionem / et in
crucifixione / sicut habetur Mathei xv / non est
repetitio eiusdem facti / sed quod in potatione
et geminatione / Dicunt quidam crucifixos
citius mori si potarentur aceto / Et ideo
potatus est dominus aceto ut citius mo
reretur / Et hoc vel instinctu iudeorum quia
optabant inimice mortem christi / vel
ex tedio militum quos oportebat ibi
morari ut citius absolverentur a custo
dia / Legitur et misticus gemina potatio
propter geminas personas / que peccaverant gus
tato ligno vetito / ex quo dampnata e
rat propagacio generis humani / Glossa / Quare
ceptum fuit ei datum / Johannes dicit dominus

Dicens / Ihesus quia alia omnia consummata sunt / ut
et hoc impleretur Et in siti mea potaverunt
me aceto / Dicit Sitio / Iudei erant aceto
designantes a vino patriarcharum de meli
tiore [?] sic implere / vel insipientes / ut spongia
cavernosi et tortuosi latibulis fraudulentie /
Et ysopus herba est humilis et communis
fundo saxi herens / que hoc facto imple
batur / imposuit spongiam arundini i. scriptu
rei presumpte prophetie adiungit i. consimilat
Ceteri vero dicebant Sine videamus [?] nisi
sive reptantes in eius conceptu / Sine i.
expecta / Videamus an veniat helias li
berans eum / male intellexerunt vocem
dicentis hely / quia non helie sed deo loquebatur
Glossa / quia vocem domini male intelligebant /
frustra helie expectabant adventum / et sic
post virtus persone in natura corporea passibili / Ihesus
autem iterum hic ostenditur virtus persone in natura
spirituali / scilicet in anima / Ubi duo tangit / clamorem /
et spiritus emissionem / In clamore ostenditur effectus
virtutis divine / quia sicut vila divine pietatis in
dicium est emittere spiritum voce magna clama
do / In emissione spiritus notatur virtus vo
luntatis eius / et hoc est quod dicit Ihesus autem iterum
clamans / ad hebreos v. In diebus carnis sue fudit
preces supplicationes quod ad deum / qui posset
illum salvum facere cum clamore valido et lacrimis / Unde
Clamans voce magna altissima et fortissima
patris et caritatis affectu / quid dixit / lucas
aperit / pater in manus tuas commendo spiri
tum meum / Emisit spiritum / non alius extorsit / Sed
despiciens ipsum non vi doloris emissum / sed bene
placito voluntatis / Sic Iohannes / potestatem habeo ponen
di animam meam in mortem / et potestatem habeo
iterum sumendi eam / in x° c° / Unde ysa[ias] liii
Si posuerit animam pro peccato videbit semen
longevum / et sequitur / pro eo quod tradidit in mor
tem animam suam / Et de aliis [illegible] a christo extorquetur
Unde luce xii Stulte hac nocte repetent
animam tuam / sed non habent potestatem resumendi

sicut nec aliam ponendi ecclesiam Cap 16 tu
operient spiritus non veniret nec renovabitur
alia que recepta est
Et ecce velum templi scissum est in duas partes
Hic ostenditur virtus passionis in tria divisa ad cu-
ius probandum introducitur duplex testimonium primo creature
irrationalis secundo rationalis ibi Et multa corpora
sanctorum In creatura irrationali ostenditur quadruplex
testimonium In veli divisione in terre motione
in petre scissione in monumentorum apertione
dicit ergo Et ecce velum templi quod erat in inti-
mo templi prohibens aspectum eorum que e-
rant intra templum Et velum quod erat inter
templum interius scilicet sancta et sancta sanctorum Utrumque scis-
sum est De istis velis legitur Exo 26
Velum revera scissum est in duas partes
a summo usque deorsum in signum revelationis
veter/ et intelligentie sacrorum legis que prius
velata erant quod tamen velamen adhuc re-
manet in iudeis Unde apostolus 2 ad Cor
3 sed usque in hodiernum diem cum legitur
moyses velamen positum est super cor eorum
vel quia in morte christi ista sacramenta veteris
legis haberent finem Unde glossa Et velum templi
scissum est ut archa testamenti et omnia
sacra legis que tegebantur appareant Dicit
glossa secundum iosephum autem virtutes angelicas
presides quondam templi tunc pariter clamasse
transeamus ab hiis sedibus Et terra mota
est glossa omnia elementa suum dominum crucifixum
demirantur terra movetur dominum suum pe-
dentem ferre non sustinens Et petre scisse
sunt In signum quia corda lapidea scindi debent
debet christi mortem compati Zach 14 scin-
detur mons oliveti ex media parte sui
ad orientem et occidentem Dicitur autem quod adhuc
apparent iste scissure glossa mistice terra
mota est id est corda terrenorum per passionem
christi in melius convertantur petre scisse sunt
id est corda gentilium erant emollienda vel
petre scisse sunt id est vaticinia prophetarum que
petre dicuntur a petra christo ut quod quondam i-
cis duro velamine legis clausum
erat scissum pateret gentibus post passionem
christi Et monumenta aperta sunt id est typum
future resurrectionis glossa Et tamen cum monumenta
aperta sint non ante surrexerunt quam dominus
resurgeret ut esset primogenitus ex multis
fratribus Et Que ante mortem domini signa
facta sunt de celo ut obscuratio solis
post mortem signa de terra Ratio quia
ante mortem creatorem predicebatur in celo
post mortem autem notitia eius cepit
dilatari in terra Et multa corpora Hic
introducitur testimonium creature rationalis et
primo testimonium mortuorum secundo vivorum ibi
Centurio autem et qui cum eo erant dicit
ergo Et multa corpora sanctorum In quo apparet
testimonium veritatis qui dormierant
sopore mortis surrexerunt non tamen quando
monumenta aperta sunt scilicet hora mortis
christi sed postea quando dominus surrexit et
cum surrexerunt tamquam testes sue resurrectionis
quia sicut dicit apostolus ipse dominus erat
primitie dormientium Et exeuntes
de monumentis ad testimonium dominice
resurrectionis post resurrectionem eius scilicet christi venerunt
in sanctam civitatem id est ierusalem glossa
per antiquum nomen ut matheus publi-
canus Item glossa ierusalem que sancta di-
citur templo et sancta sanctorum que erant
deputata ad cultum divinum Et appa-
ruerunt domini multis testificantes de domi-
nica resurrectione In evangelio nazareorum legitur
quod duo viri sancti mortui ante 30 annos
venerunt in templum et steterunt quod
illi qui erant in limbo exultaverunt
in descensu domini ad inferos et dicentes
exultabant Unde Aug dicit in libro de
mirabilibus sacre scripture quod post ap-
paritionem illorum resuscitatorum corpora
sunt reddita in cinerem Sed non sunt
resurrectionis sed suscitationis Et dominus etc Beda

dicit/ quia ihesum credendi sunt cum domino
ascendente simul ascendisse cum corpore/ Et
tabant etc./ quia nulla fide temeritati eorum
est adhibenda qui dicunt/ eos in cinerem
versos. Et secundum istos doctores/ simul resurgunt
cum corporibus glorificatis/ Et concordat glossa
que auctentica est dicens/ ihesum credendi
sunt cum domino ascendente simul ascendisse
cum corpore/ moraliter Terra movetur in pravi
cogitatione/ petre scinduntur in contritione
monumenta aperiuntur in confessione/ Cor
pora resurgunt in operum mortificatorum
vivificatione/ apparent in sancta civitate
in vite illuminatione/ Centurio autem hic in
ducitur testimonium duorum/ primo duorum/ secundo unum
hic/ primum est testimonium infidelium
secundum fidelium/ ibi Erat autem ibi mulieres
multe/ Prima parte narrantur tria/ primo
consideratio centurionis/ secundo immissio timoris
ibi Timuerunt valde/ tertio confessio divinitatis
ibi Vere filius dei erat iste/ Introducitur
autem confessio gentilis ad confusionem iudeorum
qui noluerunt credere visis tot signis
etc. ergo/ Centurio autem/ hic gentilis erat
et vocatur sic/ eo quod centum milites sub
se habebat/ glossa In centurione fides
ecclesie designatur/ que post mortem
ihesum filium dei tacente sinagoga con
firmat/ Et qui cum eo erant/ custodientes
ihesum viso terremotu et hiis que fiebant
quod sic clamans spiritum emisisset Vnde
marci 15 videns autem centurio/ qui ex adverso
stabat/ quod sic clamans expirasset
ait/ Vere hic homo filius dei erat/ Timue
runt valde timore s. p. q. expiravit
spiritus salutis/ Dicentes vere filius dei erat
iste/ marci etc./ Vere hic homo filius dei erat
luce 23/ hic homo iustus erat/ Vbi ergo
tamen resultat veritas humanitatis/ quia dicit
hic homo/ veritas deitatis/ quia dicit filius
dei/ veritas innocentie et sanctitatis/ quia dicit
iustus erat/ Et hec tria sunt notanda

ad redemptionem/ quia homo qui debebat/ deus qui
valebat/ iustus qui congruebat/ Erat autem ibi
mulieres/ hic agitur de testimonio mulierum/ Ubi primo
primo commendatio mulierum/ secundo nominis particularium/
ibi Inter quas erat maria magdalena
Commendatio autem ponitur in duobus/ primo
quia compatiebantur morienti/ secundo quia ministraverant
viventi/ ibi Que secute erant/ Dicit ergo Erat
autem ibi mulieres a longe/ ad associandum/
ad considerandum/ ad compaciendum/ Crucis distri
ctus erat/ milites assistentes/ et omnia considera
vit/ Contrarium videtur quia dicitur Io. 19. Stabant iux
ta crucem/ Dicendum/ quod erant longe
respectu multum eorum crucifigentium et custodi
entium/ sed prope erant respectu aliorum astancium/ quia
longe vel prope dicitur in respectu/ Non enim erant
ita longe quin possent eum loquentem audire
qui dixit matri sue/ Ecce filius tuus/ Vnde glossa
marci 15. et luce/ dicitur mariam magdalenam
a longe stetisse/ Io. vero iuxta crucem/ quia tanto
intervallo aberat ut et iuxta diceretur quia
presto erat in conspectu eius/ et longe in
comparatione turbe propioris/ Possumus etiam
dicere/ quod ille que erant cum matre domini postquam
commendavit eam discipulo/ abire ceperunt
ita/ ut a densitate turbe comoverent se et
cetera que facta sunt longius intuerentur
Que secute erant ihesum ex devotione/ a
galilea ministrantes ei/ glossa Iudeorum consuetu
dinis hec erat/ ut mulieres de sua substan
tia doctoribus suis ministrent/ quod et dominus accepit
ut daret exemplum apostolis/ Inter quas erat ma
ria magdalena/ sic autem dicebatur a mag
dalo opido in quo morabatur/ Et maria
iacobi scilicet minoris/ Et ioseph mater/ hec erat
soror marie matris christi/ Hic iacobus minor
fuit alphei filius/ et dictus est frater domini
hec est maria cleophe sic dicta a patre suo
cleopha/ de qua Io. 19 Stabat iuxta crucem
ihesu mater eius et soror matris eius maria
cleophe/ Et mater filiorum zebedei/ et hec vo
cata est maria salome/ a patre suo sa

inposuit. Et illud de facto Cleophe. Iste autem
tres (videlicet) vocantur quia in istis comprehenditur complexio sta-
tus omnes procedentes de virtute in virtutem. In
Maria Magdalena est status omnes penitentes
qui peccatores fuerunt, Luce 8. In Maria matre Ia-
cobi et Ioseph status omnes proficientes. Iaco-
bus interpretatur luctator. Ioseph augmentum.
In matre filiorum Zebedei status omnes perfecti. Quia
regnum filiis postulavit. Cum sero autem factum
esset. A principio 27 capituli descripta est passio et mors
Christi. Hic subditur de sepultura et [illegible] se-
pulture. Ubi narratur primo factum Ioseph sepe-
lientis Christum in quo commendatur pietas. Secundo factum Iudeorum
custodiencium sepulcrum ad reprobacionem Iudai-
ce impietatis. Ibi: Altera autem die. Circa
sepulturam tangit primo tempus in quo est sepul-
tus ibi Cum sero. Secundo personam per quam est sepultus
ibi Venit quidam homo. Tercio ordinem quo est
sepultus ibi Accessit ad Pylatum. Quarto modum
quo est sepultus ibi Et accepto corpore.
Quinto locum in quo est sepultus ibi Et po-
suit illud in monumento. Sexto comites quibus
fuit sepultus ibi Erat autem ibi Maria
Magdalena. Primo dicit Glossa: Cum sero factum esset. Ut
recordetur causa et concitetur in quibus hora
diei contuleraris passionem Salvatoris
ut in omnibus horis diei aliquis habeat compunctionem,
secundum illud Psalmiste: Vespere et mane et meridie
narrabo. Venit quidam homo dives. Designa-
cio in personis subditur ad commendationem fidei
et religionis. Ibi Venit quidam. Ubi in-
plicat quidem circa istam nomen eius: Homo quidem
fortuna cum subdit Dives. Non tamen petere
nomine sed fidelis dispensator. Glossa: Non
ut iactes quia medie et cuius [illegible] quia ad presidem
non nisi dives accedere poterat. Patriam cum
addit: Ab Arimathia. Glossa: Ipsa est Rama-
tha Helkane et Samuelis civitas. Primo nomen
proprium: Nomine Ioseph. Qui et ipse discipulus erat
Ihesu. In quo ostendit religionem. Occultus non
de 12 sed de 72 sed occultus erat propter metum Iudeorum

Iudeorum ut dicitur Io. 19. Unde Io. 12: Multi
ex principibus credebant in eum. Hic ac-
cessit ad Pylatum. Hic ordo sepulture
describitur in quo commendatur strenuitas fidei que
in tribulacionibus [illegible] occultari de-
beat, secundum illud Ecclesiastici 6: Et possidere
amicum in temptacione posside illum. Dicit ergo
Hic accessit ad Pylatum. Glossa: Non dig-
nus apud seculum. Et petiit corpus Ihesu
ut illud sepeliret honorifice. Ecce a
mortuo non [illegible]. Petiit
quia non licuit quod suspensus deponeretur
sine licencia. Tunc Pylatus iussit reddi
corpus ipsi Ioseph. Hoc concessum fuit
sibi quia ipse erat nobilis decurio. Marci
15, id est de ordine curie ut curiales [illegible]
sicut dicit Glossa. Et accepto corpore scilicet
deposito de cruce involvit illud in syn-
done munda. Glossa: In simplici sepul-
tura Domini condempnatur ambicio divitum
qui nec mortui divicias carere possunt.
Ut non erat simpliciter sepultura, nam [illegible]
vino [illegible]. Nicodemus centum
libras aloes attulit pro sepultura Domini
Io. 19. Licet quia Christus est caput hominis
ut Glossa eius [illegible] debuit
in loco pariter honorabili sepeliri.
Ioseph et Nycodemus de qua fuit [illegible]
Exemplo dicit reservari persone cui exhi-
bebatur cum nichil superfluum [illegible]
[illegible] nec sic est in aliis.
Vel Glossa eloquitur pro syndone sola.
Hec Glossa: In sic syndone munda Ihesum
involvit qui pura mente eum suscepit.
Hinc et mos ecclesie est ut sacrifici-
um altaris non serico non panno tinc-
to sed puro lineo celebretur. Et posuit
illud in monumento suo novo quod
exciderat in petra. Glossa: Quia si in monu-
mento ubi alius positus esset poneretur
alius forte resurrexisse fingeretur.
In petra ne si ex multis lapidibus edifi-
catum esset suffossis tumuli fundamentis

ablatus furto diceretur / Et advolvit
saxum magnum ad hostium monumenti ut
non posset aperiri sepulcrum sine auxilio
multorum / Hic est nonus / Et licet mors
Christi fuit ignominiosa / ut patet ex predictis / se-
pultura tamen eius fuit nobilis et sic preterea
[?] / Cuius ratio est / quia passibilitatem et huma-
nitatem assumpsit Christus propter nostram redemp-
tionem / Et ideo ipsa completa in sua morte /
predicta debuerunt cessare / et ea que
sequebantur quodammodo ad gloriam resurrectionis
pertinebant / Sepulcrum autem erat predictum
per ysaiam prophetam / De turpitudine
mortis ysaie 53 / Tamquam ovis ad occisionem
ducetur / et ibidem / Cum sceleratis repu-
tatus est / Et iterum de nobilitate sepulture
eius dicitur ysaie 11 / Radix yesse que
stat in signum populorum ipsum gentes de-
precabuntur / et erit sepulcrum eius gloriosum
Erat autem ibi maria magdalena / et 6
altera maria (cleophe) scilicet mater iacobi et ioseph /
glossa / aliis notis ihesu ad sua redeunti-
bus / sole mulieres que arcius ama-
bant obsequia funeris inspiciebant /
Et ideo prius [?] viderunt beate mulie-
res que inheserunt viventi / assisterunt
morienti / Sedentes contra sepulcrum ut
aspicerent ubi poneretur corpus ihesu /
ut sicut [?] ambo postea [?] posse-
sent inungere corpus eius / Altera 2a pars
autem die / post factum ioseph / introducit
hic factum iudeorum / ad detestacionem iudi-
ce perversitatis / qua mittitur ad infirmandum
deum per custodiam corporis sui / Ubi ta-
guntur tria / primum est custodie peticio /
2m est peticionis concessio / ibi ait illis
pilatus / 3a militum appositio / ibi / Illi
autem abeuntes / Dicit ergo Altera autem
die que est post parasceven i. sabbato /
[?] feria sexta / [?] passus est dominus
[?] / i. preparatio / quia in illa
die preparabantur cibaria presenti die / Convene-
runt principes sacerdotum et pharisei ad pylatum
glossa / non sufficit scelus mortis nisi post mor-
tem famam eius lacerent / Dicentes / Domine
recordati sumus / quia seductor ille / glossa quod
erat / deus imposuit / invidia et ypocrisi non /
non patitur exprimere / Et ergo dicunt ille / Seducere
est a veritate in falsitatem ducere / Dixit ad-
huc vivens / post tres dies resurgam / glossa
a parte totum / pro sexta diei quo crucifixus
est cum sua nocte pro una die / Sabbatum integre
3a dies a parte prima i. nocte totus cum
suo diurno et sic est totum / Iube ergo cus-
todiri sepulcrum / usque in tertium diem / ne for-
te discipuli eius veniant et furentur eum /
Ambo / cognita malicia sacerdotum / quod non tamen
ingressi sed et discipulis [?] / Et dicant
plebi / surrexit a mortuis / glossa / [?]
corpus mortuum [?] fidei / Nam cito apostoli fuerant
tanto magis virtus resurrectionis ostenditur / quia non
est consilium contra dominum / Nam factum iudeorum magis
fecit ad opinionem scilicet ad certitudinem resurrectionis /
quod ab ipsis custodibus testificata fuit / sic
dicetur in capitulo sequenti / Et testimonium huius (enim)
ab adversariis maximum est / Et erit no-
vissimus error / peior priore / glossa / ignorancie
dum dicunt / quia peior est deceptus primus
quam error ignorancie / Ait illis pylatus / habetis
custodiam. q. d. sufficiat vobis / quod in nece
consensi innocentis / vobiscum permaneat
error / Ite et custodite sicut scitis. q. d.
non teneatis de hoc / faciatis quod vos vultis /
Illi autem abeuntes munierunt sepulcrum
militibus armatis / Signantes lapidem s.
sigillis sive anulis suis / ne aliquis pos-
set ingredi sine scitu eorum / Cum custodibus
i. preter custodibus / Et in hoc apparet malicia
eorum / quia non custodibus confidunt / sed insuper
sigilla apposuerunt

Vespere autem sabbati que lucescit in prima
sabbati etc / [?] ostendit ewan-
gelista Christum esse salvatorem a culpa / sicut [?]

passione sua / In hoc capitulo ondit cum salvato
rem a miseria / et hoc per virtutem quam inchoavit
in se / et consummabit in electis suis / Unde ad Ro
dicit apostolus / Christus passus est propter delicta nostra /
et resurrexit propter iustificationem nostram / Licet enim
passio iustificet et similiter virtus magistri credunt
et amatur / scilicet disponendo ad iustificationem / resur
rectio tamen est signum et causa iustificationis / passio
solum causa / scilicet quia dicit dicit glossa ibidem / Et ideo
magis attribuit iustificatio virtutem quam passioni
quia signum et causa est et complementum / Dividit
ergo / primo ad astruendam fidem in virtute
Christi introducit evangelista multiplex testimonium de
sua gloria resurrectionis / primo / testimonium creaturae cor
poreae / in terre motu / secundo testimonium creaturae
incorporeae / in angelorum adventu / ibi Angelus
autem domini descendit de celo / tertio testimonium illorum
qui extra sua corpora et in corpore comparuerunt
ibi Et exierunt de monumento / quarto testi
monium domini / ibi Et accedens ihesus locu
tus est eis / Dicit ergo Vespere autem sabbati / i. noc
te secuta a sabbato / Et ne intelligatur de
prima parte noctis sed de ultima / addit / Que lu
cescit / scilicet in fine noctis / et diluculo diei / In
prima sabbati / i. in die dominica / que dicitur prima
sabbati secundum hebreos / i. prima dies post sabbatum / secunda
et secunda sabbati et tertia sabbati / et sic usque ad sabbatum
Augustinus de concordia evangelistarum / per vespere noctem significat
a parte totum / Et est sensus Vespere / i. nocte sabbati
Sed ne de isto vespere quod est initium noctis
intelligeres mutavit genus / et ait que re
fertur ad sensum non ad nomen que scilicet nox
lucescit in prima sabbati / i. terminatur in luce
prime sabbati / et hoc est terminus finis et diluculum
lucis prime sabbati / i. dominice / quasi dicat / nocte sabbati ve
nerunt / non tamen in quibuslibet parte noctis / sed diluculo
Non sunt contraria / Vespere quidem ceperunt veni
re / i. aromata preparare / plenius non licuit / sed
lucescente mane prima sabbati venerunt ad un
gendum corpus ihesu / quia mattheus cum brevitatis
ponit obscurius / alii apertius / Item glossa / Ve
nit valde mane / in quo non discordat a luca

et iohanne / mattheus a prima parte noctis / i.
a vespere noctem significat / cuius fine vene
runt ad monumentum / Item glossa Vespere
solet obtenebrescere propter gloriam veritatis
sed iustitie dicit lucescere propter gloriam veritatis
Item glossa / Antiquitus dies noctem prece
debat / nunc ordo mutatur et nox qua
surrexit diei quia se ondit adiuncta est
cognitum prius diem nox sequebatur / quia homo
a luce in tenebras ceciderat / nunc dies post
noctem / quia post virtutem a peccatis ad lucem
reducimur / Venit maria magdalene et
altera maria / cuius nomen non ponit
ideo dubium est ad literam / que fuit vel
maria salome vel cleophe / vel for
te utraque fuit / licet quidam non nisi duas
venisse dicunt / quia super duas dixit de se corpus
de asse sepulcro / Et quod dicitur in marco
Et salome / expositio est illius cuius
nomen hic tacetur / quod quos est usus
est que tres reputat luce 24 ca
dicit Et iohanna uxor chuse procuratoris herodis / et maria iacobi et
cetere que cum eis erant videre sepulcrum
ut in dicitur / ut venientes ungerent ihesum
Io 20 dicitur quia maria stabat ad monume
ntum foris plorans / Sic devota anima venit
ad sepulcrum christi videre per meditationem /
flere per compassionem / ungere per devotionem
Jo et hec tene in glossa / quod dominica tempora mulieres
in evangeliis describuntur / non inmediate
signum est / sed sedule visitationis officium
diu crebro abire et redire et non
permittitur a sepulchro domini diu abesse
vel longius / Item glossa / Due mulieres
venerunt nove et devotionis / duas significant
plebes pari devotione christi virtutem et
passionem amplectentes / Et ecce terre
motus / hic ondit evidentiam sua ut
moneatur intellectus magnitudinem
effusam / Dicit ergo Et ecce terre motus
est magnus / glossa / terre motus [illegible] i. pa

sic et in morte sit terre motus / significat autem
tremorem cordis per fidem primo et mortis
ad penitentiam movendam / Secundo, quia scilicet terre
motus factus in signis dilectione / Unde Petrus
terra mota est et enim celi distillaverunt
a facie Dei / In Christi passione, primo per
densa capitis terra mota est / In eius morte
ut hic / In iudicio generali / Luce xxi Et erunt
terre motus / Per eum hoc mistice in terre
motu significatur contritio que provenit ex tribus
videlicet ex consideratione passionis Christi / ex
consideratione gratie reparationis / ex consideratione
pene gehennalis / Unde contritio eius
gestatur / Et mane diluculo valde mane una
sabbatorum / Jo[hannes] dicit cum adhuc tenebre essent /
Marcus dicit vespere sabbati / Solvitur quia vespere primum
surgebat / et nocte transacta et adhuc cum
diluculum dicitur essent tenebre / ceperunt
venire sed orto sole pervenerunt / Angelus de celo
ergo descendit / Et venit Maria Magdalena
primo ante alias vocatur discipulos / et tamen tenebre
erant / de quo adventu loquitur Jo[hannes] / De
inde rediit / et postea orto sole venit
cum aliis / Angelus autem Domini post testimonium
rei create corporee / subdit hic testimonium
rei create incorporee / scilicet angeli / Notandum quod
primo quod per angelos facta sit denunciatio
mulieribus / secundo quomodo ipsa sit facta per mulieres viris
ubi / Et ecce Jesus occurrit / ut pene
sint per ipsius in prima temptatione mortem /
a diabolo in mulierem / et a muliere in virum / sic
in prima annunciatione gloriose vite / fiet pro
gressus ab angelo in mulierem / et a muliere
in viros scilicet apostolos / Circa denunciationem
angelicam ostendit primo angeli adventum / secundo
actum ibi Et accedens revolvit / tertio statum
ibi Et sedebat super eum / quarto habitum ibi Erat
autem aspectus eius / quinto verbum ibi Respondens
autem dixit / Dicit ergo Angelus autem Domini
descendit de celo / glossa presens obsequium
[illegible] / Et accedens scilicet ad monumentum
revolvit lapidem / glossa non ut egressuro ianuas
aperiat / sed ut egressum eius iam factum prodiderit /
Secundum glossam clauso potuit exire sepulchro /
qui clauso natus est virginis utero / Et sede
bat super eum / in quo insinuatur gloria sue im
mortalitatis / Unde glossa Regnator in sede dominium
dicat / qui in natura fortitudo bellatore sig
nat / Super lapidem glossa quo monumentum
claudebatur / ut clausura inferorum superata
doceat / Sed contra si sedebat super lapidem qui
erat extra monumentum / Contra quod dicitur ad ultimo
Intrantes in monumentum viderunt iuvenem
sedentem / Et dicendum primo secundum glossam / quia forte duo
angeli fuerunt unus extra / alter intra / Vel de eodem
angelo potest accipi quia intro ergo dicitur / Marcus hic vocat
monumentum ipsum sepulchrum / et sic erat extra
Marcus autem illa septa / vel habitaculum in quo erat
sepulchrum et sic erat ~~extra~~ intra sepulchrum / Et sepulchrum erat
in quadam domuncula secundum glossam que locum
te fuisse munitum credibile est / Erat autem
aspectus eius / hic describit angeli habitum /
Ubi tangit primo splendorem advenientem / secundo
effectum splendoris ibi Pre timore autem eius
Circa primum splendorem innuitur gloria claritatis
que erat tribus impressa / ut quod dicitur Erat
autem aspectus eius sicut fulgur / id est facies
eius videbatur ignea / sed erat delectabilis
~~mulieribus~~ iustis / Et quod subdit vestimenta eius
candida sicut nix / Apocalypsis primo / Capilli eius
candidi sicut lana alba / et oculi eius sicut
flamma ignis / Unde glossa in candore innuitur
significatur blandum iustis / in terrore fulgoris terrificum
tribulem futurorum reprobis / Pre timore autem
eius exterriti sunt custodes / et facti sunt velud
mortui / Circa effectum splendoris dicitur primo sic hoc
in summa / quia exterriti sunt custodes / Et in corpore /
quia facti sunt velud mortui / Videbant enim terribilem
angelum Domini / lapidem immense magnitudinis
revolventem / Et ideo tunc stupefacti venerunt mulieres /
et non fuit ausus ingredi / Respondens autem
angelus / Hic subdit angeli verbum [illegible]

cum mulieribus / ibi po² primo mulierum ab angelo
confortatio / 2º ipsarum certificatio / ibi Scio enim
quia ihesum queritis / 3º exprimentalis probatio / ibi Ite dicite
Videns autem angelus dixit mulieribus / scilicet 3 d.
quo vidit / cum non dum fuerint locute
/ Glosa Beda vidit earum intentionem / quam
per eminentiam cognoscebat / Vel potest dici
quia vidit eas affabiliter / Nolite timere vos
q. d. secundum glosam / Custodes timeant licet vos conites videt / illi
timeant qui ad eorum societatem non perti
nent / Scio enim quia ihesum queritis / Hic subditur
certificatio de resurrectione christi / ubi adsi
deri super hoc mulieribus faciendam indu
cit angelus / po² notitiam datam sibi / ibi
Scio inquit quia ihesum qui crucifixus est queritis
/ 2º absentiam corporis domini ihesu ibi / non est
hic / 3º expressionem rei / ibi Surrexit / Veri
tatem christi ibi Sicut dixit / dicit glosa / Scio
enim quia ihesum qui crucifixus est queritis / secundum
glosam / quod multi dicebantur hoc nomine ihesus / de
ciarat ipsum per crucifixionem / Item addit hoc ad
commendationem mulierum que ihesum et crucifixum
querebant / multi enim ihesum querunt id est salvatorem
sed non crucifixum / quia non penitentem / qui tamen non
meruerunt in terra fructum invenire / In marco
addit nazarenum / et sic tangit nomen
proprium / et adiectivum / Unus est ille quem querunt
ihesum per fidem / per spem nazarenum / per contempla
tionem et imitationem crucifixum / Cap po In sum
pha cordis querite illum / Item additur
crucifixum / ad bonum perimus contemplationum
Ad hebreos 12. Recogitate eum qui talem
sustinuit ad a peccatoribus adversum semet
ipsum contradictionem / Non est hic / secundum presentiam
carnis / quia divina non est incomprensa et infi
nita / humana limitata finita et certis limitibus
circumscripta / glosa / Surrexit enim sicut dixit
super 20 glosa impossibile est non fieri que
dixit / Ideo / quia quemadmodum fuit quod in vita domini
non differetur ad generalem resurrectionem mortuorum
/ et fides debebat confirmari per ipsius resurrectionem

/ et si non resurrexisset fides credentium
fuisset evacuata / Unde ps. Que utili
tas in sanguine meo dum descendo
in corruptionem / Glosa mediatoris / Ubi glosa
/ si statim non resurgo corruptum quod fuit
corpus meum / nemini annunciabo / nullum
lucrabor / et ita peribit confessio scilicet testimo
veritatis / Item quemadmodum fuit tercia die
resurgeret / patet po per probationem sue mortis
/ et sicut in ore duorum vel trium testium
stat omne verbum / Sic in tribus diebus
exprimitur omne factum / Item per sue po
testatis ostensionem / quia si statim resur
rexisset / non videretur habere potestatem
ponendi animam suam et resumendi / nisi
probata vera morte / Venite et videte
locum ubi positus erat dominus / q. d. secundum
Remigium / si verbis non creditis / visui et
tactui credite / Ecce probat angelus
resurrectionem christi / ex evacuatione monumenti / et
signis linthiaminum et sudarii / quibus
involutum erat in sepulchro corpus domini /
/ que invenerunt petrus et iohannes in
monumento / Si enim aliquis corpus
furatus fuisset non ipsum denudasset /
/ Et est argumentum probabile / sicut in mo
libus fo. 2º int. hic / super illud Et sede
bat super eum / huic sessioni contradicit
/ Ia. ubi / dicitur quod est huc dicitur / quod stabat
Unde o / angeli sedentes forte assur
rexerunt mulieribus / et sic sederunt et
steterunt / Item matheus et marcus
dicunt angelum / lucas et iohannes duos
angelos / Unde po ingresse in monumentum
viderunt unum / postmodum vero duos /
/ vel unus loquebatur de quo matheus et
marcus / licet essent duo / Et cito
euntes / Hic subditur quam inssa est
scilicet per mulieres resurrectionis denunciacio
vel scilicet apostolis / Ubi denunciat ...

tione conditiones / primo mandantes / cum
dicit cito euntes / 2° generalitates / cum sub
dit / Et dicite discipulis eius et petro /
quia timens sit manifestatio resurrectionis / quia
alii indigni erant / quia non comparebant
eius passioni / quia si separatim et coreg
nabimus / Et ceteri non discipuli sunt qui
cum domino pascha non fecerunt / non sunt disci
puli vero appetitus quos curiositas
vite stantis detinet / illecebra rapit
et spume rethorice strangulant / Cuius non
dilectio resurrectionis christi / Dicite eius quia surrexit
surrexit / Dicit autem specialiter nunciandum
petro / quia principalior inter discipulos /
quia evidentius cecidit / Sed trone peccantis
ut primo resurgat per spem resurrec
tionis / et ne desperet de reconciliatione
propter magnitudinem peccati apostasie / Quia
precedet vos in galileam / corporaliter
ibi eum videbitis / galilea interpretatur trans
migratio / In galilea voluit apparere / ad
significandum quia ipse transmigraverat a morte
in vitam gloriosam / Unde glossa / quia iam
a morte transmigraverat cum resurrectionis gloriam
post lecti videbimus / si modo a viciis ad
virtutes transmigremus / Ecce predixi vobis
[illegible] / Beda / ipsa re
cordatio promissionis / fidem astruit
resurrectionis / 3° processio est ad despon
sationem / visio ad cordis exultationem /
predicatio ad fidei confirmationem / Et exierunt
cito post testimonium angelicum immediate
fit testimonium humanum / primo mulierum / 2°
custodum / ibi Ecce cum abissent / 3° apostolorum
ibi / Undecim autem discipuli / dicit ergo / Et
exierunt cito de monumento in quo notatur
promptitudo obediendi / Cum timore et gau
dio magno / in quo affectio exceptionis
glossa / duplex est affectus in eis timoris
et gaudii / Alter de magnitudine miraculi
alter ex desiderio resurgentis / et utrumque

cognitum femineum excitabat / Currentes nunci
are discipulis suis eius / Theophilus / ac si dicerent non
concessum est nobis hoc gaudium tantum occulto
cordis / sed similiter aliis pondere / Et quia
Marcus 16 dicit Et surgentes de monumento ti
mentes et nemini quicquam dixerunt / Marcus / unde
Marci intelligendum est de militibus / qui ita
iacebant pre timore sicut mortui / et neminem
illorum mulieres aliquid dixerunt / Et nemini
scilicet angelorum / quibus scilicet non fuit ausus aliquid
videre / Unde glossa Marcus ait / Fugerunt ex
invicem / Invaserat eum eos timor / et nemini
quicquam dixerunt / nemini scilicet apostolorum non / sed ange
lorum non fuit ausus aliquid videre / vel etiam
ipsis custodibus quos iacentes viderunt / Et
ecce Ihesus hic ondit in mulieribus visibiles
resurrectionis certificationem / ubi ondit / primo dominum eis
apparuisse occursu / 2° devotionem mulierum ibi
Ille accesserunt / dicit ergo / Et ecce Ihesus occurrit
illis quia dominus querentibus ipsum in corde perfecto
occurrit / ysaias 64 Occurristi letanti et facienti
iustitiam in viis tuis / Unde glossa Ecce cum
iter virtutis inchoantibus obviando occurrit christus / Dicens
Avete / Sed hic / Sed maledictum Eve / Sed in mulie
ribus solutum / Ille autem accesserunt et te
nuerunt pedes eius / ex devotione ipsos
osculatos / Et adoraverunt eum adoratione
latrie / glossa / Ille tenet pedes que adorat
suscitatum / sed illa que nesciebat adhuc re
surrexisse filium dei / merito audit / noli me
tangere / propter fidei defectum / non dum enim ascendi
ad patrem meum / quia in corde tuo non me
credis pervenisse ad equalitatem patris / Cristus
24 appeo in corpore sic sicut an patrem /
hoc est ad astruendam fidem resurrectionis / quia non dum
ascendi ad patrem meum / Idem glossa Ergo
dicit est christus exivisse sepulchro ut
immortale corpus ondet / hic vero tenentur
pedes / ut vim corporis plenum / Apostolus littera ac
cedit ad christum per fidem / ad Hebreos xj Accede
tem oportet credere / quia remuneratur est
tenet per caritatem / Cap. 3° Tamen cum

· s. deum meum/ non dimitta | adorat p debita cultus exhibicione/ sicut s. dominum deum tuum adorabis et illi soli servies
Tunc ait illis ihesus/ nolite timere. Ite nu[n]ciate
In ista parte tangit mulierum assecuciones. Et dicit primo facit hoc/ 2° de predicta denunciacione instruccio, s. quibus et quid denunciandum sit ibi Ite nunciate fratribus | Tunc ait illis ihesus nolite timere sicut cum occurrit creaturis dicens ave gaudium tulit/ ita timorem excludit a timentibus, cum dicit nolite timere | Ubi replicat verba angeli/ ut confirmet et indicet angelum ab eo missum | Ite nunciate fratribus meis i. apostolis | ad hebreos 2° / non confunditur eos vocare fratres | glossa / ut mulier mortifera verba serpentis narravit | ita nunc narret verba vivificatoris/ ut a quo est mors / ut ab ea vita | ut eant in galileam/ ibi me videbunt | Relevat locum apparicionis/ et promissu visionis/ ut ex loco plenius vivat | ex promisso audiat cum c[a]utelis | glossa / non tamen ibi solum/ nec ibi primum visus est a discipulis | lucas et iohannes satis aperte dicunt ipso die resurrexionis visum esse in iherusalem | primo marie magdalene etc. | Et quantum | quia post resurrexionem suam sic specialiter vocat discipulos suos fratres | Ut sicut veram resurrexionem docuit | ut ad amorem suos attendat | In glossa / cum et prius vocant/ non fratres/ ut post resurrexionem eandem naturam tunc resumpsisse/ et illos comparare doceat | Ite vocat eos fratres / ut securius ad eum accedant / et non timeat accedere propter hoc quod reliquerunt eum in sua capcione | Tribus de causis fraternitas est que benevolum fratrem devotum/ et corrigit dissolutum/ que pueri absconditur/ absente non vadit | primo applaudit/ infirmum non despicit/ placatum non provocat/ iratum metuit ut moveret | Idem quidem qui angelus antea discipulos | dominus fratres vocat | Et angelus vocat eos discipulos/ racione humilitatis debite | dominus suum honorem | Ihesus autem et omnes discipulos vocat eos nomine caritatis | In quo datur plana forma caritatis et humilitatis | Ite 2 Regum | Rectorem te posuit noli extolli/ sed esto quasi unus ex illis | Que cum abissent | post testimonium mulierum ponitur hic testimonium vero ex malicia[?] [2° hic post apostolos ibi videre dyscipuli/ 3° discipulos] custodum | ubi ponit primo quo placatum sit testimonium/ abiecis[?] veritatis/ 2° quo corrupti munere/ dixerunt contrarium testimonium fuerat/ ibi Et congregati cum senioribus
Dicit ergo Que cum mulieres tunc abissent ad complendam missionem dominicam | Ecce quidam de custodibus qui viderant signum/ et audierunt verbum angelicum | venerunt in civitatem s. iherusalem/ ut magis esset publicum | Et nunciaverunt principibus sacerdotum/ ut in suspicionibus esset rebus | omnia que facta fuerant | miraculis resurrexionis/ et angeli visibilem apparicionem/ quod fuit testimonium fortissimum/ quia ab inimicis | glossa | Indocta simplicitas sicut veritatem etc. | quod sunt mulieres ingenium monumentum custodibus ibi existentibus/ | Et quare custodes eas non timuerunt | Et non/ quia iste mulieres sunt ita mixte in caritate/ quod non timuerunt/ Caritas timorem excludit | Et viderunt custodes tritos | et angelos sicut albe [vestes], ingressi sunt | In mensam[?] nicodemi legitur/ quod custodes dixerunt ad principes sacerdotum/ quod audierunt angelos loquentes ad mulieres/ que ad sepulcra venerant | Tunc illi dixerunt/ que sunt mulieres ille | et quare non tenuistis eas | Et inderunt/ quia sunt mulieres ille/ nescimus | et pre timore angeli/ quasi mortui fuimus/ quo ergo eas apprehendere potuimus | Et congregati cum senioribus | hic subditur testimonium corruptio. Ubi ondit primo corruptoris causam/ quia fuit astutus cupiditas/ 2° corruptoris effectum/ qui fuit veritatis fraudatus / ibi At illi accepta pecunia/ 3° corruptoris sequelam/ quia fuit impietatis error in iude[is]

ibi / Et divulgatum est verbum istud / Circa
eum corporis insinuat cum / pecunie lar-
gicionem / quia copiosam pecuniam dederunt / fal-
sitatis confectionem ibi / dicite quia discipuli
eius venerunt / fallacis promissionem
ibi / Et si hoc auditum fuerit a preside / Et
ita corrumpitur triplex / quantum ad concupis-
cibilem / pecunia largita / quantum ad racionalem
falsitate conficta / quantum ad irascibilem securi-
tate promissa / Dicit ergo / Et congregati cum (s. principes)
senioribus ad confingendum falsitatem / consi-
lio accepto dandi pecuniam / glossa astu-
ta duplicitas / modum querit quo de-
struat veritatem / pecuniam copiosam
dederunt militibus qui acceperunt de tem-
plo / sicut prius xxx argenteos pro
gloria / Ibi in glossa / Cum rebus ecclesie ab-
utuntur in aliis rebus / quibus suam
compleant voluntatem / filios scilicet scribis et
phariseis et sacerdotibus redimentibus me-
dacium et sanguine salvatoris / dicentes /
dicite ad infirmandum Christi resurrectionem / quia
discipuli eius venerunt nocte et furati
sunt eum nobis dormientibus / Ecce aptum
mendacium / Augustinus in glossa / Si dormie-
runt / quomodo viderunt / si non viderunt / quomodo
testes esse potuerunt / et ita se contradicunt /
Crisostomus vero secundum mendacium viderunt / quia
sic dicebat / quod hic furarentur homines
pauperes simplices / neque apparere au-
derent / Item Cris. / Ne miretur si pecunie
milites corruperunt / que apud discipulum
tantum vendere veritatem / Unde o pestis
magna avaricie / quid illesum / quid
incorruptum dimittis / tu genus hominum con-
fudisti / tu discipulum Christi comitem ab
apostolatu precipitasti / tu milites custodi-
entes sepulcrum captivasti / Eccl. 10
pecunie obediunt omnia / Item bernardus Am-
bicio est subtile malum / secretum
virus / pestis occulta / doli artifex / ma-
ter ypocrisis / livoris parens / viciorum origo

criminum fomes / virtutum erugo / tynea sanctitatis /
excecatrix cordium / ex remediis morbos creans /
ex medicina languorem / Et si hoc auditum
fuerit a preside / scilicet furtum eius sublatum / Nos sua-
debimus ei / glossa / ne quidquam a vobis exigat
Et securos vos faciemus / id est absque periculo
Sic igitur docuerunt linguam suam loqui mendacium
ut inique agerent / At illi accepta pecunia
Hic ostendit corrupcionis effectum / scilicet trium predictorum /
Et notantur tria / tribus predictis correspondentia /
Dicit ergo / At illi accepta pecunia quia corrupti
quantum ad concupiscibilem / fecerunt / quia assecurati
quantum ad irascibilem / sicut erant edocti / quia
decepti quantum ad racionalem / et sic diminute
sunt veritates a filiis hominum / Et divulgatum
est verbum istud / scilicet impietatis er-
ror perseverans in iudeis / quia divulgatum
est verbum istud apud iudeos / scilicet quod Christus
fuisset per furtum ablatus / usque in hodiernum
diem / Rabanus in glossa / Error emptus mendacio /
perseverat in iudeis / ne in Christum credant /
Sic igitur apprehenderunt mendacium et noluerunt
veritatem / Formatur hic super illud discipuli
eius venerunt nocte / Ex hoc videtur innui /
quod surrexit dominus in nocte / Et illud videtur
dicere Gregorius / Ambrosius et Jeronimus / Et ad idem confirmandum
adducunt / quod Sampson in typo resurrectionis media
nocte surrexit / et tulit portas gaze / Iudicum
16 / Et Gregorius in presenti die / Eorum ga diluculo / Quos
exponit glossa de resurrectione domini / Item bene Augustinus
dicit / quod dominus surrexit mane / et hoc tenet ecclesia
Item Augustinus dicit super illud primo Machabeorum 3°
Elegit hostias etc. / glossa / ab hora mortis Christi
usque ad diluculum resurrectionis constant fuisse hore
xl / Ergo patet quod in diluculo surrexit et non an-
tea / et ita intelligi debet quod dicit Johannes / Cum
adhuc tenebre essent / id est antequam esset clara
dies / Item sicut dominus xl horis fuit mortuus /
et totidem diebus in terra fuit moratus / Ergo
non in media nocte surrexit / Ad quod obicitur
de principibus iudeorum quod dicebat eos metum
/ De Sampsone dicendum / quod fuit figura in facto / non

in ea. Undecim autem discipuli / post testimonium mu
lierum et custodum / subdit hic testimonium apostolorum
Et circa hoc primo docet locum apparitionis / 2o in quibusdam
cultum adorationis ibi Et videntes eum / 3o in aliquibus
effectum dubitationis ibi Quidam autem eorum du
bitaverunt / Primo circa dubietatem ibi Et accep
des ihesus locutus est eis / dicit ergo Undecim autem
discipuli abierunt scilicet ab ierusalem in galileam in
montem scilicet thabor secundum Aug. et Bedam / Ubi
transfiguratus fuit coram petro Jacobo et
Johanne supra xvii glossa congruum in montem quia
corpus quod de terra susceptum iam super omnia
terrena erat sublevatum / et ideo monet nos ut
si eum videre volumus ad superna de infimis
sublevemur / Ubi constituerat illis ihesus /
i. ubi ordinaverat se visibilem prebere illis
supra 26 / postquam autem surrexero precedam vos
in galileam / Et supra eodem cap. Ite nun
ciate fratribus meis ut eant in galileam ibi
me videbunt / Ieronimus / Quare in galilea
dominus voluit apparere / primo ut vicinis ut oculis
probaretur / quia ibi plura miracula operatus
ibi amplius conversatus / 2o ut insinuet se transi
migraturum de iudeis ad gentes / galilea
interpretatur transmigratio / Et ista galilea in qua
dominus apparuit fuit galilea gentium / 3o ut in
sinuat nos transmigrare de isto seculo ad eternum
quo nos precessit / Hec est vera transmigratio / in
qua videbimus eum sicuti est / hec in glossa / Et
videntes eum adoraverunt / glossa i. credentes se
in eum humiliaverunt / secundum glossam / Et plures
sunt apparitiones xpi post resurrectionem primo / quod
invenit apostolus prima ad cor. 15 dicens / visus est
Jacobo / visus est plus quam quingentis fratribus simul /
novissime tamquam abortivo visus est michi
Sed decem legimus in ewangeliis /
2 quinques in ipso die resurrectionis / primo apparuit
marie magdalene flenti ad monumentum Jo. 20 /
2 postea eidem / et alie marie cum dictis
nunciare discipulis / ut dicitur hic / 3 symoni petro
3 quod quo tempore fuit ewangelista non declarat / lu

ce / Sed tamen creditur fuisse / quando petrus currens
ivit ad monumentum et vidit linteamina posita
et abiit mirans secum quod factum fuerat / Ex cleo
phe et socio eius / luce 24 / 5o reversis
illis et narrantibus quod contigerat eum
in fractione panis / apparuit Januis clau
sis / Ubi thomas aberat Jo 20 / 6o post
dies octo / quando cum eis erat thomas / 7o pis
cantibus ad mare tyberiadis / Jo ultimo /
Octavo in monte galilee ut hic / et marci
ultimo / Et probabiliter creditur / quod illa fuit
manifestatio / de qua scribit apostolus prime
ad cor. 15 / deinde visus est plus quam
quingentis fratribus / quia a ioseph et ex premisso
domini et angeli / inierunt ad illum locum
ad videndum dominum / Et visibile est quod apostoli
assumpserunt alios discipulos xpi et
amicos eius speciales / hic tamen non expo
nitur / nisi xi apostoli qui erant principa
les xpi discipuli / 9o recumbentibus illis
xi / die quo ascendit / marci ultimo / 10o vi
derunt eum iam non in terra positum sed
elevatum in aera celosque petentem dicen
tibus angelis / Sic veniet quemadmodum
vidistis eum euntem in celum actus primo / Quidam
autem dubitaverunt / glossa / ut lucas ait
existimantes se spiritum videre quem mortem
eo videndi / Item glossa / dubitatio eorum
magis auget fidem / Unde beatus gregorius / quod
discipuli tarde crediderunt / non tam illorum
infirmitas quam nostra firmitas fuit / nam
illis dubitantibus resurrectio multis argumentis
monstratur / quia et comedit / luce ultimo / et se
oculis videndum prebuit / et manibus contrectandum /
quod de spiritu solo non potest esse / Jo ultimo
quod multiplex est dubitatio / Videlicet tarditatis
sicut thome Jo. 20 / admirationis sicut
hic et luce ultimo / Ratiocinationis sicut marie
luce primo / quomodo fiet istud / Perplexitatis sicut
Jo. baptiste supra xi / Tu es qui venturus
es / Infidelitatis sicut iudeorum Jo. 10
Si tu es xpus dic nobis palam / Et

accedens ihus / hic subdit amouet om
dubietatem a discipulis xpi / cum dicit / Et
accedens ihus familiariter / locutus est
consolabiliter ad confortandum eos de sua vic
toria / Data est michi omnis potestas in celo
et in terra / Glossa / ut qui ante regnabat
in celo per fidem / regnet in terris / Item glossa
magis ad fidem confortat et dubios ad
fidem vocat / inimicos ad [illegible]
peruenit / Sequitur hic data est michi
omnis potestas / quia potest dicere omnis potestas / quam
sapiencia quam bonitas / Et potencia pocius
commemorat / quia magis de illa dubitare
poterant apostoli / quam de sapiencia vel bonitate /
visa eius afflictione in sua benedicta
passione / Item data est michi omnis
potestas / tamen aut intelligitur secundum
deitatem / sic habuit hanc ab eterno per
naturam non temporaliter datam / Aut secundum humani
tatem / sic habuit ab instanti concepcionis
ex vnione diuine nature ad humanam /
Et sic non fuit primo data in resurrectione
Et secundum deitatem non potest dici data /
quia habuit eternaliter a patre / nec secundum
illud corpus quod [illegible] non
cepit / et sic data est in resurrectione quo
ad manifestacionem / quia fortitudo eius
abscondita erat in passione / que
apparuit in resurrectione / Vel ipse dicit ei data
potestas secundum humanitatem / quia et si data
fuit ei a concepcione quo ad virtutem /
non tamen quo ad effectum dispensacionis /
in qua permittebatur tunc [illegible] et mori
/ Unde glossa / Data est michi omnis potestas / sed
non de eterna patre dumtaxat / sed de as
sumpto dicit humanitate / in qua gloria et
honore coronatus est / et omnibus supre
positus / Et quia nulli creature potest
communicari omnipotencia / quia creatura in
nullo potest equari creatori / quod non est [illegible]

Item in sola summa non potest esse virtus infinita /
sed humanitas xpi est sola finita in esse / quo et
virtute quo ad [illegible] / Item magister dicit in 3 sententiarum distinctione 14
quod anima xpi sive eius humanitas non est data
posse facere omnia / Quod ergo hic dicit dominus intelligendum
de assumpta humanitate / Data est michi omnis po
testas in celo et in terra / Glossa dicit esse intelligendum
de assumpta humanitate / Item Marci 9
dicit / Si potes credere omnia possibilia sunt credenti /
quia si possibilia sunt credenti multo magis pos
sibilia sunt anime xpi comprehendenti / Et quod est
multiplex potencia / est potencia impetrandi / et est
potencia presidendi / et est potencia faciendi
/ Cum ergo magister dicit quod non est data ei posse
facere omnia / intelligitur de potencia faciendi sine [illegible]
/ Cum autem dicit hic / Data est michi omnis potestas
intelligitur de potencia presidendi / omnibus enim que
sub deo sunt preest eius corpus secundum humanitatem nam
que est super angelos exaltata / Cum autem
dicitur Marci 9 / Omnia possibilia sunt credenti intel
ligitur de potencia impetrandi / Fides enim summa impe
trare potest omnia miracula [illegible] illud quod dicitur
prima ad Cor 13 / Si habuero omnem fidem ita
ut montes transferam / Item nota quia dicit
dominus data est michi omnis potestas in celo
et in terra / per hoc non excluditur potestas sub terra
ymo pocius includitur sicut a maiori / nam
et domino est data potestas in inferno / Unde ad Phil
2 / Ut in nomine ihesu omne genu flectatur celes
tium terrestrium et infernorum / Euntes ergo docete
[illegible] dicte introductionem
testacionem non tamen creatum / sed et increatum / scilicet
diuinum / Quod dicit primo ex congregacione fidelium
ex omni gente / 2o ex incessanti diuina co
operacione / ibi / Et ecce ego vobiscum sum.
/ Ad congregacionem fidelium tenet triplex datum
mandatum apostolis / primum de docendo in fide / 2o
de baptizando in trinitatis nomine / ibi Baptizantes
eos / 3m de instruendo in opere / ibi Docentes
eos servare omnia / Glossa / Congruus est ordo
primo enim docendus est auditor / deinde sic

dei sacris imbuendus / et post ad suadenda
mandata instruendus / quia nisi prius circa fidem re-
cipiat non est dandus baptismus / non tamen mundari
baptismo / nisi prius insistat bonis operibus / Euntes
ergo proficiscentes operamini in vineam suam dicat
/ Euntes ergo in mundum predicate / Euntes ibant et
flebant mittentes semina sua / docete i. instruite
de instructione / omnes gentes / denotat salvator
hic quod supra dixerat x cap. / in via gentium
ne abieritis / quia cum iudei fidem non erant ser-
vi pro legem anda / sed post iudeos / Sicut apostolus actis 13
fremitu repulistis et indignos iudicastis vos
verbo dei / ecce convertimur ad gentes / sic enim pre-
cepit nobis dominus / Et tunc hic / Euntes ergo quod est
contra negligentes qui nolunt ire / Docete contra
ignorantes qui docere nesciunt / et officium as-
sumunt / omnes gentes / quod est contra personarum accep-
tores / qui tantum ad aliquos vadunt et domos
divitum frequentant / Baptizantes eos / preposuit
docete / quia cathecismus debet precedere baptismum /
Unde adulti debent prius instrui de hiis que
pertinent ad fidem antequam baptizentur / Unde
glossa / Euntes ergo docete i. prius cathezizate /
quia sine fide impossibile est placere deo / Bapti-
zantes eos / Io 3 nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spiritu sancto non potest intrare in regnum dei / In
nomine / propter unitatem substantie / patris et filii et spiritus sancti
propter distinctionem personarum / Vel in nomine i. in invoca-
tione nominis patris et filii et spiritus sancti
quo ad expressionem trinitatis / Sicut quod ipsa est forma
baptismi instituta a christo / sed familiari con-
silio spiritus sancti immutata fuit in primitiva ecclesia /
quia apostoli baptizabant in nomine christi / ut habetur
Actis 2 et 19 / Ut nomen christi quod tunc fuit o-
diosum et detestabile magis fieret acceptum et fieret
amabile / Et hoc late tractatur in 4 sententiarum /
/ Docentes eos servare omnia quecumque mandavi
vobis / glossa / quia fides sine operibus mortua est
Omnia scilicet sacramenta a christo instituta / et alia ad
fidem catholicam pertinentia / Et ecce ego
vobiscum sum / Hic subditur attestatio veritatis /
ex ipsa cooperatione in ecclesia sine fine / Et hoc
quia magis immixerat / Ideo confortat eos dicens
Ecce ego vobiscum sum / protectione / cooperatione /

ecclesia presentia corporali sub sacro altari / Unde
dominus permittit quod velit eis assistere / ad confirma-
tionem doctrine ipsorum / sive quod velit esse in sacro
eukaristie usque ad consumationem seculi / Ex quo patet
quod fides non deficiet usque ad finem mundi
quantumcumque tribulationibus agitetur / Et licet
christus non assistat continue doctoribus
ecclesie per operationem miraculorum sicut fecit in
primitiva ecclesia / quia iam non est necesse / quia
fides catholica iam est multum dilatata
et etiam multum confirmata / Aliquando tamen hoc modo as-
sistit ecclesie faciendo miracula aliqua ad con-
solationem fidelium / Assistit et ecclesie semper
ipsam dirigendo per occultos instinctus
spiritus sancti / ut sic non deficiet fides petri
Ad laudem et gloriam domini nostri Ihesu christi
cui est honor et gloria in secula seculorum Amen

47

[illegible]

[illegible] ... vera declaret verum ... iudicium ... meam.

Quam speciosi pedes
evangelizantium
bona predicantium

Ro. x. ... Cum sitis religiosi qui reliquistis omnia centuplum accipietis ... Mt. xix ... omnia possidentes ... ii. Cor. vi ... regnum dei ... Primo quod adtendam ... Quam speciosi pedes ... pedes enim designant affectus ... obedientia ... Primo obedientia ... creatoris ... que est melior quam victima i. Reg. xv. ...

[illegible]

... xlvi ... Estote misericordes.

Estote misericordes
sicut et pater vester
misericors est.

[illegible]

Explicit ...

[illegible]

[illegible]

... primo ... [illegible]

... est primo lucet ... [illegible]

... sicut sol ... [illegible]

... ignis ... [illegible]

[illegible]

... Hec montes ... [illegible]

[illegible]

... Primo ... [illegible]

[illegible]

... Aaron ... [illegible]

[illegible]

... Primo ... [illegible]

[illegible]

... Aaron ... [illegible]

[illegible]